ROLLO NORTHMANNO-BRITANNICVS.

ROLLO NORTHMANNO-BRITANNICVS.

AVCTORE V. N. ROBERTO DENYALDO Ecclesiæ, vrbisque Gisortianæ in Diœcesi Rothomagensi Rectore Presbytero.



ROTHOMAGI,
Apud IOANNEM LE BOVLLENGER, prope Collegium Societatis IESV.

M. DC. LX.

Cum Priuilegio, & Approbatione.

SERENISSIMO PRINCIPI
HENRICO AVRELIANO
DVCI
DE LONGAVILLA, &c.
PROREGI NORMANIÆ

ROBERTVS DENYALDVS
Presbyter Gisortianus Dedicat
consecratque.

DIVINO Numini Templis consecratis, aut Basilicis Principum, necnon nobiliorum ciuium Palatiis complementum operis, & decor perfectus

deeſt, niſi frontiſpicium aliquod emineat, ex cuius aſpectu ædificiorum magnificentia, & amplitudo conijciatur. Rolloni, & ſucceſſoribus eius in Normania Gallicanatis, & in ea reſidentibus honoris Palatium in eorum hiſtoria me crediderim imperfecte exſtruxiſſe, niſi Principis HENRICI AVRELIANI *nomen in fronte eius exponam. Et quidem non abs re, quippe qui & eidem Prouinciæ Regio nomine præes, & liberos ad hoc ſtudioſe inſtrui curas, vt digni ſint tanto gubernaculo. Hiſtoriam Rollonis non ſolum tuis oculis percurres, ſed præibis duobus ſucceſſoribus tuis in eius lectione, in qua edoceantur quid agendum ſit in*

principatu, & quid vitandum. Oratori Romano historia est Magistra vitæ, & lux veritatis; vsu enim compertum est, & experientia comprobatum Regnorum, Imperiorum, Rerumpublicarum administrationi concurrere consilia, & rerum vicißitudines, conuersiones atque euersiones dominiorum, quæ singulis ætatibus sibi succedunt: quo fit, vt aliorum euenta nos doceant, vt ex præteritis rebus præsentia statuentes ex præsentibus futura prospiciamus. Basilius Imperator libello filium suum principem Leonem instruens: per veteres, inquit, historias ire ne recusa, Ibi enim reperies sine labore, quæ alii cum labore

„ *collegerunt, atque illic hauries &*
„ *bonorum virtutes, & vitia impro-*
„ *borum; varias humanæ vitæ mu-*
„ *tationes, & rerum in ea conuersio-*
„ *nes, mundi huius instabilitatem; &*
„ *imperiorum præcipites casus; ma-*
„ *lorum facinorum pœnas; & bono-*
rum præmia: quorum illa fugies, ne in diuinæ Iustitiæ manus incidas; hæc amplecteris; vt præmiis, quæ illa comitantur, potiaris. SERENISSIME PRINCEPS, *amplum est munus tuum, & valde illustre; quod in Prouincia Normana sustines: quid enim maius, quam tam multis omnis conditionis hominibus præesse, si salubriter & ex æquo rempublicam administres? Principes præsunt*

hominibus

hominibus, sed hominum causa, inquiebat Angelus scholæ Theologicæ: Et iniqui sunt rerum æstimatores, qui se non ciuibus datos censent, sed sibi ciues. In summo fastigio noli desiderare, vt malis magnus, quam bonus audire. Potentiæ marita modestiam, cui in confesso est omnium non solum assueuisse te, sed ipsam tecum esse natam. Præ oculis habe sapientis Stoici præceptoris boni, mali principis Neronis, in opere quod „ huic inscripsit de Clementia, *„ sententiam: si vis, inquiebat, tibi „ omnia subjicere, te subjice rationi. Quando per otium vacabit, dignare incumbere Historiæ Normanæ, quam non sine magno labore elu-*

cubraui, cuius in lectione

—Sunt certa piacula, quæ te
Ter purè lecto poterunt re-
creare libello.

Satage vt Normana gens, Te & liberos prospiciat quasi stellas in hoc firmamento pacis & quietis publicæ; & transferas in nepotes honoris prærogatiuas a maioribus partas, & tua prudentia auctas: quia, repetit idem
,, Seneca dignus principum consilia-
,, rius; Istius demum Principis ma-
,, gnitudo est stabilis fundataque,
,, quam omnes non tam supra se,
,, quam pro se esse sciant; vult dice-
,, re, vt præsis & prosis. Maxima laus Principi & Proregi excubias agere pro salute ciuium. Moderatori

„ reipublicæ, ex conſilio Ciceronis,
„ beata ciuium vita propoſita eſt, vt
„ ea ſit opibus ampla, copiis locuples,
„ virtute inſtructa. *Concludo cum Imperatore Adriano qui gloriabatur, & profitebatur ita ſe remp. geſtare & geſtaturum eſſe in imperio ſuo, vt curaret rem populi, non ſuam. Incepi a frontiſpicio, deſino cum fronte. Qui propoſita rei vel negotio conſenſum præbent, frontem percutere ſolent: docuit enim me Pacatus eloquens*
„ Barcinonæ Epiſcopus in ſuo Pa-
„ negyrico: in ſpeculo frontium, in-
„ quit, Imago extat animarum:
„ Quintus quoque Cicero frontem appellabat animi ianuam, *de tua beneuolentia auſus mihi promittere*

quod placida fronte oblatum Rollonem meum ſuſcipies, & vetcrem cum parentibus & agnatis meis Illuſtrißimæ veſtræ domus Ambactum & Clientem benigno fauore, quod ſoles, proſequeris. Cæſarotii Vulcaſinorum. XVI. Kal. Martii anno Christiano M. DC. LX. Paſtoratus noſtri Giſortiani anno quinquageſimo, & Iubileo.

LVGDVNENSIS
SECVNDÆ CLERO, SENATVI,
POPVLOQVE ROTHOMAGENSI,
NEVSTRIÆ NORMANÆ
COLVMINIBVS.

ROBERTVS DENYALDVS
Ecclesiæ Vrbisque Gisortianæ
seruus Presbyter S.

REVERENDISSIMI PIETATE,
NOBILLISSIMI FORTITVDINE,
CONSVLTISSIMI IVRIS PRVDENTIA
ET ÆQVITATE.

PROPONO vobis Rollonem Northmannum, potioris partis Galliæ Belgicæ, quam denominauit ille Normaniam, Ducem primarium, cæteris Galliarum Prouinciis rebus præclarè gestis admirationi factum, nunquam à vestra memoria remo- [1. Intentio Authoris.]

uendum Dicam quando apud pagum Vulcaſinum, & ad pontem ſancti Clari pacto conuento pacis, & futuri connubij, nomen Neuſtriæ Francorum, & ſecundæ Lugdunenſis Romanorum in patrium ſibi nomen commutauerit. Hoc bene ſcire & intelligere præſtabit ſimplex veritatis fides; nulliſque fucata coloribus narratio veſtra inſcriptione digna fuerit, & patriæ dedicationis veneratione opportuna videbitur. Præter

2. Diſputatur de Gallicæ Normaniæ Limite.

cætera contendo cum reſtringentibus fines & limites Prouinciæ Normaniæ Gallicæ, docenſque neſcientes legem Agrariam veſtram, merito in ius vocarer, ſi rem quæ vos reſpicit coram æquitatis tribunali diſceptando, liti quæ in commune natalis ſoli decus & honorem vertitur, vos tacitos publico patrimonio ſeruando non interpellarem. Nec arbitror pro ingrato erit munus, quod per ſe, quia opus eſt meæ operæ, haud cenſeatur magnum, ab animo tamen meo pondus accipiet, ſi quod exiguo penu melius habuero, vobis vltroneus & plena lubentia dedero, pro veſtro municipali territorio vindicando, in veritatis amatorum litterario cenſu. Contendant licet aduerſarij fortitudinis Normanicæ, non conuincent me

aliquid ſcripſiſſe, quod veris & probatis teſtibus non fecerim indubitatum: Etſi forteau illos Ariſtophaneo Socrati ſimiles, cœlum & terram ingenij ala peruolantes, & per aërem incedentes, habituri non ſunt contra Normanos, ex quo Chriſtiani facti ſunt, ἀεροβατοῦντες. vbi ſupra veritatis fundum veræ redargutionis firmum pedem ponant. Intentum meum eſt palam facere non eſſe æquitati conſentaneum, patria Gallis, & natali ſolo Francis Neuſtriis, quos euentus belli nomini Northmannorum ſubjecit, exprobrare gentilium, & infidelium quondam Septentrionalium pagana fide digna facinora, occiduis hominibus Catholicis, & quod Barbaris nondum à lumine cœleſti irradiatis contigit, adſcribere noſtratibus Aborigenibus Gallis. Illi cum in tenebris ambularent, minime mirum fuit, ſi, vt loquitur B. Paulus in ſua ad Romanos Epiſtola, opera eorum fuere tenebrarum. *Rom. 13.* Hi Neuſtrij inſontes linguam, quam non nouerant, audientes ſinu ſuo fouerunt, *Pſal. 80.* quos nulla Galliarum regio ferre poterat: à quibus vero alij fuiſſent peruerſi, impios ad Deum pij majores noſtri conuerterunt. Galli belli iure an iniuria Romanis Aquilis faſces ſubmiſerunt, quos more Quiritium in Pro-

3. uincias partitos, terram quam Normani hodierni incolimus, secundæ Lugdunensis nomine vocauerunt. Fortuna autem postmodũ Romanis fauere cessante, iisque expulsis à Galliis Francorum armis victricibus, substituta nomini Galliæ, Franciæ appellatione sub Neustria cõstituti sumus à Francis domitoribus, nouaq; nomina victis Prouinciis de nouo imposita: Galliarũ vastitas diuisa in duas partes, quarum vnam dixere Austriam seu Austrasiam, alteram Vuestriam seu Neustriam.

Romani diuiserunt victas Gallias.

Dicam capitibus huius libri primo & sexto.

4. Primario ergo & antiquo titulo Romanorum iure, nos, qui Gallis Normani dicimur, eramus secundi Lugdunenses, & à Cæsare sub initium libri primi de bello Gallico transcribimur intra terminos Belgarum, qui illo iudice fortissimi sunt Gallorum. Clodoueo, eiusque nepotibus Regibus nostris, Neustriorum nomine indigetati diu fuimus, vsque donec flans Aquilo suo flabello inauditum priùs Gallis & Neustriis huc nomen sibilauit Northmannorum. Quæ porro suaserit ratio, homines in Galliæ penetralibus vteroque Neustriæ progenitos Francos, genti Rollonis, ab ordinibus & ab ipso Principe Francorum Simplice Rege Carolo pro pace obtinenda concessos, si quæ in extraneis ad-

Frãci Gallias bifariam partiti post victoriam.

Plura lege cap. 3. 4. 14 15. 19. 23. 26. & 27. huius libri

venis infamiæ, aut impietatis nota fuerit, indigenarum & Neustriæ Gallicæ incolarum opprobrio verti oportere? Cur Gallis omnibus consimili & iustiore Talione non liceat insultare, quod teste eodem libro sexto de bello Gallico, coluerint Ditem, & Deū 5. Galli Ditem & Plutonem coluerunt. Plutonem, quo se prognatos tunc prædicarent, ex eoque factum vt non dierum sed noctium tempora gentiles Galli computarent? In quo peccauerunt Neustrij, seu Lugdunensis secundæ populi viri optimi, de quibus multa cum laudis commendatione qui scripserunt, meminere, quod vi armorum, ipsisque inuitis facti sunt victima cæterorum Gallorum atque Francorum, pro 6. Non est opprobrium pro aliis in victimā offerri. redimenda vexatione, & obtinenda tranquillitate aliarum Prouinciarum? Immo Neustriis maximæ laudi conducat, quod 7. Laus est malos in bonos mutare. boni malis admixti, fructiferæ arbores insitæ infructiferis & stolonibus noxij humoris insertæ, diuina adjuuante gratia, præter & supra naturæ legem communem, infideles impiosque ramos, Christiano religionis suæ trunco adaptatos & adoptatos in succū immutauerint pietatis? De Deo, inquit sanctus Augustinus libro primo de liberó arbitrio, optime existimare pietatis est exordiū:

Mites terram possident. Math. 5. Rollonem Northmannorum Principem albo Christianitatis inscriptum, & de fide bene sentire incipientem ex feroce & barbaro vidisses inde virum mitem terram sibi datam possessurum, & ecce in Nostratibus Neustriis admixtis cum colonis neotericis

Metamor. lib. 15. & recentibus

Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

Tum demum agnouere Northmanni, quantum in superstitione pristina à bonæ & iustioris vitæ statu distarent, intellexeruntque.

Syluius lib. 4. *Primas scelerum causas mortalibus agris*
Naturam nescire Deum.

1. Thess. 1. Dicam ego naturam nescire Dei viui & veri, & quem misit Iesu Christi Filij eius Domini nostri, cuius fide & religione cum bona vita constet, omnesque pietate moueantur, doluere se in Idololatria, deos patrios, quos à maioribus acceperant colendos, tamdiu vane retinuisse, eorumque cultum imperterritè studuisse ampliatum in opprobrium Christiani nominis & desolationem Ecclesiarum. Nunquid orbis capiti, matri omnium Diœceseôn, & magistræ Ecclesiasticæ disciplinæ vrbi Romæ venit exprobrandum, quod (vt inquit sanctus Papa

Leo Sermone, primo de Natali Apostol. „ Petri & Pauli.) Hæc ciuitas ignorans pro- „ uectionis suæ Auctorem (Deum) cum „ penè dominaretur omnibus gentibus, om- „ nium gentium seruiebat erroribus, & ma- „ gnam sibi videbatur assumpsisse religio- „ nem, quia nullam respuerat falsitatem. Vn- „ de quāto erat per diabolū tenacius alligata, „ tanto per Christum est mirabilius absoluta. 8. Roma olim Idolorum omnium cultrix.

Vnicuique hominum sua religio, quandiu menti inhæret, optima sibi videtur, facitque vt non ratione sed affectu diuidicetur; secundum sententiam Philonis Iudæi, pro sua gente scribentis ad Caium Romanorum Imperatorem. Sanctus Leo Victo seu Vittus atque Franco Rothomagenses Archiepiscopi, cum Prælatorum Clerique Neustrij Sacro-sancto Collegio ex quo tempore, Rollonem & milites eius verba salutis docuerunt, Northmannasque legiones in fide Christi erudierunt,

Graue & immutabile sanctis
Pondus adest verbis, & vocem fata sequuntur, Stat. lib. 1. Thebaid.

Duce cum gente sua collum submittente iugo Euangelico deploranda facies bellis laceratæ Prouinciæ, in optimum & religiosissimum statum pertransiit: Et ab illo æuo.

Condita pergunt

Ordine cuncta suo, rerumque à principe cursu
Fixa manent.

Valer. Flaccus lib. 1. Argon.

Prædonum Latrocinia immutata sunt in iusta arma, deincepsque statuta à Northmannis Principibus pacis & belli iura: eaque non minus iuste, quam bellicose obseruantes in vtroque fortitudinem suam; ad promouendam Dei gloriam custodierunt: Non iam amplius temere in acie versari, non prædæ studio cum hoste confligere, nec more solito immane quidpiam belluarum instar in se admittere voluerunt, non barbaro Danorum impiorum ritu cædem posthac cæde, nec sanguinem sanguine expiare: Cessauerunt credere in solis armis ius positum, & omnia virorum esse fortium: quæsiuere belli causam non exitum; neque amplius statuere nocentem fingere, mucrone suo figendium, & opprimendum. Constituto igitur Northmanno intra septa Christianæ legis quieuere omnia; nec vllum primi bello lacessiuerunt, contenti vti frui pace sibi concessis & in legionibus exercituque Christicola Northmanno.

Psal. 58.

9. Northmanni mutantur in meliores.

Frangit, & attollit vires in milite causa,
Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor.

Propert. li. 4.

10. Tribus vicibus Normania Gallica data à Franc. Regib.

Constabit ex lectione huius nostri operis, tribus distinctis, & diuersorum temporum con-

tractibus

tractibus, pactisq; pacis cõuentis datas portiones nostræ Neustriæ Northmannis, quarũ prima amne Coisnone terminata, mariq; Britannico vsque ad Andelam Floriaci, seu Noionis super Andelam: secunda progressa est ad Eptam: tertia demum ad Ocsiam, seu vrbem Pontœsiam inclusiue. Hæ fuere Regum Francorum largitiones factæ Northmannis Principibus victoribus, honoris titulo concessæ: quas poterant armis partas, armis tueri, virtutique eorum bellicæ impares, & tot virorum fortium potestati inæquales: pacis tamen, & amicitiæ seruandæ gratia iudicatæ sufficientes. Pietati, & fortitudini Northmannæ non defuit iustitia, recteq; mea sententia pronuntiatum ab Aristotele libello de virtutibus cuius meminit Photius in Bibliotheca Sacra, laudatur quoq; à Ioanne Stobæo scriptore Græco, collectore Apophthegmatum veterum auctorum Ethnicorum, sermone nono de Iustitia inscripto [illegible] Sine qua docet idem Aristoteles libro quarto Ethicorum fieri non posse, vt sit quisquam probus, eamque esse oculum animæ, per quam monente Platone potens fit vir prudens, & validus reipublicæ consulendæ:

Cap. 10. & seq.

[illegible]

Ib. Pietas vel est pars iustitiæ vel eius comes.

Vos igitur Reuerendiſsimi, fortiſsimi, & æquiſsimi viri, qui ſub poteſtate regia conſtituti Prouinciæ Normaniæ dominamini; hac Pietatis, Fortitudinis, & Iuſtitiæ arte humaniter vtentes, per iſtas animorum medicinas curate, ſana ſit populi Normanici valetudo, priſtinis maiorum experimentis credentes, quæ vſu ſapiente rerum magiſtro comperiſtis, cum diſcretione efficaci obſeruate.

12. *Northmãni Pagani bonas cõtempſere literas.* Primarij Northmanni, qui literas & earum ſtudia neglexerunt, ſeu potius contempſerunt, conſultiores habuere poſteros, qui meliore genio admoniti in otio pacis animos ſuorum inſtitui, & iuuentutem rudem poliri ſcientiarum cultura, *Ingenia per artes excoluntur.* publico tandem bono & commodo curauerunt; qua tamen doctrinæ inſtitutione, ſcientiarumque acquiſitione ad poſsidendam, non ad iactandam ſapientiam præpararent gentem à tenera ætate bello natam & aſſuetam, ad omne bonum formarent, firmarent, atque ſolidarent.

13. *Inutilis eſt ſcientia ſi virtuti nõ inſeruit.* Parum enim ſunt vtiles illæ literæ, quæ ad bene agendum non ordinantur, & nihil proſunt edoctis, aut earum Doctoribus, niſi manu ducant ad veram & æternam ſapientiam, cuius adeptone in mortali vita bene ſperantes beatam illam

ſpem expectamus & aduentum gloriæ Dei *Ad Tit. 2.*
in nobis, qui regno Dei promouendo quotidie oramus, adueniat eius imperium, quod *Luc. 11. Psal. 144.*
eſt omnium ſæculorum. O dio vobis habendi, & fugiendi, fugandique, qui vitia per ſcientiæ malitiam occultantes, ſpecie boni mala reipub. conſilia inſinuant, publicam libertatem & tranquillitatem iniquius, quam ſi annonam flagellarent, peſſundantes. Illa demum ſcientia, & eruditionis ſtudium optima 14. Quæ ſit optima eruditio.
erunt, quæ prius cordis intima ad vtilia peragenda, quam labia ad eloquentiam informabunt, quibus firmiores ad reipubl. gubernacula aduocati & aſſumpti aduerſus fortuita capeſſenda cum fructu dirigantur. Fructuoſa opera non vana amat reſpublica, exoptatque. Hæc enim non luxu, vanitateque ſubſiſtit, ſed virtute, & modeſtia. Debet vnuſquiſque tantum in ſuo ſtatu vel ordine conditionis ſuæ ſcire, & inter conciues ſuos ſic viuere, vt ſibi bonus aliis non noceat; quin etiam omnibus prodeſſe ſit ſollicitus. Euripidis inſigne dogma *Stobæus ἐν λόγῳ A. ſeu ſer. 39. περὶ πατρίδ.*

> Εἰκὸς δὲ παντὶ καὶ λόγῳ καὶ μηχανῇ
> Πατρίδος ἐρῶντας ἐκπονεῖν σωτηρίαν.

Quos verſus his Latinis verbis reddidit Conradus Geſnerus. 15. Amor Patriæ in eius ſalute

Conuenit omni ratione, & arte
Amantes patriam ſalutem eiusmoliri.

Virtutum ſocietas Reip. nexus.

Quæ ſalus Pietate, Fortitudine, & Prudentia parta, iiſdem ſarta tecta conſeruatur, & augetur: earumque nexus eſt ſocietas amicitiæ, vinculum ante omnia neceſſarium, non ſecus ac in corpore membrorum compago ad cõmunem tutelam & incolumitatem. Atque vt inter hæc partium eſt non inuida ſed conſentiens ſubalternatio, ſic inter Ordines Prouinciæ Normanicæ, ſua cuique maneat Reipucæ bono propria cooperandi facultas. Sacris operantes quis ferat armorum miniſterio & vſu videri ſanguinolentos? Quis nobiles ad mercaturam aut ad artes mechanicas compellat? Iudices profanorum ſacris diſcernendis quis idoneos ſapienter exiſtimet? inuerſus ordo ſi in rerum quotidiano vſu

Horat. l. 1. Epiſtol.

Optet Ephippia bos piger, optet arare caballus.

Iuxta vſum Italorum, inter quos poeta ſcribebat, quibus inuſitatum equos ad agriculturam applicari, cum in more poſitum ſit Italiæ

16. Singuli ſua exerceant munia.

bobus terram exercere. Sua cuique meſſis, & manipuli colligendi in agro proprio, falxque in alienam ſegetem minime eſt introducenda. Deus & Eccleſia, Principes & ſæculum munia partiti ſunt hominum ſingulorum, &

ab

ab hac concordia naſcitur omnium ordinum pax;ſine quorum mutuo cõſenſu (vt probat Cicero libris de legibus) nec domus vlla, nec ciuitas,nec gẽs,nec vniuerſum hominum genus,nec rerum natura omnis,nec ipſe mundus ſtare poteſt. Senecæ libro de Clementia, nexus ille eſt, per quẽ reſpublica cohæret, ille ſpiritus vitalis,quem hæc tot hominum millia trahunt,nihil ipſa per ſe futura, niſi onus & mutua ſibi præda, ſi mens illa imperij ſubtrahatur. Sanctus Ioannes Chryſoſtomus Homilia in Matthæum ſeptuageſima octaua,parabolam vigilantis ſerui ait poſſe accommodari gubernantibus rempublicam, per quam monet Chriſtum docere vnumquemque debere ad communem vtilitatem omnia quæ ſua ſunt conferre, ſiue ſapientiam, ſiue ipſum principatũ, ſiue aliud quodcunq; non ad ſuorum conciuium, aut conſeruorum detrimentum,aut propriam perditionem.

S. Franciſcus Xauerius ita docet in epiſtolis.

17. Nihil ſine concordia ſubſiſtere poteſt.

18. Omnes debent ſua conferre in rempublicam.

19. Apoſtrophe ad tres ordines Normaniæ.

Normaniæ Ordines virtutibus ſpectatiſſimi, fide Catholica,& antiquis moribus ſtabiles, ſpe diuinę gratię radicati,charitate mutua cõnexi, Deo amabiles,Eccleſiæ Orthodoxæ & Romanæ humiles filij, Regi obedientes, patriæque veſtræ amantiſſimi viuite. Giſortij

ROBERTVS DENYALDVS Vulcaſinorum XVI. Kal. Martij anno Æræ Chriſtianæ M.DC.LX. Paſtoratus noſtri Giſortiani anno quinquageſimo & Iubileo.

LECTORI BENEVOLO. S.

HISTORIAM Normanam duobus Tomis coerceo.

Primus hic Tomus, qui prodit nunc in lucem, cuius titulus, ROLLO NORTHMANNO-BRITANNICVS, continet res gestas septem Ducum Normanorum, vsque ad tempus, quo facti Reges Angliæ à prima virtute degenerarunt.

Secundus Tomus, mox proditurus in lucem, cuius titulus, VINDICIÆ NORMANÆ, proponit virtutem, & fortitudinem gentis; respondetque æmulis, qui de virorum fama detraxerunt, quorum gloriam assequi se posse diffidebant.

Guillelmus Calculus Monachus Gemeticensis lib. 5. Historiæ Norman. cap. 14.

„ *Semper assueti fuerunt hostes fugare Normani, sed nulli*
„ *terga vertere.*

Guillelmus Pictauinus in Historia Guillelmi Nothi.

„ *Normani possident Apuliam, debiere Siciliam,*
„ *propugnant Constantinopolim, ingerunt metum Babyloni,*
„ *Anglica terra tota se eorum pedibus læta prosternit.*

Rogerius Houedenus Anglus in Annalibus.

„ *Audax Francia Normanorum militiam experta delituit;*
„ *ferox Anglia captiua succubuit; Diues Apulia sortita refloruit,*
„ *Hierosolyma famosa, & insignis Antiochia se vtraque*
„ *supposuit.*

APPROBATIO DOCTORVM.

NOS in Sacra Facultate Parisiensi Doctores subsignati testamur non sine delectatione legisse opus à M. ROBERTO DENYALDO Gisortij Pastore meritissimo elaboratum, cui titulus est, *Rollo Northmanno-Britannicus*; nihilque in eo, quod Fidei repugnet, deprehendisse. Sic probato opere laudamus Auctoris in rebus antiquioribus perscrutandis profundissimam sagacitatem, & in rebus Historicis eruditionem singularem. Datum Rothomagi die 30. Martij 1660.

GAVLDE. PARIS.

ROLLO

ROLLO NORTHMANNO-BRITANNICVS.

DE NORTHMANNIÆ PROPRIE dictæ situ & nomine, atque de Normania Occidentali Francorum in Neustria Gallica.

CAPVT I.

HISTORICI Daniæ, Noruegiæ, Gothiæ, Sueciæ, Vvandaliæ, Finlandiæ, & huiusmodi regionum Septentrionalium, inter quos Albertus Crantzius in Historiâ Ecclesiasticâ Septentrionali quam inscripsit Metropolim, & libro de Vvandalia, Saxo Grammaticus Siaulandicus, & in Daniæ regno Ecclesiæ Rothstildensis præpositus, in Historiâ dicatâ Andreæ Episcopo: Olaus magnus Gothus Lincopensis Archiepiscopus Vpsalensis libris viginti duobus de rebus Gothorum, & de gentibus Septentrionalibus, Ioannes Magnus in Historiâ earumdem regionum, & Adamus Germanus Saxo Ecclesiæ Bremensis Canonicus, qui florebat circa annum Christi millesimum sexagesimum in Historiâ Ecclesiasticâ, & plerique alij non ignobiles Scriptores, quos suis locis in medium adducam, Northmanniam propriè dictam longè distantem, & maximâ intercapedine locorum remotam docent à Normania Gallica Neustriæ antiquæ nobiliori parte, obijcitque Meridionalibus & Scriptoribus Occidentalibus Albertus Crantzius, quod illi maximè fallantur cum nullum discrimen ponunt inter Danos & Northmannos; & alios Septentrionales populos, & quotquot ad Europæ Prouincias depopulandas, maximè verò ad Galliam deprædandam venêre ex Septentrione, vno & eodem nomine ab illis appellatos Northmannos. Crantius in prologo suæ Noruegiæ, *Gallorum*, inquit, *scriptores rem perturbantes omnes ab Aquilone venientes soliti sunt appellare Northmannos, non discernentes inter Danos & eos qui veri sunt Northmanni.* Obseruo obiter Crantium seu Krantium Francofurti editum & vitiatum fuisse;

1. Northmannia Septentrionalis longè distat à Normania Occidentali Francica.

Non omnes Septentrionales sunt Northmanni.

2. Corrupta & vitiata scripta Crantij.

ab hæreticis ex indice Clementis Papæ octaui: Sigeberto videntur Septentrionales omnes esse quoque Northmanni, gentes quæ Noruegia, Suediam seu Sueciam incolūt & Scandiam peninsulam, Russiam: & Scriba Caroli Magni Eginhardus Danos & Suenonas communi nomine Northmannorū cōprehendit, quia æquè sunt Septētrionales, vel quia Danicæ gentis olim pars haberentur. Saxo Grammaticus de Northmannorū regibus libros scripsit, & sub Noruegia latissimè patente comprehendit Gothiam, Suedaniam, aliásque vicinas regiones, ex quarum littoribus pyratæ & prędones Northmanni & Dani sibi in auxilium & sodalitium assumebant. Dudo decanus Sancti Quintini

3. *Veteres sanctas semper vocauere sedes Episcopales.*

Veromanduorum, qui ante quingentos annos scripsit de moribus Normanorum ad sanctæ Dei Laudunensis Ecclesię Episcopum Adalberonem initio libri primi, *In copiosa*, inquit, *intercapedine à Danubio ad Scythici vsque Ponti confinium, diffusa commorantur, feræ gentes, & barbaræ, quæ ex Scanza (alias Scauzia) Insula Oceano hinc Inde circumsepta, velut examen apum ex canistro, seu gladius è vagina diuersitate, multimoda.* (Nota obiter ex varijs prouincijs Septentrionis populos admixtos Northmannis in Gallias & Europam irruptiones fecisse. *Dicuntur prosiliisse consuetudine barbarica. Est namque tractus complurimus Alaniæ, situsque nimium copiosus Daciæ, atque meatus multum profusus Gothiæ: quarum Dacia extat medio-*

4. *Septentrionis Prouinciæ Normaniæ adiunctæ.*

xima in modum coronæ instarque ciuitatis, permagnis munita Alpibus (Montes altos vocat Alpes. Eo loci obseruat Dudo populos illos fœcundissimos prole esse & prolificos, ideóque mirum quantum

5. *Alpes omnes montes alti dicti.*

multiplicare ob fœminarum copiam atque multitudinem: ideóque inopiâ victus cogi ad natale solum deserendum, & aliò sibi conquirere vitæ necessaria, alioquin terram deuoraturam habitatores suos. *Vt mercentur*, inquit, *ab alienis dapes, priuantur suorum fundis, vt quietè locentur alienis, pelluntur extorres, vt fœnerentur prælian-tes, à suis traduntur, vt participent alienigenis, segregantur à natione sua, vt gratulentur exterorum possessione, in demolitionem gentium, vt depopulen-*

6. *Northmannia Septentrionis sterilis cogit suos aliò sedes quærere.*

tur sibi obstantia. Guillelmus Calculus Gemeticensis monachus sequutus tempore, & calamo assecutus Dudonem libri primi Historiæ Normanorum Ducum, capite secundo Northmannos populos ponit vicinos Scauzię peninsulę Alanis, Dacis, Gethis, Gothis, Sarmatis, Amacholijs, Traglotidis, & multis alijs gentibus circa Meothides paludes

in qua fertilia ingenia.

Dacorum & Northmannorum multos doctos enumerat Reges, & qui cęteris Barbaris habeantur sapientiores, dictos Northmannos viros Septentrionis virorum seu virûm viri idem significant quod excellentiores inter viros, & Grammaticis virtus à viro deriuatur, quod mascula virtus sit fortior fœminea: Dudoni & Calculo North Boreas man seu mam est homo: & Guillelmo Britoni in Philippide Au-

7. *Northman inferius explicatur.*

gustana & aliis Scriptoribus qui suis locis procedent in medium. Aymonius monachus sancti Germani de Pratis ad vrbem Lutetiam Parisiorum in Historia translationis sancti Germani Episcopi Parisien-

lis: *Gens*, inquit, *Danorum qui vulgo Northmanni, id est, Septentrionales homines appellantur, qui superbo tumentique corde, &c.* Manuscriptus codex dominorum de Ambasia res gestas continens. *Caroli Calui*, inquit, *Francorum regis tempore Dani, Sueui quos Theorici Northman lingua sua, id est, Aquilonares vocant, venere in Galliam, &c.* Codex manuscriptus Abbatię Fuldensis, qui scriptus apparet circa tempora Ludouici Pij Imperatoris filii Caroli Magni & filiorum eius; Northmanniam confinem facit fluuio Ægidoræ seu Egidorę, *qui inquit Northmannos & Saxones diuidit.* Abbati Reginoni Egidora est fluuius Daniæ, qui ex Abrahamo Ortelio in theatro Geographico vulgò appellatur *Eyder.* Nihil autem olim habuisse commercii Neustrios cum Northmannis, & toto cęlo distare ab Aquilonaribus satis ipse Sigebertus agnoscit in Chronico ad annos Christianę salutis DCCCCXXX & XXXVII. quibus obseruat baptismata quorundam regum Normanorum qui non possunt explicari de Gallica Normania cuius reges erant communes cum Francis à temporibus Clodouei, & hi omnes erant Christiani multis ante Northmannos sæculis & in Normania Gallica dux primus Rollo baptizatus DCCCCXII. ipséque tum successores eius non dicti reges sed duces. Codex Fuldensis de quo supra ad annum Christi DCCCXV: *exercitus Francorum*, inquit, *ab Imp. Ludouico (Pio) ad auxilium Heraldo Danorum regi ferendum, Contra filios Godefredi regis Northmanorū missus in Northmanniam*, ex quo loco aperte conuincitur Northmāniam esse regnum distinctum à regno Daniæ, esséque illi vicinum. Chronicon M. S. Turonense etiam disertis verbis distinguit Danos à Northmannis *ad annum Christi DCCCLXXIX. anno primo Caroli Crosi, Rollo Rothomagum cepit & ad annum DCCCLXXXI. biennio post Northmanni*, inquit, *adiunxere sibi Danos.* Non tamen ignoro Danos sæpe confundi cum ipsis Normanis eorum vicinis & deprædationum sociis. Vetustissimus liber cuius inscriptio. Gesta Northmannorum in Francia ab anno Christi octingentesimo trigesimo septimo vsque ad annum octingentesimum nonagesimum sextum. *Northmanni*, inquit, *ex Scauzia procedentes Insula, quæ dicitur Northuuega, in qua habitant Gothi, Humni atque Daci, regnante Ludouico Augusto, Karoli Magni filio, depopulati sunt Frisiam, Valaciam, Rotumam (id est Rothomagum) Roricus eorum Rex paciscitur cum Imperatore Ludouico.* Antiquus scriptor genealogiæ ducum & principum Normanorū Gallorum. *Anno*, inquit, *Dominicæ incarnationis octingentesimo nonagesimo sexto, regnante Francorum rege Carolo, qui Simplex appellatus est, pyratæ Danorum ex insula Scauzia, quæ Noruega dicitur, egressi, cum in Francia multa gessissent prælia, regnumque deuastassent: Carolus acceptis obsedibus, eis tradidit Neustriam, quam ab ipso tempore vocauerunt Normaniam, eo quod ab ipsis qui ex Northuuega venerunt, esset possessa.* Adamus historicus Bremensis in Germania canonicus libro secundo Ecclesiasticæ historiæ, prouincias & regna Septentrio-

Northmanni Septentrionales viri & Aquilonares.

Egidora Fluuius Normanos disterminat.

vulgò Eyder.

9. Northmannia distincta à Regno Daniæ illi vicina.

Trithemius hos distinguit in Chronico.

Rothomagus captus à Rollone.

Dani sæpe cum Northmannis confunduntur.

10. Roricus Rex Northmannorum.

11. Northuuega pro Northmannia.

nis multa dinumerat, quo loci agit capite quadragesimo tertio de ve-
12. Septentrionales populi qui? neratione sancti Olaui Regis & Martyris: *Corpus eius*, inquit, *scilicet Olaph omnibus Septentrionalis Oceani populis Northmannorum, Suenonum, Gothorum, Sembrorum, Danorum atque Sclauorum æterno cultu memorabile.* Dixerat, capite quadragesimo primo, duos sanctos Olauos seu
13. Duo sancti Olaui. Olaph esse distinguendos æquiuocos, quorum vnus fuerit rex Northmannorum & alius rex Suenonum, qui consimili amore Christianæ religionis subiectos sibi populos ad catholicam fidem conuertere co-
14. Gothia à Northmannia distinguitur. nati, martyrio coronati sunt. Apud eundem Adamum legere est, *distinctam esse Gothiam à Dania & Northmannia, & de bellis quæ gesta sunt inter istos diuersos reges, déque Olaph rege Northmannorum victo semel à rege Cunuth Danorum, & versa vice victore Danorum auxilio regis Ruzlorum & Suenonum*: Idem Adam historicus, qui se vixisse scribit anno Christi MLXVII. & factum canonicum tempore Adalberti
15. Sueno Rex Danus sollicitus de conuersione Northmannorum. Archiepiscopi, cuius successori Liemario suam dedicauit historiam refert, *Suenonem regem Danorum cæteris doctiorem & prudentiorem curasse, mitti diuini verbi præcones in Suediam atque Northmanniam, & in insulas*
16. Situs veræ Northmanniæ. *illarum regionum.* Ergo veræ Northmanniæ situs & plaga est in ipso Septentrione, quam Albertus Crantzius secutus fidelissimum historicum, Adamum recte seiungit à regnis Sueuiæ, Daniæ, Noruegiæ, eámque esse circumseptam magnis montibus, quos illi æquiuoce vocant Alpes allusione facta ad Alpes Italicas, altitudinis prodigiosæ: *Et illud regnum Northmanniæ esse in vltimo atque extremo Septentrione*, & præter montes cingi rupibus & Promontoriis maris Germanici, quod à Xe-
17. Balticum mare dicitur pigrum. nophonte Balticum vocatur: Quod à natura dicti maris appellatur pigrum à Cornelio Tacito, quia non vt cætera maria moueatur, æstusque eius ex relatione nautarum vix deprehendatur, continuo tamen fluxu sed tranquillo ab Oriente descendit in Occidentem. Mare
Sinus Codanus. Codanus esse sinus à quibusdam censetur. Sigismundus Herbestensius de eodem mari scribit dictum Venedicum & Balteum ab anti-
Venedicum & Baltæum mare. quis temporibus, quo respiciunt Germani mare illud sua lingua Be-
Beleth seu Belth. leth appellantes. Ex tabula Daniæ, quam Cornelius Antoniades edidit, non totum hoc mare Belth dici apparet, *sed ille tantum sinus*
Lib. 4. Hist. Natural. Cap. 13. Langlanth insula. *qui Cimbricum, & Chersonesum attingit*, prope Insulam dictam Langlanth, & verisimile est eundem sinum esse, qui à Plinio Lagnus dicitur, seu Lagnum quod conterminum Cimbris esse scribit: Ptole-
Lagnus sinus Cimbri & Cimmerij. mæo quoque Cimbri sunt Germaniæ populi Septentrionales, qui & sunt Straboni Geographo Cimmerii, & eidem Ptolemæo dicitur Chersonesus Cimbrica. Northmannia ergo vera & propria terminatur ab illo mari vltimo & remoto & à montibus Riphæis. Ad quam
18. Risargica insula nihil habet viride nec Floridum. regionem etiam pertinet insula Risargica vltima in Oceano Septentrionali, vbi tanta ventorum vis, vt illis nihil viride sit aut floridum pene per totum annum, si credimus manuscripto codici Athici sophistæ, diuerso tamen ab eo, quem edidit Simlerus Gemeticensis Monachus in historia Normana, Dudonem transcripsit addiditque in illa Northmanniæ regione esse pene continuam hyemem, & perpetuum

aëris rigorē, & tam parcam esse frugum, & segetū & fructuū collectionē, vt indigenæ laboribus assueti, quoties se multitudine hominū grauari sentiunt, solere colonias effundere. Indéque factū vt Northmanni vicinos Dacos, Danos, Suenos, aliosque adiacentes populos subegerint. Iidem ad pyraticam incursiones fecerē in Russios; ab Oriente in Hunnos; à Meridie in Vvandalos & Saxones: ab Occidēte in Frisones, Flandros, & Gallos; Galliarúmq; vbertate terræ delectati partem eius sibi dari prælegerunt, quam sibi prius vindicauerant. Ioannes Goropius Becanus originum Antuerpianarum libro septimo in Gotto-Danica, circa libri longioris medium. *Cum Dani*, inquit, *successu infœlici Francos Austrasianos tentassent, proxima sibi occupauere loca, ac in principio Iuttiam tenuerunt patriam Occidentalem Saxonum, circa tempora Clodouei Regis Francorum, hinc exortum est odium perpetuum & dissidium inter Saxones Danos & Northmannos pro finibus suis.* Vnde Vvitchindus post aliquot sæcula cum amicitiam pacisceretur cum Rege Danorum, id facere coactum se sensit, vt Carolum Magnum Regem Francorum à finibus Saxonum arceret. Cum autem Carolus Magnus totam Saxoniam subiugasset; Dani & Northmanni non ausi cornua subleuare contra tam potentem principem qui morte sua spem fecit Northmannis & Danis non eadem Francis futuram armorum fœlicitatem. Circa annum igitur octingentesimum decimum quintum Haroldus vnus ex regibus eorum cum à filiis Godefridi, qui Vvitchindo Saxonum Regi fauerat, contra Carolum Regē Franc. & Imp. fuisset regno expulsus, confugit ad Ludouicum Pium Caroli filium, à quo obtinuit exercitum contra Danos, quod supra retuli ex codice Fuldensi: & datis obsidibus Northmanni tunc imperata Ludouici se facturos spopondere. Cloamar Rex Abroditarū stetit pro Danis, qui victus armis Francorum exilio mulctatus à Ludouico, & Haroldus regno restitutus cum vxore & liberis & multis de suo comitatu Moguntiæ pietate Regis Francorum Baptizati: cui etiam Ludouicus partem Frisiæ concessit. Sed mortuo Ludouico & vt dicam infra, confligentibus inter se eius filiis Northmanni & Dani coniunctis & sociatis viribus cœpere Gallias depopulari, anno Christi DCCCLVI. & septimo post anno iterum reuersi per alueum ligeris capta Nannete, cæsoque Episcopo, clero & fidelibus die Sabbati sancti: post annos viginti Germaniā tentauēre subiugare. Anno demū DCCCLXXXV. cessauere vt antea deprædari, sed consilium iniere manendi in Gallia, sedémque suam constituere cœpere apud Andegauum, vbi profligati essent, nisi auri sacra fames eis fauorem conciliasset apud Carolum Caluum. Cæsi fuerant in sylua Carbonaria. Sed postea fœdere inito; Sunt qui scribant Lotharij filiam Northmannorum Regi datam pro dote adsignata Frisia. Sed quia in ea non sum sententia: Gislam illam referam ad Carolum Simplicem non ad Caroli Calui neptim Lotharii filiam. Redeo ad Northmannos quos veteres atque recentiores eos omnes appellant, qui nauibus è

19\. Frigida & sterilis Northmānia lib. 10. Historiarum Normanic. cap. 2. Ideo colonias emittit & vicinos subiugat.

20\. Accessus Danorum & Northmannorum in Gallias.

21\. Odium Saxonum Northmānorum pro suis finibus.

Concordant contra Francos.

Carolus magnus eos continuit.

22\. Northmanni venerati Ludouicum Pium Imp.

Haroldus eorum Rex ab eo restitutus Baptizatur cum suis.

Mortuo Ludouico Dani & Northmanni coniūcti in Francos, deīn Gallia habitare statuere.

Sona Fluuius Northmannorum.

Sona ad pyraticam egressi ex Northmannia, Dania, Sconlandia & insulis adiacentibus, dictosque Northmannos cum tota regione Septentrionali vulgari loquendi vsu Goropius vult initio dictos Noru-

24\. Noruuigsmanni idem quod Normani.

uigsmannos, postea breuitatis leuitatisque causa dictos Normanos. At sicut non omnis regio Septentrionalis à Septentrione nominatur, ita nec quiuis horum ab eodem cœli cardine nuncupandi. Quam-

25\. Cur plures populi Septentrionales se Northmannos vocauerint. Et ipse Hastingus etsi esset Francus natione.

uis negandum non sit plurimos Northmannis vicinos auidos rapinarum sub eodem nomine latuisse, & ob hanc causam maluisse vocari nomine communi Northmannos quam Dacos, Suecos & huiusmodi: exemplum in Hastingo, qui etsi Francus esset origine Campanus, & Diœcesis Trecensis pro Northmanno se dici volebat, & eis adiunctus, pallio Northmannico dolos suos tegebat. Northmanniæ quoque nomen ipsi Chersoneso datum & Cambriæ apud Rheginonem Abbatem Prumiensem: ibidem Carolus Magnus Conuentum Padenbornæ cum haberet, Vvitchindum Saxonem dictum euasisse è prælio victum & ad Northmannos seu Danos transiisse. Idémque

26\. Sub Carolo Magno naues 200. à Septent. Normanno venere.

Rhegino scribit Carolo Aquis commorante relatum fuisse appulisse classem ducentarum nauium ex Northmannia, ergo erat tunc regio Septentrionis propriè dicta Northmannia: ex qua prodire solerét per Fluuium Sonam, cui nomen vulgare censent esse quidem Sunth.

27\. Fluuius Sona Sunth fretum Northmannis.

quo nomine Normanicum fretum per excellentiam notatum. Potens Northmannorum nomen etiam sub Carolo Magno probat Eginhardus illius amanuensis & à secretis, qui domini sui res ge-

28\. Northmanni tum potentes sub Carolo Magno. Vanitas eorum Regis Godefridi.

stas posteris reliquit. *Ultimum bellum*, inquit, *quod contra Northmannos (qui & Dani vocantur) gessit: hi primum pyraticam exercentes, deinde maiori classe littora Galliæ vastabant, quorum Rex Godefridus adeo vanâ spe inflatus erat, vt totius sibi Germaniæ promitteret potestatem iactabat etiam se breui Aquisgrani, vbi Regis comitatus erat cum maximis copijs, sed aduenturum, &c. à proprio satellite interfectus & sua*

29\. Galliæ per Francos facta diuisio.

vita & belli à se inchoati finem accelerauit. Idem Goropius libro secundo Gigantomachiæ diserte docet & prudenter, quomodo Prouincia Gallica dicta sit Normania, quæ prius pars esset Neustriæ: *Tota*, in-

In Austrich & Vvestriich.

quit, *Regio Francorum recens subiugata in duo præcipua regna est distributa, quorum alterum Austriich*, id est, *Regnum Orientale, aliud Uvestriich*, id est, *regnum Occidentalium nominabatur. Quas voces Latini non intelligentes varie corruperunt ex Austriich Austriciam deinde Austrasiam: ex Uvestriich Uvestriiciam, atque mox Uvestriam, postremo litte-*

30\. Rigordus Historicus corrigitur.

ris planè mutatis Neustriam facientes. Postea Gallorum imperium tripartita Carolingiorum diuisione, &c. Rigordus Chronographus regius qui vixit sub Philippo Augusto Rege Francorum, & filio eius Ludouico octauo patre sancti Regis, de Carolo simplice verba faciens, minus bene intellexit fines & situm Neustriæ, pro cuius parte totius nomen vsurpauit: *Tempore*, inquit, *Caroli istius, Normani per Oceanum vecti ceperunt Rothomagum, habentes Ducem Rollonem, qui multa Ecclesijs Dei intulit mala. Ipse totam sibi Neustriam* (dic potius partem

Neustriæ) subiugauit & à nomine gentis suæ vocauit Normaniam. Normani vero lingua barbara homines Septentrionales dicti sunt, eo quod ab illa mundi parte venerint: North enim Septentrio, Man homo dicitur. Guillelmus Brito seu Armoricus Monachus Sandionysianus ad vrbem poëta & contemporaneus Philippi Augusti & Rigordi conseruus libro octauo Philippidos belle explicat transitum Neustriæ in Normaniam.

31. Rollo non habuit totam Neustriam.

32. De nomine Northmanni North Man, vel Mam.

Quæ prius antiquum cum Neustria nomen haberet,
Post à Northmannis habuit Normania nomen.
Quo gaudent patrij memores idiomatis esse;
In quo North Boreas, homo Man, inde vocatus
Northmannus priscæ meminit patriæque tribusque.

Robertus Gaguinus generalis minister ordinis fratrum de redemptione captiuorum (quos ab Ecclesiæ primaria cohabitatione apud Parisios in templo sancti Maturini Maturinos vocant, sicut & Iacobinos, qui ex instituto sunt Dominicani & fratres prædicatores) in Annalibus Francorum quos eruditè scripsit, *Vbi ventum ad Carolum simplicem Regem; Neustriam*, inquit, *adeptus Rollo, eam* Normaniam *appellauit, quia eā homines à Septentrione profecti occupassent: North enim Danorum lingua Septentrionem, Man vero hominem significat, inde vocabulo composito Northmanni id est Septentrionales. Qui longo tempore hunc morem seruauerunt, vt ex multis liberis vnum tantum apud se hæredem pater haberet, cæteris post ætatem legitimā domo emissis. Qua lege vsus Rothrocus (Rex Northmannorum seu Danorum) cum aliquot à se liberos dimitteret, Hiergostam Hastingæ cuidam nobili Daco* (fallitur vt probabo capite tertio huius libri, nā Hastingus fuit Francus seu Gallus qui se iunxit Northmannis) *commendat, adiuncta plurimorum iuuenum manu, &c.* Gaguino iuniori marito senioris auctoris fragmentum manuscripti codicis cœnobii Floriacensis ad Ligerim Andegauorum, editū à iuriconsulto Parisiensi Petro Pithęo, In vita Ludouici Regis desidis seu nihil fecit, vulgo Louys le Féneant. *Huius*, inquit, *Ludouici tempore gens Normanica, quam iam bis notaui (puta annis octingentesimo quadragesimo sexto & quinquagesimo Christi) suæ habitationis vaginam exemptam, toties pyraticam exercuisse, demum in morte patris eius (Ludouici Balbi Regis) vires resumendo, intra terminos regni Franciæ paucis resistentibus intulit cladem malignitatis suæ, & primum partes Neustriæ aggressa, &c.* Prosequitur regē obiisse post biennium puta anno DCCCLXXIX. relicto in cunis filio Carolo, cui postea cognomen simplicis inditum, & post pauca subiungit. *Dani, inquit, qui &* Northmanni *Neustriam deuastando in oris Galliæ super Oceanum consederant, in vrbibus scilicet quas ipsi primo impetu desolauerant, eo tamen pacto quod fierent Christiani, permittente rege, sedémque suam vocauere à nomine suo* Normaniam, *ipsi porro fuere genus Danorum, &c.* Iacobus Godefroy comment. in consuedinem Normaniæ cap. de Iurisdictione parum bene explicat

Gaguinus patria Atrebatensis corrigitur.

33. Normania Gallica.

34. Consuetudo Calcetensis Normana ex prisco vsu Northmannorum.

35. Normania Gallica pars Neustriæ.

36. Godefridus aduocatus emendatur.

Neuſtriæ & Normanorum nomen, originem & tempora quæ altius
37. repetere iuuabit. Gallia Iulio Cæſari tripartita libri primi de bello
Gallia tripartita.
Gallico capite primo. Belgica continet totum illud ſpatium quod
interiacet à Rheno flumine vſque ad Sequanam. Celtica incipit à ripa Sequanæ vſque ad Garumnam, Aquitanica à Garumna vſque ad
Belgæ Gallorum fortiſſimi.
Pyreneos montes. Belgas pronuntiat Imperator Romanus Gallorum
fortiſſimos, in quorum ſinu ſunt Neuſtrij, quos vocamus hodie Normanos, & ea pars quæ nobis Gallica Normania quæ à Sequana alluitur vſque donec mari admiſceatur; in finibus pagi ſeu regionis Caletenſis ad oſtium Sequanæ. Nota prouincia Cæſari à quo & Iulio-Bona, & Caidomus ſeu Cadomus, Cæſaris Burgum, & Cæſarotium ſeu
Normania Gallica pars eſt Belgicæ.
Cæſortium C pronuntiato vt G (eſtque Simlero & Ortelio vulgo
Latino Giſortium) in Itinerario Antonini Pij Imp. vel vt alijs placet
In qua ſuperſunt nomina Romana.
Conſtantini, Apud eundem Cæſarem & Romanos ſcriptores Conſtantia caſtra. Vbi legiones Romanæ hyemare ſoleret. Sunt qui Conſtantium Neuſtriæ ſeu Normaniæ referant ad Imp. Conſtantem, aut
ad Imperatorem Conſtantium, & Romanum morem probant Aquæductus, quorum ſuper ſunt veſtigia cumque declinare cœpiſſet Rom.
Cæſar lib. 2. c. 2. libr 8. cap. 2. Sueton. in Cæſare cap. 25. Ammianus Marcell. Polyd. Hiſt. Anglic.
Imper. & auctoritas tanti Imperij, & vigor Quiritium, Saxones pyratæ irruere id oras maritimas huius prouinciæ occupatis illis territoriis quæ Oceano alluuntur, & à Rheno vſque ad ligerim: dictuſque
Paulus Diaconus lib. 2. Beda Hiſt. Anglic. lib. 1 Polyd. lib 3. Notitia vtriuſque Imp.
ille tractus Marchia Saxonica, qui etiam adhuc regnante familia Ca-
38. roli Magni ſeu Carolouingiorum, Beſſini qui & Baiocaſſes Saxones à
Saxonica Marchia in Gallia quæ ſit illa.
pleriſque ſunt appellati. Ex Regeſtis Notitiæ Imperij Romani (quod opus lumen vidit circa finem Imperij Theodoſii iunioris) mentio fit de pluribus legionibus & copiis militaribus pro Romana ditione tuenda, apud Rothomagum, Baiocas, Conſtantiam, Abrincas, tandem ſub Clodoueo primo Francorum Chriſtiano Rege, poteſtas Ro-
39. mana in Galliis euanuit. Hoc ſaltem boni Gallis & Lugdunéſi ſecundæ (cuius caput Rothomagum) obtigit quod ſub imperio Romano
Gallia facta Chriſtiana ſub Imper. Rom. Cæſar lib. 6. de bello Gallico.
fidem Catholicam imbiberit, & Maiores noſtri facti ſunt Chriſtiani:
qui fuerant Druydum imbuti ſuperſtitionibus, ſuos Deos habebāt & ſingulariter venerati Plutonem ſeu Ditem, quercum ſuam & robur commutauere ligno ſanctæ Crucis, in qua didicere Symbolum Redemptionis humanæ adorare: per Doctores Romanos ſanctos Nicaſium & ſocios, qui Rothomagenſem agrum & Lugduneſem ſecundam prædicationis vomere excoluerunt, cum Exuperio Baiocenſes,
40. Taurino Ebroicenſes facilem aurem præbuiſſet incarnati verbi
Clodoueo vltro Lugdunenſis ſecunda ſe ſubmiſit.
myſteria, & ſalutis documenta enarrantibus. Clodoueo prouinciarum Galliæ domitori, Lugdunenſis ſecunda vltro ſeipſam ſubmiſit, non enim legere eſt aliqua prælia ab eo commiſſa cum noſtratibus fuiſſe, ſicut cum cæteris Galliarum populis. Tum victores Franci de
Prouinciæ victæ à Francis dictæ Francia.
ſuo nomine victas prouincias Franciam appellauerunt, eamque voluere bipartitā vt quæ regio ſita eſt inter Rhenum & Moſam & quæ ad Meridialem plagā accederet, Auſtria vel Auſtraſia diceretur. Altera

tera vero pars quæ vergeret in Occidentem à Mosa vsque ad Ligerium Vvestria aut Vvestrasia & V. mutato in N. Nustria vel Neustria. Sequenti æuo illa regio appellata fuit Neustria, totum illud territorium quod includitur Matrona, Sequana, & Ligeri. Quia porro nobilior eius pars erat Romanorum secunda Lugdunensis, nobiliori parti cessit nomen Neustriæ. Partito postea regno inter filios Clodouei: contenta fuit sub titulo regni Suessionensis Neustria, cuius partes Flandria, Picardia, & Britannia ab ora maritima Oceani inter Ligerim & Rhenum.

Quæ Regio Franciæ dicta sit Neustria. Rober. Cœnalis de re Gallica. S. Grego. Turonensis lib. 2. Aymonius lib. 2.

41. Contigit porro Clotario Magni Clodouei natu filio tertio, vt in die sancto Parasceues sui & Religionis oblitus iræ & odij concepti omnino impotens in loco sacro manus violentas ipse iniecerit in Gualterum seu Vvalterum Dominum de Yuetot in pago seu præfectura Caletensi, pro cuius facinoris aliqua satisfactione condemnatus à sacris Pontificibus dominium & terram de Yuetot regni titulo insignire, & adhuc aliquod eius tituli vestigium, & specimen retinet, saltem nomine regio nostris temporibus gaudet.

Neustria sub Suessionensi rege & regno. Pontanus de origine Franc. Abbas Stradensis 743. vesperg. 753 Guagu. l. 2.

42. Principes Franci vix emersi de paganismo nonnihil retinere visi de prisca illa gentilium feritate, & nondum Gallicæ & Christianæ comitati assuefacti erant, qua posterioribus supra alios gentium principes excelluerunt.

Regnum de Yuetot in Caletensi pago.

43. Clotarius cum regnasset annis xliv. relictis duobus liberis, Sigeberto Austrasia, Clotario nostra Neustria obtigere, & tunc nomina regia Parisiorum, Aurelianorum, Suessionensium, & Metensium missa facta, & duo regna Austria seu Austrasia & Neustria in vsu esse cœpere. Caroli Martelli progenies cum in ius regium successisset: eius filius Pipinus euasit in regem Neustriæ, & Pipini filius Carolus propter res præclarè gestas cognomento Magnus, Neustrico regno successit. Eius tempore Aquilonares Northmanni Neustriæ plagas maritimas tum primum visi sunt tentare aggredi. Ludouicus Pius Carolo patri successit; qui eam dedit Carolo iuniori filio, qui dictus est Caluus. Discordantibus Ludouico Pio cum liberis regibus, facile fuit Normanis quaquà intra Neustriam portubus non seruatis & vacuis milite; per ostium Sequanæ impetum fecere: omnia ferro igneque Lutetiam vsque Parisiorum miscuerunt.

Francia in duo regna partita. Pipinus & Carolus Magnus. Neustriæ reges. Et Ludouicus Pius & Carolus Caluus.

44. Carolus Caluus rex Pontem Arcuatum prope Rothomagum tunc munire aggressus: alio tempore auctis copiis & animis victorum toties Normanorum, Carolus Crassus Imp. amore patriæ commotus, & pietate sua stimulatus parauit suppetias, quibus iunctis Francorum legionibus, Northmannos si posset, in ordinem redigeret. Verum expertus aperta vi contra fortes viros minus proficere, vni ex Regulis eorum Godefrido nomine dedisse fertur cognatam Gislam, & Frisiam pro dote, & alteri Regulo Sige-

Pons Arcuatus, le Pont-de-Larche propè Rothomagum.

45. *Quibus mundis Franci animus Normanorum conciliauerint.*

fridó magnam vim pecuniæ, vt saltem compedibus argenteis vinciret eius animum. Tandem ventum ad infœlicia tempora Caroli Simplicis qui suasu Prælatorum & Procerum, vt totum regnum Francorum & cymbam Imperii à naufragio vrgente & præsente seruaret, coactus est dare Northmannis illam terræ partem, quæ etiam hodie vocatur Normania, pacemque composuit cum illorum duce Rollone. Descripsi supra situm terræ

46. *Alia descriptio situs veræ Northmaniæ Septentrionalis.*

Northmannæ, sunt qui alio modo etsi vtraque descriptio accedat ad vnam veritatem. Ex Plinio libri quarti capite decimo septimo, Alberto Krantio Sueuiæ, libri septimi capite secundo & ex aliis doceor Oceanum Athlanticum extendi ab Occidente in Orientem quodam influxu per meridiem vergere in Septentrionem, & attingere fines Scythiæ: maris ille sinuosus tractus, antiquis, vt dixi, vocatur mare Balthicum, aut sinus Codanus, suis

47. *Balthicum mare sinus Codanus.*

reflexibus grandes format peninsulas, ex iis vna circa meridiem Græcis dicitur Chersonesus Cimbrica, hodie Iuttia vel Iutlandia, altera vergit in Septentrionem, olim Scandia aut

Iuttia vel Iutlandia.

Scanzia, nunc præfert nomen Schondiæ: præter illas infinitæ sunt aliæ, & ex aduerso Germania terra continens complectitur

Dania, Suecia, Noruegia, Gothia.

quatuor regna Daniam, Sueciam, Noruegiam & Gothiam, quæ separantur aut magnis fluminibus, aut syluis spatiosis, aut montibus præaltis. Aëris inclementia, quæ solum illud minus beat, compensat incolas suos ingeniorum & bonitate, & corporum robore, ita vt in climatu illo fœminæ collatæ aliis nationibus videantur etiam esse masculæ. Et quoties ex illo orbe ver

Quoties ex illis fiunt coloniæ terrori sunt alijs gentibus.

sacrum fieri obtigit, cæteris nationibus terrori & exitio fuere: testes sunt quotquot Historici meminere inundationis Cimbrorum, Gotthorum, Vvandalorum, Hunnorum, Alanorum, & Lungobardorum ex illo orbis frigidi & rigidi egressorum, qui vbique gloriæ militaris etsi crudelitate & ferocitate abundantis, & suarum victoriarum valida reliquere posteritati mo-

Præcipuè Monachis & locis sacris.

numenta. Vltima gentis illius gloriosa colonia fuere Northmanni, detestata gens omnibus Monachis, qui ab iis innumeras pertulere calamitates, fumantibus vbique claustris & basilicis eorum incendio fœdatis: vnde non mirum si scriptores atramento bile mixto de illis iniuriosè meminerunt: quibus

Vnde eorum nomen adhuc hodie odio habetur.

isti habiti pro prædonibus, piratis, & furibundis hominibus, quos infernus euomuerit: ex quo factum vt Normanorum etiam Christianorum, & longè ab istis diuersorum, & tantum ab illis mutatorum, nomen immeritas pœnas luat. Ali-

48. *Quod isti Normani viri fuerunt prudentes.*

quo modo reclusis istis, condonandum censeam, si tunc de hostibus templorum ignominiosè locuti sint: Verumtamen prudens lector, si tu attentius & maturius apud te res eorum gestas contemplatus fueris: quæres à teipso, vnde quæso

te ipſo: vnde quæſo pyratis tanta audacia, vt auderent & poſſent aggredi tot regna & progredi tot annos per vniuerſam Europam: tam multa millia hominum perdendo, plura illico ſubſtituere & in certamen redire atrocius & fortius, peruagari Germaniam, Angliam Italiam, Hiſpaniam, Græciam, & tandem cogere regem Francorum partiri cum eis regnum ſuum, parte illius data pro redemptione relictæ partis regni, cum acceſſorio Britanniæ minoris Normanis quoque conceſſo. Superabat pyraticum ingenium, plena æquitatis politia in ſtabiliendis rebus dominij pacis beneficio accepti; Poſtq; baptiſmum mira in eis fuit morum humanitas, quod etiam inimici ſcriptores non diffiteri coguntur.

Politici & humani poſt baptiſmum.

Normani bellicoſi cum vix litteris vacarent, non habuere proprios Hiſtoricos, qui geſta plæcara poſteritati ſcriptis cõmendarent.

Geſta eorum præclara non ſcripta per ſuos illiteratos.

Gens terror orbis non habita more exulum aut neceſſitate extorrium à patria, aut propter iniquitatem profugorum, vertereturque opprobrio Francorum, ſi virorum degenerum inſana manus eò redegiſſet fortes viros, vt illos cogeret ad iniquas pacis conditiones.

Quos laudari à Francis decet.

Pro barbaris Francos habuit ſuperbia Romana ex panegyrico Mammerti dicto Imp. Maximiano & pyraticã exercuiſſe obiicit. 49

Franci à Romanis pro pyratis habiti.

Adiutos in confeſſo eſt Northmannos à duce Saxonum Vvitchindo genero Godefridi regis Daniæ & Noruegiæ: ad quem ille quoties victus à Carolo Magno toties erat aſylum eius, & ab eodem nouas ſuppetias accipiebat. 50

Northmanni adiuti à Saxonibus in Francos.

Ludouicus Magni filius occaſio Normanis fuit inuadẽdi Franciam. Nam Haraldus ſucceſſor Godefridi Normani expulſi à Friſia per Raynerium ope Francorum, facti ſunt hoſtes eorum infenſiſſimi & nepotes eorum: vſque donec in Francorum regnum ſubſtituerint principẽ ex Saxonica gente, & genere Vvitchindi Hugonem Capetum ex proſapia Roberti filij Vvitchindi, quem Carolus Magnus deuicta Saxonia ſecum in Franciam adductum diuitiis & honoribus ſibi obſtrinxerat.

Saxonem Hugonem Capetum Regem Francorum fecere ſuo tempore.

Neque potentiores ſuppetias Hugo Capetus ſenſit contra Carolum Craſſum Lotharingum conſanguineum Pipinæ gentis, quàm à Richardo primo duce Normaniæ Capeti tutore. 51 Ex quo apparet ſtirpem regiam Francorũ, quæ nunc rerum potitur, non habuiſſe antiquiorem nec potentiorem affinitatem quàm à ducibus Normanorum.

Reges qui nunc regnant in Frãcia Normanorum ſunt affines.

Lubet proponere veteres de rebus priſcis Normanorum loquentes. Antiquus liber, cui titulus, Normanorum geſta in Francia, ad annum octingenteſimum, nonageſimum, quintum: *Normani*, inquit, *cum duce ſuo Rodone* (Rodonem dixit pro Rollone) *ingreſſi Sequanam, vſque ad Aquitaniam, deuaſtantes omnia, peruenerunt. Carolus ſimplex Rodoni Neuſtriam tradidit, quam Normanniam vocauere Northmanni, eo quod à Northuuegia egreſſi eſſent.* 52

Rodo & Rollo idem.

Ex Rodone Rodomus dicta eſt Rothomagus.

In quanto vero ſplendore ante illud inuaſionis Northmanicæ tempus eſſet Neuſtria illa barbaris conceſſa, ſatis obiter edocet Abbo Floriacenſis, qui vixit circa & ante annum milleſimum Chriſti, ſcripſitque, quam viderat & paſſus fuerat obſidionem Pariſienſem, ab exercitibus multorum annorum à Northmannis congregatorum, ad expu- 53

Neuſtria qualis antequam eſſet dicta Normania.

gnandam vrbem, qui plura ſcriptis opera reliquit, de quibus Antonius Poſſeuinus in Apparatu ſacro, & citatur à Papyrio Maſſono, libro tertio Annalium Francorum: vir ille Religioſus probatum teſtimonium intonet, quid de Neuſtria ſentiat, libro primo obſidionis vrbis capitis Francorum Lutetiæ.

Neuſtria nobilior Provinciarum orbis.

Neuſtria nobilior cunctis regionibus orbis,
Quæ vaſtè fueras genitrix Procerum dominantûm,
Ne pigeat capta turri producere quæſo,
Quot vel quas hauſere Dani palmas tibi, nec non
Vbera quot pecorum mulcere, tuum peragrando
Diſtentum varijs tractum gazis, tamen olim
Mi ſoboles, aliqui cenſere poteſt? etiamſi
Affuerint cunctæ volucres, erumpere voces
Tot nequeunt hominum, quot equûm, pecudúmque, boúmque
Sublegere mihi natos, natáſque, ſuumque,
Flumina balatu agnorum, mea gramine læta
Prata ſonant, denſo mugitu tempe iuuencûm
Ceruorumque nemus, rauco clamore remugit,
Grunnituſque mei Syluas ſcindebat aprorum;
Hæc mihi ſubduxere truces, ſi noſcis & audis.

Matheus W[illegible]eſtmonaſt. in Floribus Hiſtor. anno 691. Pipinum Regem Francorum vult Neuſtriam ſubiugaſſe.

54. Odo Rex Francorum Neuſtrius fuit.

Abbo inter glorioſos Neuſtriæ Proceres ſcriptum in capite libri reliquit, Odonem Francorum Regem electum, etiamſi non eſſet de ſtirpe Regia Francorum, regium tamen nomen & regnum illi commiſſum ab ordinibus Francorum ex Flodoardo in Chronico & Synodo Moguntina ad ſuſtinenda & ducenda bella contra Northmannos, Abbo Poëta prodeat in lucem.

Creat⁹ ob meritum contra Northmannos.

Lætus Odo Regis nomen, regni quoque numen
Francorum populo gratante fauenteque multo,
Francia lætatus, quamuis is Neuſtrius eſſet,
Neuſtria ad inſignis nati concurrit honorem.

Dixi Normaniam Gallicam non eſſe Neuſtriam totam, ſed ſolum partem eius quia ex auctore vitæ ſancti Genulphi diſcere eſt Lugdunenſem Galliam etiam ad antiquam pertinere Neuſtriam, ſicut & Burgundiam. Beatus Rhenanus doctus Heluetius conuenit cum Becano & aliis eruditis, eſſe Neuſtriam Occidentalem Galliam, Auſtriam eſſe Orientalem. Abraham Ortelius in theatro Geographico plures laudat Scriptores, quibus viſum eſt antiquam Neuſtriã comprehendere Gallicam regionem à Rhodano & Sequana fluminibus ad Oceanum & vſque ad Britannicum mare. Ioannes Maioris Monaſterij Turonenſis Monachus Benedictinus in Chronico ſui temporis, ex quo mutuatus Godefridus Hotomannus Iuriſconſultus in ſua Franco-Gallia Neuſtriæque ſpatium extendit ab Aurelia & Lutetia Pariſiorum ciuitatibus à Ligeri & Sequana, vſq; ad mare Oceanum. Carolus Sigonius Lib. 3. de regno Italiæ, vult ad Neuſtriam quoque pertinere Occidentalem Italiæ partem. Guillelmus Gemeticenſis li-

Qui irritati ex omnibus Prouinciis elegere ipſam Neuſtriã Odonis patriã.

55. Neuſtriæ totius limites.

Infra cap. 11.

Leg. Ioannes Nagerel Canonicus & Archi. Rothomag. in deſcriptione Normaniæ.

bro primo Historiæ Normanorum, capite septimo quem intitulat, *De excidio Neustriæ, quæ*, inquit, *ab vrbe Aurelianensi per transuersam vsque Lutetiam Parisiorum pertingit. Northmanni feritate Franciæ interiora penetrantes inuadunt illam.* Ibidem ait prolixiorem Neustriam extendi ab vrbe Genabensi(Cæsari vrbs Genabum) Antonino in itineratio Ptolomæo & Straboni Γενάβον, est Francorum Aurelia ad cuius vsque territorium vetus Neustria extendebatur à mari vsque ad Parisiensem vrbem cis Sequanam: Hinc vulgi dictum, *Normandie s'étend jusques à la Croix du Tiroy*: quæ Crux visitur Lutetiæ in media platea sancti Honorati. Apud Dudonem de sancto Quintino seu Quintinianum, libro tertio de moribus & actis Normanorum, in oratione seu concione habita ab Arnulpho proditore Comite Flandriæ perfidissimo, & viri sancti Guillelmi primi huius nominis Ducis Normaniæ fraudulento homicida, ad Francorum Regem Ludouicum cognomine Transmarinum filium Caroli simplicis, qui Rolloni dedit terram Neustriæ ab eo tempore dictam Normaniam: *Est Normanica tellus*, inquit, *omnium rerum sufficientia, præ cæteris* 56.
abundantius plena, omnium bonorum largitrix, quibus indiget illius incola: talium vbertatum possessorem, ô Rex, te esse oportet, &c. Adhortor nostrates Normanos, vt incolentes terram soli fertilitate opimam, sint quoque & esse velint, virtutum omnium feraces, vitæ meritis & moribus commendatissimi: Nec de iis dicatur quod vulgo de Campania Neapolitana Normanorum armis domita & per plura sæcula possessa (donec defectu masculorum cessit ad extraneos matrimonij tabulis.) *Paradisum esse terrestrem in Campania sed diabolos esse illius incolas.* Robertus Gaguinus domo Atrebas Belga in suis Annalibus Francorum, vbi sermo occurrit de Carolo septimo Rege. *Normania*, inquit, *est vna Metropolis sex vrbibus* (puta suffraganeis diœcesanis) *quatuor & nonaginta oppidis munitissimis atque arcibus potens, quam sexta vix die eques expeditus pertranseat: pecoris & piscium ferax & vberrima frumenti, pomorum atque pecorum tam passim conferta, vt gens sibi potum affatim exprimat* (oblitus est scribere Gaguinus in quàplurimis partibus Normaniæ multiplex & deliciosũ vinũ esse vinetorum & vinearum maximã copiam.) *plebs lanificij studiosa, bibax pomacei, quod siceram vocant.* Nicolaus de Lyra, seu Lyranus ac- 57.
cusat gentiles suos quod soleant de nectare suo cogere incolas suos ad bibendum. Lyra oppidum Diœcesis Ebroicensis ex quo Nicolaus Oriundus patre Iudæo (Iudæi tunc plures in Gallia) factus Christianus nomen dedit sodalitio fratrum minorum, in illo virtutis & Doctrinę laude multâ floruit, commentariis in vniuersam sacram Scripturam celeberrimus Doctor: Ille in caput primum Esther, vbi verba fiunt de conuiuio Regis Asueri, laudatur ex eo quod non erat qui nolentes cogerent ad bibendum. *Quia*, inquit, *Rex nolebat, quod in aula sua aliquis vteretur modo incomposito atque irrationabili aliquorum barbarorum, qui conuiuantes nimis importune homines inducebant ad*

Orleans.

Normandie va iusques à la Croix du Tiroy.

Normania omnibus bonis abundat.

Rothomagus metropolis illius.

Cuius sunt sex vrbes Diœcesanæ suffraganeæ 94. Oppida munita.

Nicolaus Lyranus Normanus.

Ordin. fratrum minorum.

Accusat suos quod ex more prisco ad bibendum cogant alios.

bibendum: vnde talis modus venit in Normania, quæ est pars Galliæ, à Barbaris habitantibus, prope Polum Arcticum, qui terram illam accipientes, eam populauerũt. Addit Gaguinus vbi supra de moribus populorũ Normaniæ, *Gens*, inquit, *suapte natura callida, & nullis exteris legibus obnoxia, suis moribus & consuetudine quam pertinacissime tuetur, viuit: doli quidem & litis apprime gnara; quo fit vt cum illa societatem aut negotium exteri formident.* (Vnde ergo Gaguine cum Normanis tam multæ exteræ gentes facto denso agmine terra marique vndique commercij gratia exercendi concurrunt, & vnde verax possis censeri, si quis lustrauerit omnem angulum & partes Normaniæ sinu suo diuersorum populorum turbas fouentis supra cæteras Galliarum prouincias, hinc & cæteris calumniis quas inuidia despumat in Normanos: respondebo libro qui comitabitur Rollonem meum, cui titulum imponam VINDICIARVM NORMANARVM.) Audiamus saltem nolentem volentem certe concludentem Robertum Gaguinum in fauorem Normanæ gentis. *Normania alioquin*, inquit, *religioni & Doctrinæ dedita, bello insuper idonea & fortis, cuius egregia in exteros gesta referuntur.* Papyrius Masso seu Massonus quem Doctissimi & Sapientissimi Cardinales, Cæsar Baronius, & Robertus Bellarminus Ecclesiæ, sed singulariter Italiæ duo luminaria, magni faciunt, & in veritate Historicâ sæpe ducem sequuntur, & quem omnibus Historicis anteponunt. Ille vir in docto opere de fluminibus Galliæ, quà Francia est: *Normaniæ populos*, inquit, *callidos esséque natura cautos cognitum est, nec subijci velle moribus aut legibus vllius gentis, & morum suorum esse obseruantißimos custodes: infra viginti quatuor horas, licet his ab eo quod dixerint, promiserintque impunè discedere, litigare scientes, & nodum in scirpo solent quærere: vt non sine causa Placentinus. I. C.* (gente Italus doctor apud Montem Pessulanum 1200. qui argumẽta inscripsit titulis vtriusque iuris.) *Normanos esse doli capaces ante pubertatem dixerit olim: Ego ingeniosos ad percipiendas bonas artes & scientias prædico.* Hactenus Masso. Consuetudo Normana non doli capacitatem, sed iudicij maturitatem in suis indigenis agnoscit, & animorum fortitudinem.

Pars Galliæ data barbaris dicta Normania.

Arguitur Gaguinus male sentiens de Normanis.

Et tandem seipsum cogente conscientia corrigens.

19. Normani nolunt subiici legibus vllius gentis.

Doli capaces ante annos pubertatis.

Cæsaribus virtus contigit ante diem.

Aiebat Poëta vetus, quia articulo 223. Maiores masculos declarat anno ætatis vigesimo completo: cum aliis nationibus vigesimus quintus annus requiratur: & articulo 431. titulo de donationibus eadem ætate annorum viginti acceptas habet factas ab eis donationes. Marcus Aurelius Cassiodorus in omni scientia creditus versatissimus, vir Quæstor, Prætor & Consul, rectum fert de Maioritate iudicium libro primo variarum. *Ætatem*, inquit, *virtus facit, indignum vt putetur domum suam non posse regere, qui poßit bella tractare.* Normanus assequutus mentem Poëtæ Virgilij, & Scoliastis eius Seruij.

Maiores fiunt anno ætatis vigesimo.

Apud alias gentes Gallicas anno tantùm xxv.

Hinc vbi dum formata virum te fecerit ætas.

Seruius ibidem explicat, id est, vbi attigeris annum vigesimum,

compertum quoq; est Normannos Neustriogallos esse valde laboriosos,& in omni genere opificii bonos artifices,exercere sedulo mercaturam,tantam copiam laneorum pannorum conficere, vt ad alias prouincias & regiones transferant. Nobiles Normani, qui in bello fortissimi,in pace & sedulo otio potentissimi, quibus pacifica pugna & labor venationis,corpora robusta facit & exercitiis bellicis aptissima. Dicam suis locis de gloria eorum parta in Italia, in bello sacro & Asiaticis expeditionibus, qui Africæ partem & Græciæ suo
60.
subiecerunt armis Imperio cum Brutiis, Apulia, Calabria,regno Siculo & Neapolitano; qui terra marique victores de Imperatoribus Orientis & Occidentis; & vt loquitur S. Paulus Epistolæ ad Hebræos capite decimo; *fortes*; inquit; *facti sunt in bello, castraque verterunt exterorum expellentes ex Italia Saracenos*, in qua diu, & cum dedecore nominis Christiani pedem fixerant, quamque sibi vectigalem vili etiam additi pensitandi prostituendas fœminas tributo subegerant. Gloriosa dicta sunt scriptaque de gente Normanica in terra sancta & in atriis tuis ô Hierusalem. Normanicis armis quadraginta solum diebus Anglia seu Britannia Maior leges Normanas accepit, quibusque etiam hodie vtitur, & quicquid glo-
61.
riæ verti potest Anglis à tempore Guillelmi Conquestoris Ducis Normaniæ,totum illud debent virtuti,& fortitudini, & pietati Normanorum, à qua nobiliores familiæ se gente Normana oriundos prædicant. At enim quantum dissimiles maioribus suis pientissimis & religionis & regiæ potestatis obseruantissimis: nunc sine fide à pietate & à vera religione extorres regem suum contumeliosè captiuum occidere, opprobrium facti omni nationi, & dedecus orbis Christiani rebellione in Deum, & in regem suum, quem obliti honorificare, quia cessarunt Deum timere. Superest vt aliquibus
62.
lineamentis, quæ sit facies Prouinciæ Neustriæ Normanæ,& Topographiam eius saltem in genere describamus. Normania Gallica (dixi de vera & Septentrionali) ab Oriente respicit Franciam, eáque parte terminatur œsia, (quod amplè & diffusè probo in mea Historia Gisoriana) & Picardia. Ab Occidente habet Britanniam minorem seu Armoricam: Meridies eius versus Cœnomaniam & Prouinciam Perticensem. Clauditur Oceano ad oram & plagam Septentrionalem. Longitudo eius à Pontesia vsque ad Pontem Vrsonis continet circa nonaginta sex leucas Gallicas: longitudo eius mensuratur à Tilleriis castro vsque ad extremos Caletenses, & accedit ad quadraginta leucas: in suo continenti & sinu continet meliorem & gratiorem partem Prouinciarum totius Galliæ,& cui nullum regnorum omnium Hispaniæ possit sub æquo iudice comparari: cœlo gaudet & solo gratioso, & temperato, vnde minime mirum si producat copiosè atque affluenter vitæ humanæ necessaria omnia etiam vsque ad delicias incolis suis & indigenis, in qua nullum angulum natura bona mater voluit esse inutilem, & vbi mi-

Sunt valde laboriosi.

Panegyris breuis Normanæ gentis.

Ps. 86.

Angli omne suum decus traxere à Normanis.

Nunc sunt omnibus dedecus perfidi deo, religioni & suo regi.

Descriptio generalis Topographica Normaniæ Gallicæ.

Limites eius & longitudo & latitudo.

Cœlum & solum sunt gratissima hoc territorio illis mam.

nus indulgentior videri posset alumnis suis industriam contulit operosæ culturæ, qua bonitatem naturæ credi queat superare. Frumento & grano multiplici non solum sibi superabundat, quin etiam benignior & liberalis superflui sui abundantia Prouinciis aliis sola-

63. Normania Parisiorum nutrix.

tia præbet, tutatúrque à fame & ab inedia. Ipsaque Lutetia Parisiorum regni Francorum caput & Princeps Vrbium Normaniam almam matrem & nutricem non inuita sed lubens agnoscit, & pascuorum agrorumque Normanorum pingui redundantia necessitati publicæ prouideri. Septentrionalis Normaniæ regio vinum quidem rarius aut insipidum producit, quæ a sororibus aliis eiusdem Prouinciæ terris satis superque adiuta vicem eis rependit pomacei super Ambrosiam dulcissimi & suauissimi saporis. De Abrincensi &

64. Fructus delicati Abrincenses & Gallionenses.

Gallionensi territoriis hoc singulare est obseruare, quod fructus eius audeant concertare fructibus Turonensibus & Andegauensibus. Terras agriculturæ non satis idoneas occupant syluæ, nemora & dumeta venationis & ferarum refertissima, & viriditatis amœnitate oculos intuentium replentia, atque bonitate arborum ædificationi & nauticæ rei aptissima, habitationi inseruiunt in terra & in mari, & commercio sunt vtilissima. Non est numerare fluminum, riuorum & fontium multitudinem totamque vndequaque

Portus spatiosi, & imina quamplurima.

Normaniam irrigantium, quæ insuper vallata mari spatiosos sortitur portus, & tutas nauibus stationes, ex quibus deriuantur gazæ in omnes partes non solum Prouinciæ: sed quæ recepit portubus cum fœnore nautico & terrestri transfert ad vicinos populos, à quibus

65. Optima quæque Normaniæ absorbentur Parisiis.

argenti, & auri vim magnam accipit, quæ tandem in abysso absorbentur Parisiensi, miris & variis modis, quibus fiscus & vectigalia sciunt ad se omnia trahere. Et ne quid desit tam nobili Prouinciæ, naturali dono & larga Dei manu accepit fodinas ferri quo ditetur & terram suam vomere excolat: ditior tamen est ex superficie glebæ suæ quam ex soli sui visceribus. Metropolis Rothomagum nu-

66. Rothomagi commendatio.

meratur inter vrbes regni Francorum secundo loco post Lutetiam Parisiorum. Nec nuper eius celebritas commendari cœpta, de illa quippe sanctus Paulinus Aquitanus gente, & Episcopus Nolanus SS Hieronymi & Augustini coætaneus & amicitia coniunctissimus Epistola ad S. Victricium Archiepisc. Rothomagensem testatur iam suo æuo nomen Rothomagi famosissimum, *promulgatum*, inquit, *in longinquis etiam Prouinciis, inter vrbes sacratis locis nobiles cum diuina laude numerari: cum totam illic qualis in Oriente memoratur Hierusalem: faciem quoque Apostolorum præsentiam, meritum sanctitatis adduxerit*. Vrbs pariter laudata à S. Fortunato Episcopo Pictauiensi sub Imperio primariorum regum nostrorum in suis carminibus, quæ legere in Bibliotheca SS. Patrum Vvitchindus Hi-

67. Pons Rothomag. miraculum mundi.

storiographus postquam Rothomagum venit in potestatem Normanam appellauit eam Vrbem Danorum. Pons eius cum esset integer numerabatur inter mundi miracula ob rationem difficultatis

structuræ

ſtructuræ propter binos eoſque quotidianos fluxus & refluxus maris, quos patitur Sequana, cuius dorſo illum impoſuerat Mathildis Normana Princeps: de quo Armoricus ſeu Guillelmus Brito Poëta Philippi Augusti regis libro ſexto Philippidos. Cum ſtaret integer.

Tamque repentinos operatur causa meatus
Soli nota Deo, nec eam comprehendere sensu,
Humano potuit, poteritve in ſæcula quiſquam:
Causa latet, ſed res ita eſt, &c.

Plura de Rothomagi Sanctitate, Nobilitate & authoritate qui reſcire volet, poterit legere opus meum inſcriptum *Cathedra Rothomagenſis.* Multi detrectant Normanorum gloriæ ex inuidia, quia nequeant eorum præclara facta aut bonitatem ingeniorum aſſequi paſſibus æquis. Godefridus Bullionenſis Dux origine fuit Normanus, de quo alibi ſpero dicere, Deo dante, in Hiſtoria Sanctorum Regiæ Francorum, & in regali Martyrologio. In hoc vno deploranda Normaniæ conditio eſt, quod ſoli bonitas, & incolarum ingenii nota indoles pondus vectigalium immenſum patitur, concurrentibus cœlo & ſolo ad eius gloriam Prouinciæ, dolet cauſam ſibi eſſe calamitatis, quæ deberet eſſe ſuæ fœlicitatis: cum vnica Normania fiſco regio plures dicatur inferre Gazas tribus aut quatuor maioribus ſimul iunctis Franciæ aut Galliarum Prouinciis: ferax licet armorum & armatorum, bellicoſa viris fortiſſimis in regia fide perſiſtit, dicto & mandatis ſui Principis obediens. Neſcit niſi melius dixero, non ſuffragatur conſilio Lucæ à Penna Iuriſconſulto ad legem primam cod. de ſuperindicto proponentis quæſtionem, ſi ſupremus Princeps plura quam par ſit tributa imponat ob cauſas eo loci expreſſas, poſſe illi talia tributa denegari & de facto reſiſti. Normana Catholica magis credit Diuo Paulo doctori gentium. *Neceſſitate*, inquit, *ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui honorem, honorem.* Aperi Domine Deus oculos tuos omnia penetrantes, & vide tribulationem noſtram, benedic Domine terram tuam, terram Normanam qua nulla fœcundior eſt Baſilicis tuo honori dicatis nec auguſtior locis ſacris.

68. Godefridus Bullonius Dux genere Normanus.

69. Subditi colum Normania tributis & obedit ſuo Regi.

Lib. 2. tit. 18

Ex doctrina Diui Pauli. Rom. 13.

70. Imploratur Deus pro Normania.

Rollo Northmannus unde domo, quis? & de sancta Virgine quam Rollo adhuc Paganus veneratus est: eiusque sacras reliquias deposuit apud Gemeticum.

CAPVT SECVNDVM.

DVDO Quintinianus libro secundo de moribus Normanorum. *Erat quidam senex*, inquit, *in partibus Dacię, omnium rerum affluentia locupletissimus, & militum incomparabili frequentia stipatus, qui nunquam collum suæ ceruicis cuipiam regi subegit, qui Dacię regnum pene uniuersum possidens affines Dacię & Alanię terras sibi vindicauit. Defuncto illo superstiterunt duo filij eius, armis strenui bello, edocti, corpore pulcherrimi, animositate robustissimi, quorum maior natu Rollo, alter vero Curim nuncupabatur. Rex autem Dacię, inimicus erat patris eorum, voluitque duos fratres de medio tollere, pars populorum elegit Rollonem contra regem, qui cum fratre suo Curim conflictu victores fuere. Sed arte decipere eos voluit Rex perfidus, qui positis insidiis cecidit Curim, ipse Rollo inter duos exercitus inimicorum circumuentus diuertit ab eis, & non valens tuto amplius morari in Dacia, Scauziam insulam cum sex nauibus ingressus est*, quem Dudo sequenti compellat Apostropha.

1. De patre Rollonis.
2. Gurim Rollonis frater.
3. Victores arte falluntur.

Dacia forte tuos quę Gallis mittis alumnos,
Francia deque suis genitis fœcunda beatis,
Dacigenas cum Francigenis tum pacificatis,
Cignetur producens, exurget, proferet ingens,
Reges, Pontifices, Duces, Comites proceresque,
Sub quibus orbis ouans pollebat principe Christo.

Rollo manens in Scauzia insula mœrens & tristis dormitabat quondam præ tædio, & inter somnia visus est sibi audire. *Rollo velociter surge, ad Anglos perge, vbi audies quod ad patriam sospes reuerteris.* Ex quo visu Christianus quidam præsens Rolloni somnium suum referenti dixit & prædixit Rollonem aliquando fore baptizandum, & pace æterna in cœlo quæ sola est vera & natalis animarum patria peruenturum: idem legere est apud Gemeticensem Monachum libro secundo Historiæ Normanorum capite secundo & sequentibus, ex quo disces nobiles natales & illustres parentes Rollonis & eorum bellicas virtutes: Daciæque iuuenes iussu regis descriptos, vt iuxta legem regnicolarum, coloniam nouam facerét, ducem sibi delegisse Rollonem, qui cum fratre Gurim occasione oblata vtentes pugnare statuerunt contra ipsum regem, quod bellum durauerit per quinquennium: Cumq; rex dolosè à Rollone pacem expeteret, Rollonis ciuitates noctu & proditoriè ingressus, Gurim occidit fratrē Rollonis, qui, vt dixi ex Dudone, vnde sumpsit Gemeticēsis, fugit in Scauziā insulā: conuenit quoq; cum somnio & visione relatis & consultatione

4. Somnium Rollonis.
Ex quo prę uidetur baptizandus.
5. Colonia Dacorum.
6. Gemeticensis transcribit Dudonem.

veri Christiani qui Rollonem docuerit futuri euentus. *Tu*, inquit, *vergente venturi temporis cursu sacrosancto baptismate purificaberis, prædignus Christicola efficieris, & ab errore fluctuantis sæculi ad Anglos deinde ad Angelos peruenies, pacemque perennis gloriæ cum illis habebis.* Ex Scauza insula soluit anchoras Rollo & vela dedit ventis, marisque fluctibus mente fluctuans se commisit, tandemque appulit secundo cursu in designatam sibi Angliam; ignoto homini incolæ aditum negare parabant, quos sibi resistentes prostrauit quasi leo hœdos, *ille enim studijs belli edoctus, certaminisque necessitate asperrimus galea auro mirificè compta contra turmas hostium perrexit, & fugauit, multosque principum Anglorum cepit*, &c. Victor recogitabat & voluebat mente, num in patriam Daciam rediret repeteretve patrios, Lares, an iter dirigeret in Franciam Angliæ terram proximam, aut iam cõstitutus inter Anglos, à quibus irritatus fuerat insulam & insulanos armis debellaret. Secundum dormiens passus est visum in somnio. Videbatur sibi contemplari regnum Franciæ; vbi occurrebat ipsi mons præcelsus, & in monte limpidissimus fons, cuius aquæ aromaticum & suaueolentem exhalarent odorem, seque in illo fonte summi montis ablui & in illis aquis expiari à lepræ contagione: porro circa montem aspexit volantia, partim quiescentia multa diuersis generis & colorum auium genera, quà potabantur liquida & cristallina fontis vnda, quà etiam aspergebantur & tingebantur: postea easdem aues miratus est eodem in monte suos nidos componere & nidificare. Visionem expergefactus Nabuchodonosor Septentrionalis narrauit suis proceribus, quærebatque aliquem videntem & præsagum virum, qui sensum huius visionis manifestaret, omnibus conticentibus & ignorantiam somniorum huiusque ænigmatis profitentibus, adfuit Daniel & Christianus quidam detentus in captiuitate non Babylonica, sed Northmannica, qui professus scire se ex dono Dei veri cui inseruiunt quemque venerantur Christiani, cœli & terræ conditorem, cui omnia sunt aperta, seque posse clarissimè exponere Rollonis somnium. Agedum, inquit Rollo, libertatem habes dicendi & pretium reuelationis tuæ erit solutio captiuitatis tuæ, dissolue ænigma meum, vt siquid est quod me Numen iubet facere, non inuitus, sed plena lubentia exequar. *Mons*, (inquit, captiuus Christianus) *quem in Francia vidisti, & in quo stare tibi videbaris, Ecclesia est Christiana, de qua totum regnum Francorum censetur pars illius nobilissima: fons in summitate montis est baptisterium quod solet ex lapide eminentiore in modum concaui fontis à Christianis ædificari, & per baptismum animæ regeneratio interpretatur, qua regeneratione lepra & prurigo peccatorum & commissa scelera deleantur, tu in eo ablueris à lepra & prurigine delictorum mundaberis, per volucres varij coloris & generis homines intellige in exercitu tuo diuersarum Septentrionis Prouinciarum, quarum auium extremæ alæ tibi apparuere puniceæ, quibus designantur tuorum militum scuta, quæ extremis brachijs ferre sunt soliti multitudo volucrum*

[Margin notes: 7. Rollo in Angliam appulit. — Dudo lib. 2. & Gemeticensis lib. 2. cap. 4. & 5. — 8. Secundum somnium Rollonis — Hy. Ludouicus Ouichardinus in descriptione Zelandiæ pag. 167. & 168. & Paulus Æmilius. — Sensus idẽ, verba Paulo Latinio ra reponuntur. — Interpretatio somnij.]

docet immensum exercitum, & multitudinem subditorum, quos à Deo accipies. Per alites fonte infusas & in eo alternatim lotas, & post lotionem cibo communi pacificè vtentes, agnosce subditorum baptismata vnicum esse Christianæ fidei baptismum per quos Catholica fide imbuti fiunt vnum corpus in Christo capite, cor vnum & anima vna, qui de vno participant Christi redemptoris sui corpore cuius sunt membra de membro, & communi tabula vtentes Eucharistiæ cibo saginantur in vitam æternam. Per nidos quos circa fontem aspiciebas fieri ab auibus, hoc est tibi signum quod ab antecessoribus Northmannis Dacis & alijs Septentrionalibus Paganis Ecclesias Dei & Basilicas desolatas, tu tuique & nepotes vestri readificabitis & nouas facietis, Deo retribuentes præterita mala præsentibus bonis & futuris. Vrbes quoque curabitis restitui, & destructa castella, & sicut aues in vnum circa montem concurrentes vnanimiter vidisti, multæ à te gentes & Prouinciæ venerabuntur, tuosque successores & iugo dominationis tuæ colla submittent.

Ex quo Christiani liberati.

In fauorem interpretis.

Rollo mirum quantum exhilaratus visionis interpretatione, interpretem & in illius gratiam cæteros quos bello cœperat vinculis absolutos dimisit muneribus & beneuolétia auctos. Ante discessum ab

9. Rollo prudens fœdus inijt cum Anglis quod constabit Francis magno.

Anglia prudens Rollo fœdus & societatem inijt cum Rege Anglorum Astelmo: magno tibi constabit & futuris nepotibus tuis, ô Francia charissima patria, hæc pacta contra tuum caput fiunt, senties & posteritas tua. Astelmus & Rollo seiungendi ruunt prius in mutuos amplexus, & amicum vale dicunt, Anglus Northmanno suppeditauit militarem & communem annonam & necessarium commeatum, cumque versus Franciam pararet viam, fingitur, saltem scribitur magna agitatus tempestate, qua sæuiente Dudo suadet

Psal. 64.

oraſſe in hæc verba Deum, qui conturbat profundum maris & imperium habet super sonum fluctuum eius.

10. Orat Rollo.

Qui me Christicolam fieri vis munere visi
Temporis exiguo cursu voluente futuri,
Suscipe vota libens precibusque faueto benignus;
Fluctus sedatisque feros. compesce ruinis.

Tempestatis tépore.

Naues tempestate & æstuario maris dispersæ tranquillo collectæ & ad classica ventorum rediere ad vexillum quod fluctibus maris, cum exercitu penè naufrago iactatum circa ostia Rheni fluminis delatum, cum prius ad littora applicuisset Vvalgrensium (Vvagri

Vvagri seu Vvalgri.

seu Vvalgri Germaniæ populi Alberto Crantio, quorum regio Holsatia Transalbina & Nordalbinga trans fluuium Album, versus Sep-

Aldenburgum.

tentrionem, quorum primaria ciuitas Helmoldo & Adamo Historicis est Aldenburgum) vbi naues recepit duodecim milite & alimonia ditatas dono Regis Anglorum. Raynerius cognomine de longo collo seu longicollis, Dux Hasbanensis & Haynonensis, cum Radbodo Principe Frisiæ coniunctis viribus insurrexerunt in aduenam piratam Rollonem, & contra eius copias bis decertarunt:

11. Rollo impugnatur à

primo certamine anceps fuit victoria, secundo fortuna cessit armis Rollonis, qui hostes fecit tributarios. Quia vero magna vis pugnæ

ex auxilio Raynerii processerat, visum rependere oportere, Rollo Frisiæ principe & à
qui Frisones fecerat tributarios voluit etiam & Haynonenses sub Comite
iugum mittere: venit ergo Rollo per mare Batauicum ad ostia Hannoniæ
Scaldis, quo commodius exercitum duceret in terram Raynerij, de quos Rollo superat &
quo pœnas ordine suo sumeret: pugnauit & expugnauit: vxor Ray- facit tribu-
nerii potuit apud Rollonem vt redditis duodecim Proceribus North- tarios.
mannis, quos Raynerius primo conflictu habito in Frisia ceperat, & 12.
secum adduxerat, Rollo captum Raynerium redderet, pecunia con- Rollo per
tentus & spoliis quæ ex omni parte Prouinciæ Hannoniæ diripuerat Batauicum mare.
inter quæ feretra pretiosa multa & ex illis apud Malbodium Han-
noniæ oppidum reliquias feretro inclusas sanctæ Aldetrudis. Eadem Intrat
Scaldis via retrogressus ad mare & facili aditu maris intrauit ostium Scaldim;
Sequanæ, venitq; in Neustriam, in qua occurrit ei Gemeticum Mo-
nasterium sancto Petro Apostolo dicatum, cumque resedisset in lit- 13.
tore eo loci quo erat sacellum sancti Vedasti (hic sanctus tempore Hannonia
Clodouei primi Christianissimi Regis apud Tullum Leucorum ca- direpta & Malbodium
techesim habuerat ad instruendum Principem Francum de Vi- Abbatia
ctoria Germanica nuper obtenta lætum & sitientem fontem baptis- sanctæ Al-
matis in fide erudierat) quo loci corpus sanctæ illius Virginis quod detrudis. 14.
secum asportauerat super altare dicti sancti collocauit. Historici Rollo per
Normani appellant illam Virginem Hameltrudem & ex eo tempo- Oceanum intrat ostiū
re dictum locum appellari ad sanctam Hameltrudem & Hermen- Sequanæ
trudis villam ex altera parte ripæ contra Rothomagum seu vt ille statio eius apud Ge-
vetus scriptor *Hermentrudis villa*, inquit, *in portu fluminis Sequanæ* meticum.
altrinsecus contra Rodomum idest Rothomagum. Inquirendum ergo quæ Dudo lib. 2
sit illa virgo sacta cuius ossa & reliquias venerationis causa Rollo, & lib. 3. Gemeticen-
quamuis adhuc Paganus, secum asportauerit & in honore habuerit, sis quoque
an bene appelletur Hameltrudis seu Ameltruda, an non potius re- & Normaniæ Chro-
ponendum atque legendum Aldetrudis seu Aldetruda. Stato inte- nica.
rea Christianæ lector & fige pedem, considerando procliuitatem in 15.
venerationem sanctarum Reliquiarum esse viam, & iter pandere ad Procliuitas in Sancto-
conuersionem: eo modo se gessit Clodoueus adhuc infidelis cum rum vene-
esset in proximo conuersionis suæ, venerabundus fuit in sanctos & rationem, Initium
sanctas Dei superstites & in cœlo cum Christo regnantes; nam cum conuersio-
Sancti per fidem vicerint regna Deo, per cultum cessat idololatria. nis Rollonis & Clo-
Hæretice noli Catholico insultare, sed audi Christum, Ioannis se- douei.
cundo, *si quis*, inquit, *ministrauerit mihi, honorificabit eum pater meus* 16. Sancti sunt
qui est in cœlis, si ergo Deus honorat sanctos, cur nos dedeceat honorare quos honorandi
Deus honorari vult: Mathæi vigesimoquinto: *quamdiu*, inquit, *fecistis* ab homini-
vni de his fratribus meis minimis mihi fecistis. Itaque honor exhibitus bus. Qui ab ipso
sanctis exhibetur Deo: psalmo centesimo trigesimo octauo: *mihi au-* Deo hono-
tem nimis (Sphtasis Hebraïca idest *valde*) *honorati sunt amici tui Deus,* rantur. Sanctæ Al-
nimis confortatus est principatus eorum. Exemplum sit sancta Aldetru- detrudis
dis, cuius principatus est confortatus etiam inter arma & in medio Virg. inter arma honor
exercitu Rollonis infidelis quidem adhuc, sed quem Deus iam du- confortatur.

plici monitione in somniis de futuro eius Christiano statu inspira-
uerat. Guillelmus Calculus libri secundi capite nono; *Rollo & Dani,* inquit, *anno octingentesimo septuagesimo sexto ab Incarnatione Domini, Sequanica penetrantes ora, flante ad votum vento, Gemeticum veniunt,*
17. *corpus sacræ Virginis Ameltrudæ, quod à Britannia asportauerant, in Capella sancti Vedasti, quæ trans flumen est super altare ponentes, quæ Capella hactenus illius Virginis nomen retinet.* Duo dicit & è Britannia allatum corpus & nomen capellæ: sed siue de minore siue de maiore Britannia veniat, ille scriptor intelligit, Calculus Monachus in calculo Historico decipitur in neutra, etenim Britannia apud eorum sacros scriptores neque in martyrologiis vlla sancta legitur culta aut coli à Britannis aut Britonibus sub nomine Ameltrudæ seu Hameltrudis, & Dudo cum Gemeticensi adnotarunt in suis Historiis post duas pugnas commissas à Rollone in Frisia cum Radbodo duce coniunctis viribus cum Raynerio Longicollo Comite Hanoniæ, Rollonem vlciscendi causa venisse per Scaldim in Hannoniam proximam Artesiæ Prouinciam & cis citraque Scaldim terras depopulatum fuisse Raynerii hostis sui cognominati à scriptoribus de prolixo iugulo seu de Longocollo: cum quo tandem pax inita: vterque etiam Historicus adnotauit Rollonē compositis rebus cum Raynerio relicto Scaldis alueo (vtor verbis eorum alterutrius) peremenso Ponto ad Sequanæ cæruleum gurgitem venisse Gimeias seu Gemeticum. Atqui in Raynerii terra seu in comitatu Hannoniæ est Ab-

(Corrigendus Gemeticensis. Britanniam ponens pro Hannonia. Nulla sancta Herme trudis nec Ameltrudis in vtraque Britannia. Probatur ab Hannonia sumpram sanctam Haldetrudem.)

18. batia nomine Condatum ad quam diuerterat Rollo. Porro ex Auberto Miræo Canonico Antuerpiensi in Fastis Belgicis Calendis Octobris, Condatum est Abbatia ordinis S. Benedicti Diœcesis Cameracensis, quæ fuit olim Abbatia Monialium ad confluentem Hainæ & Scaldis, facta post modicum collegium Canonicorum, & ex eo loco Princeps Condeus Regii stemmatis Francorum denominatur. Ioannes Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ad eamdem diem Calendarum Octobris verba faciens de sancto Vvalculpho natione Scoto Gallis S. Vvasnon ou S. Venan, cuius corpus quiescit in Condati oppidi Ecclesia apud Hannonios, reddens rationem cur Historia istius Sancti exciderit, *non mirum*, inquit, *eum constet sæuissimos Northmannos in deuastatione Hannonum Con-*

(Condatum Abbatia in Hannonia. Prince de Condé. Ayne, & Lescau. S. Vvasnon. S. Venan.)

19. *dati hyemasse.* Baldricus Nouiomensis Episcopus libro secundo Chronici Cameracensis. *Apud villam,* inquit, *Condatum, quondam regalis fuit & diues Abbatia puellarum in honore sanctæ Mariæ Virginis, deinde pre inopia, paucorum Monasterium extitit Canonicorum.* Georgius Coluenerius in notis ad eum locum, hodie esse ait viginti quatuor Canonicorum connumerato præposito &
20. Decano. Non procul à Condato est Abbatia dicta Malbodium distans ab vrbe montibus capite vrbium Hannoniæ tantum quatuor milliaribus, in quo sunt Moniales, & in illa Abbatia teste eodem Baldrico capite trigesimo sexto eiusdem libri secundi beata

(Normani Vastarunt Condatum. cap. 42. Duaci Theologiæ Professor. Malbodium Abbatia vicina Cōdato.)

Christi virgo Aldegundis ex regio Pipinorum, sanguine olim ex- Vbi vixit
truxit, & beatus Aubertus Cameracensis Episcopus dedicauit, vbi & mortua Sancta Al-
pietatis religiosæ velamen accepit, ibique cum turba plurima soro- degundis.
rum vitę puræ innocentiam duxit ad Sabam seu Sambram fluuium, Et neptis eius Sancta
ex Ludouico Guischardino in descriptione Hannoniæ. Hæc sancta Aldetrudis.
Aldegundis ex Chronico Belgij capite quinto sub finem, *ex pago*
Haynoensi ex regali, inquit, *sanguine Francorum originem traxit, paren-* S. Aldetrudis ex Re-
tibus Gualberto & Bertilia, cui Aldegundi soror fuit sancta Vualdetru- gio Franco-
dis, & sanctæ Matri sanctam Deus dedit filiam Aldetrudam, & aliam rum sanguine.
nomine Madelbertam quæ amitæ suæ Aldegundi in regimine Malbodij
successerunt. Hæc sancta illa virgo Aldetruda seu Aldetrudis, quæ
secunda fuit Abbatissa Malbodij Abbatiæ in Hannonia Prouincia Abbatissa
& terra Raynerii Longicolli & Matertéræ suæ beatæ Aldegundi Malbodij.
non impar in virtute & potestate: cuius natalis celebratur vigesima In comitatu Raynerii
quinta Februarii seu sexto Calendas Martii apud Ioannem Mola- Longicolli.
num in Additionibus ad Vsuardum in indiculo & in natalibus san- Colitur 25. Februarij.
ctorum Belgii. Paulus Æmilius libro secundo de rebus gestis Fran-
corum in Carolo tertio Rege Francorum cognomine Simplice.
Rollo, inquit, *maiore (quam Hastingus) fatorum mole venit, nauiganti*
fuisse somnium fertur, se Elephantia correptum, nitidissimo fonte ad radi-
ces (alii Scriptores in vertice montis) *montis editissimi oriente lotum con-* 21. Somnium
ualuisse, moxque verticem conscendisse. Enarranti quæ in quiete vidisset, Rollonis.
quemdam Religionis nostræ captiuum coniectorem, ita somnium ei interpre-
tatum. Elephantia cultus est Deorum, quo laboras, aqua lustrici fontis sa- 22. Eius interpretatio
cra purificatus ab imo ad summas opes peruenies. Constat illum non animo moralis.
hostili in Christi nomen, sine religione perfusus, suæ nostrorum animos Paulus Æ-
primo statim aduentu conciliaret sibi, Diuæ Virginis Ameltrudis reliquias milius alio-
argenteis forulis inductas, à sui nominis Piratis aliunde sublatos (ex rum errorem secu-
Malbodio) in Neustriam postea dictam Normaniam facta descensione, ad tus.
quod primum occurrit templum, exposuit; benignè sacris locis & agricolis In reliquijs Ameltrudis
se dedentibus vicis, castellis, oppidis fieri noluit, mali quicquam fieri sed pro Alde-
vetuit. O Rollo vix conceptus in primo Christiano proposito tan- trudis.
tillæ inspirationis puer, si hæc agis, quid facies grandior cum vene- 23. Rollo fit
ris ad ætatem plenitudinis Christi? Chronicon Normaniæ capite mitior.
decimo sexto exponit victoriam Rollonis contra Raddodum Friso- *Ephes. 4.*
nem, & Reginerium Hainonensem, & capite secundo alterum de
iisdem reportatum triumphum. Quibus peractis capite decimo
octauo refert Rollonem recordatum fuisse somnii sui Anglicani, & 24.
per mare venisse ad ostia Sequanæ vsque Gemeticum destructam ab Corrigendū
Hastingo Abbatiam in vicino altari sancti Vedasti reposuisse cor- Chronicon Normaniæ.
pus sanctæ Hermentrudis, quod in Ecclesia Frisiæ (errat, debuit 25.
dicere Hannoniæ) in terra Reginerii (Comitis seu Ducis Hanno- Corpus Sanctæ Al-
niæ non Frisiæ) Longicolli acceperat. Ergo ex Chronico Normaniæ detrudis
corpus illius sanctæ captum in terra Raynerii seu Reginerii quem captum in Raynerij
constat fuisse Hannoniæ Dominum & in Hannonia apud Conda- terra,

tum hyemasse Rollonem, & propè Condatum proximam esse Abbatiam Malbodii, & in Malbodio reconditam fuisse sanctam Aldetrudem Virginem, secundam illius loci Abbatissam, & nullam in

26. Belgio neque in vtraque Britannia esse sanctam Ameltrudam seu

Nulla est nota sancta Ameltruda neque Hermentrudis. Hermentrudem, ergo luce clarius apparet Dudonem Gemeticensem, Chronicon Normaniæ, Æmilium, & alios in re & veritate Historica concordantes errasse in nomine Sanctæ, quæ à nullis melius indicari potest quam à fastis Belgii, Baldrico, Molano, Miræo, & aliis qui nominant Aldetrudam, nullus eorum sanctam aliquam scripsit fuisse Almetrudem, seu Hermentrudem. Facit & faciet ad meam sententiam quod idem Chronicon Normaniæ verbis disertis capite decimo septimo de victoria Rollonis agens contra Reginerium Longicollum apud Condatum parta vel propè, nempè inter Condatum & Malbodium vicina loca ait victo Domino Hannoniæ omnia fuisse in potestate Rollonis, quorum socii furatum & & ablatum feretrum Sanctæ Aldetrudis Rollo recordatus sui somnii vetuit feretrum Virginis irreuerenter haberi, sed cum decentia

Constat de sanctæ Aldetrudis & loco, & de tempore.

27. Corrigitur Nageretus in Chronico & Taillepied. & honore secum asportari, quod & deposuit apud Gemeticum. Errorem in nomine secutus Ioannes Nageret, Canonicus & Archidiaconus Rothomagensis in Historia Normaniæ & frater Natalis Taillepied in Antiquitatibus Rothomagensibus capite trigesimo. Obmittere nolo quod Molanus tradidit memoriæ ex rescripto Pauli Thonon Subprioris Monasterii Hasteriensis, quod legere est in Natalibus Sanctorum Belgii die decima Octobris paragrapho secun-

28. Princeps pro Deo factus porcarius. do de S. Nuntio Confessore, qui ex Regali stirpe memoratur oriundus, sed cum vitæ æternæ desiderio in Hasteria porcorum pascendorum ministerium suscepisset, euasit in sublimem virtute virum in contemptibili statu vitæ mortalis: defuncti corpus asseruatum Vvalciodori, relatum postea Hasteriam, vbi olim fuere sanctæ virgines Moniales, quæ sæculo renuntiassent; *quando Vvidericus Co-*

29. Hameltrudis Monialis quæ & quando. *mes in villa sua Hasteriensi elegit filiæ suæ Hameltrudi*, inquit, *Monasterium fundare, anno sexcentesimo quinquagesimo sexto (ab Incarnatione Dominica) eo quod eius loci Ecclesiam consecrasset sanctus Maternus beati Petri discipulus, & quia vxor Vviderici Comitis neptis esset Arnulphi Metensis Episcopi (qui ante Episcopatum fuerat vxoratus & à duobus eius filijs prodijt stirps Pipinorum & Capetorum quod alibi probabo Deo dante) Vvidericus constructo Hasteriensi Castello, villam dictam Metensi sancti Stephani Ecclesiæ legaliter tradidit, quæ tunc in Sigeberti (Principis Francorum) regno præ omnibus habebatur insignis,*

30. Valciodorum, Vazor Monasterium. *& pro Clericis Sanctimoniales statuit, quæ ibi permanserunt vsque ad fundationem Valciodorensis Monasterij (vulgo Vazor ad Mosam fluuium, Ordinis Benedictini Monachorum, propè Dionantum) & statuente Theodorico Metensi Episcopo Metim migrarunt virgines, & Vvalciodorenses permutatione ad Diœcesim Leodiensem transierunt.* Sed hæc nihil ad edictum Prætoris, & non conuincunt Halmetrudem fuisse pro Sãcta

veneratam,

veneratam, neque à Rollone aut sociis ab Hasteriensi agro asportatam, quæ Hameltrudis nullo, quod adhuc potuerim scire sanctarum Virginum, vel Agiologio aut Martyrologio inscripta inuenitur, aut dies indicta eius Natali colenda populis fidelibus, quamuis non dubitem, quin bonæ vitæ præmium à Deo sortita sit, sed aliud est quod piè creditur, & aliud quod disputatione disceptatur. Legi & perlegi Martyrologium Gallicanum auctore Andrea Saussæio Parisiensi Parocho benè merito & Officiale Diœcesano, vbi septimo Idus seu die septima Aprilis; *Obijt*, inquit, *apud Leodienses in monte Cornelij Beata Virgo Ermentrudis B. Iulianæ indiuidua Comes, & pręcipua imitatrix, quę accensa castitatis & charitatis lampade cum sapientum Virginum choro obuiam Sponso properans, ad ęternas Nuptias lęta peruenit. Apud eundem Saussæum nonis seu die quinta Aprilis.* Leodij, inquit, *sanctam efflauit animam in monte Cornelion B. Virgo Iuliana sanctimonialis, virtutibus, visionibus & Prophetijs insignis, &c. Conditum eius corpus inter sancta corpora apud Cœnobium Villarense*, &c. Eo loci in habitu Monachi sepultus est Ioannes Brabantiæ Dux ex Regio sanguine Regum Franciæ anno 1363. Ordinis Cisterciensis olim Diœcesis Leodiensis nunc Namurcensis. Quo autem tempore vixerint tum sancta Iuliana tum eius sodalis Ermentrudis, discimus ex Ioanne de Capeauilla Canonico Leodiensi, tomo secundo de gestis Leodiensium Pontificum in tractatu de vera origine Festi sanctissimi Corporis & Sanguinis Domini. *Anno, inquit, millesimo centesimo nonagesimo primo, nata est in Diœcesi Leodiensi Iuliana Virgo, &c.* Quæ ætas multum distat à sæculo Rollonis, ideóque nihil ad Ermentrudem de qua nobis est sermo. In instrumento quodam Cabilonensis Comitis Theobaldi, quod transcribitur à Claudio Roberti, in Catalogo Abbatiarum Galliæ, vxor Comitis legitur vocata Ermentrudis in contractu pro Abbatia sancti Marcelli: ex quibus colligo aliquam esse Sanctam, cui nomen Ermentrudis, cuius nomen fœminæ Principi fuerit in sacro baptismate impositum, sed quænam illa sit non mihi liquet & hæret aqua. Plura dicam de sancta Aldetrude infra capite de iustitia Rollonis, cuius nomen & Rollonis inuocatio venerationem debet meritis dictæ sanctæ Aldetrudis.

31. Nulla sancta Hameltrudis in Martyrologijs.

32. B. Ermentrudis Leodiensis sanctæ Iulianæ Comes.

Nata igitur sæculis post Rollonem.

33. Ermentrudis vxor Comitis Cabilonensis.

Maria virgo expugnauit Rollonem adhuc Paganum & Northmannos adhuc infideles, apud Louanium, & in obsidione Carnotensi.

CAPVT TERTIVM.

1. Vulcasinum B. Mariæ dicatum. Olim Matri Deorum.

LONGIORI sermone me probaturum Deo dante spondeo in mea Gisortio Vulcasinum pagum seu Prouinciam olim Romanorum tempore dicatam Matri deorum Cereri, cuius cultui semper solitus maritari cultus Vulcani, & in ipso sinu Vulcani seu in medio Vulcasini probabo sequentibus capitibus pacem fuisse à Francis cum Rollone initam. Cui adhuc Pagano & infideli B. Virgo Maria minas intulit & fugam, qua incuteret terrorem iudiciorum Dei in animo Rollonis militaris viri, & gentis Northmannicæ in Neustria sedes fixit: vt qui primo bello fuerat bellicosior Romulo, in quiete pacis fieret Numa pientior, & religiosior in meliore veræ religionis statu, sicque in vno duce artes iungerentur militares, & pacificæ, qui pacis bellique concordiam virtutum cultu cohonestaret. Consideremus Mariam Dei matrem filio Christo parituram Rollonem multiplici duello pugnare contra infidelem tum apud Carnutum, tum apud Louanium Druydum & Brabantinorum seu Grudiorum agros contra Northmannos, pro quibus postea conuersis staret in munimen & propugnaculum. Ioannes Molanus Louaniensis Decanus & Doctor Theologus in Natalibus sancti Belgii in Indiculo & in notis ad Vsuardi martyrologium, & in militia sacra Ducum Brabantiæ facit commemorationem Festi quod est solemne Louanii Calendis Septembris, seu vt dicam correctius Dominica prima post Calendas Septembris, nisi Dominica incurrat in ipsam Calendarum diem. *Festiuitas*, inquit, *Beatæ Mariæ Virginis, cum totius ciuitatis (Louaniensis) lætitia, propter victoriam obtentam contra Northmannos, qui cum Franciam & Austrasiam seu Lotharingiam duo potentißima regna (scilicet dominationis Principum Francorum) deuastassent, Louanium occuparũt, circa annum Domini octingentesimum octogesimum secundum, & omnes ibi stantes Ecclesias vel dejecerunt vel concremarunt.* Testantur Louaniensis vrbis Archiua, latrociniorum suorum atque sacrilegiorum speluncam Louanii constituisse. Præceptor meus sæculi & litterarum gloria Iustus Lipsius in Louanio capite tertio & sequentibus: *Normani*, inquit, *colluuies hominum (loquitur de Paganis) à Septentrionis oris, itemque viciniore Germania, exigua primo manus, mox pro successu auctis vi-*

2. Rollo bello & pace nobilis.

3. Maria Deo paritura Rollonem. Pro & contra se gessit.

4. Louaniensis vrbis Festũ solemne contra Normanos.

5. 882. Louanium à Northmannis facta spelunca latrociniorum.

6. Iusti Lipsij de Paganis Northmannis iudicium.

ribus, ingentes classes multa hominum millia per annos aliquot secula Galliam, Britanniam, Italiam, Siciliam, Greciam ipsam immiserunt. Northmanni omnibus
Incredibile dictu est quas clades dederint, & Gothi Hunni, & Barbaris
Vvandali modestiæ laudem habeant (si quis comparat) præ ista- deteriores.
rum rapina, cæde, flamma, horror me tenet fateor recolentem: & priores illi Barbari impetu valuerunt, & velut fulmen percusserunt, abierunt isti, iterarunt, redierunt, & repetitis tanquam ictibus Europam ira quadam numinis non dicam afflixerunt sed perdiderunt. Ex diuina vltione.
Constantini tempore cœpisse suas irruptiones, postea iusto exercitu Britanniam inuaserunt, & nomen Northmannorum cœptum audiri maximè ab anno Christiano octingentesimo, & formidatum 7.
sub Carolo Magno innotuere, nihil veriti eius magnitudinem aut Antiquitas
viri potentiam, Germaniæ & Galliæ limitem inuaserunt, mox per Normanorum.
fluuiorum ora se insinuantes ipsa penetralia petiuerunt, Caroli 846.
Calui Imperio Godefrido eorum Rege Frisiam appellente cum Irruptionū modus.
classe ducentarum nauium vectigalis nomine centum viginti li- 864.
bras argenti acceperunt, & hæc vastatio viginti annis tenuit: ite- Ex Sigeberto & Regi-
rum rediere, ex Reginone Chronico strages fecere, quas recitaui none.
aliis capitibus: post multas incursiones à Francorum Rege Caro- 885.
lomanno duodecim millia pondo probati argenti receperunt: ite- Le Sond. Castra metari in Lo-
rum rediere, exeuntes à Sono, venerunt in locum qui dicitur Louen uen.
vbi castra metati fatigantes regna Galliæ & Lotharingiæ, Louanii hærere placuit, vbi amœnissima planities, & in ambitu agri fertiles nec procul Scaldis & mare ad quod recurrerent in discrimine. Misit in eos exercitum Carolus Crassus sed nihil retulit præ- 8.
ter dedecus. Hinc animo auctiores à Louanio exeuntes venere ob- Normaniæ
sessum Parisios: contra quos missus Henricus Dux, sed illi astu mi- fraus bellica.
litari fossas stipula leui & terra integentes, Henricum nescium præcipitarunt, turbauerant & ceciderunt: Repetunt Mosam ac- 9.
cepta pecunia & veniunt in Lotharingiam; & obuias habent co- Gulid Paulo infra
pias Arnulphi cum torrentem qui dicitur Gulid transissent, sub- Traiectum
stiterunt, vbi ingens pugna, sed fauit Northmannis occiso Ar- vbi hodie pagus Guel
chiepiscopo Moguntino Sundolcho alias Sundaroldo & Arnul- & Iuliacum.
pho Comite Limitis præfecto. Arnulphus Imperator ex somno 10.
serio iam excitus, & de salute non solum de dignitate anxius Normani victores.
pace cum Sclauis Morauisque facta, vires Galliæ & Germaniæ 11.
in vnum sociauit, inita pace cum Rege Bohemiæ contra Northmannos aciem direxit, quibus fuerunt duo Reges Sigefridus & Sigefridus & Godalscidus Duces
Godalscidus alias Godefridus, *quod illi cernentes*, inquit Regino, Normani.
super fluuium qui Thilia dicitur ligno & terræ congerie more solito se communiũt, & cachinnis & exprobrationibus agmina lacessunt. In Annalibus 12.
Fuldensibus eadem sed pro Dilia ait Thilia malè ibi legitur Clyra, Normani soliti sua munire castra.
& pro Louanio Louonnium vbi se securè considere credebant. Ar- Clyra malè
nulphus Imper. in propinquo discrimine excitat suos, & Deo cœlitus pro Dilia.
vires administrante vsque ad internecionem Northmannos deleuit.

Cui, inquit, *sexui, ordini, ætati tot annos in tot regionibus Northmanni*
13. Crudelitas Pagana.
leguntur pepercisse? non senibus, non pueris, non sacrati Ordinis viris fœminisque immanes belluas, non homines nisi facie vidisses, nihil auaritiæ, nihil libidini, nihil sæuitiæ exceptum: nec Imperium aut gloriam, prædam suam & alienum exitium quærebant tantum, &c. Exardescite & dolorem vestrum in vltionem, iram in virtutem conferte: agite Dei hominumque causam, & pulcherrimum titulum induite orbis terrarum defensorum: En robora hic Germaniæ & Galliæ, quicquid virium aut spei est in manibus vestris posuimus, has exerite, vires ostendite victores olim, & nuper tot gentium & noui Imperij (Occidentalis) conditores.
Oratio militaris Arnulphi Imp. ad suos.
14. Vincendum aut moriendum.
Pacem aut pacta cum hac latronum & sacrilegorum colluuie nemo cogitet: vincendum aut moriendum est: & vincetis si persuasi eritis mori, iterum dico vinceris & in hoc omnia signa canant. Dixerat Imperator apud alacrem iam instructumque exercitum, & quia hostes flumine aut palude claudebantur, nec in equis eos facile aggredi, omnes clamauit Imperator dimittere equos, pugnant tot prælijs & victorijs edocti duces & milites feroces, concurritur, impellunt, & impelluntur: cædes, gemitus, clamor miscentur: ambigua fuit hominum pugna, de cœlo data est victoria.
Equites ex equis descendunt.
15. Omnes cæsi sunt Northmanni.
Sigebertus Gemblacensis vix vnum ex Northmannis superfuisse scribit qui ad classem aduersum nuntium referret: superaddit Vvolphangus Lazius libro tertio de gentium migrationibus Arnulphum hac victoria contra Northmannos fuisse potitum Calendis Septembris ipsumque sexdecim signa quæ hostibus ademerat in Bauariam transmisisse. Helmodus Presbyter Lubensis Canonicus Batzouiensis in Historia Heuetorum seu Sclauorum ad littus maris Baltici propè Lubecum, qui vixit circa annum Christi millesimum centesimum sexagesimum octauum, quo anno perfecit Historiam, obseruat illud bellum cœlitus administratum: & prostrata centum millia Paganorum, vnico tantum ex Christianis cecidisse reperto, Domino Deo vindicante sanguinem seruorum suorum, qui ab annis septuaginta à Northmannis & sodalibus Barbaris effusus fuerat.
Cap. 7.
Cœlitus victi Northmanni centum millia cecidere.
16. 70. annis Northmanni persecutores.
Chronicon Fuldense vult in fuga plurimos periisse, plerosque flumine submersos: *Ita vt*, inquit, *cadaueribus interceptus alueus siccus appareret, cæsis duobus eorum ducibus Regibus Sigefrido, & Godefrido, & vnum tantum hominem Christianum occisum.* Helmodus vix vnum: pro centum millibus numerat tantum nonaginta quinque millia. Auentinus Baioriæ Historicus libro quarto fastorum Bauaricorum ad annum Christi nongentesimum nonagesimum primum in narratione Historiæ conuenit de anno, non concordat in victoria Louaniensi non superfuisse, qui noua referret ad classem; alueum Tiliæ seu Diliæ sic oppletum cadaueribus vt sicco pede posset transuadari.
Vnus Christianus mortuus.
Error in anno 991. pro 896.
Flumen plenum cadaueribus.
17. Calendæ Septembris festiuæ Louanii.
Calendis Septembris, quo die victores Christianos Arnulphum cum suo exercitu supplicatum iuisse, voluisseque diem illum referri in fastos Baioriæ. Ego cum anno Christi sexcentesimo millesimo, & aliquot sequentibus annis commorarer Louanii cum
Quibus interfuit auctor huius libri.

duobus fratribus meis natu minoribus Ioanne & Iacobo viris litteratis duce pædagogo domestico venerabili & docto viro Magistro Antonio Vacquerio postea Canonico Nouiodunensi multos annos sumus contemplati in domo publica Louaniensi maximam & insignem tabulam, quæ exprimeret typum obsidionis vrbis tempore Northmannorum, vrbique videbatur imminere beata Virgo Maria tela manu tenens & cuspides in perfidos Northmannos vibrans & expellens, quorum pars inuicem mucronibus se confodiebant, fugientium plurimi Diliæ immergebantur: pugnatum ea parte vrbis qua est porta Ascotana vbi palustria. Lipsius qui ferè semper habitauit Louanii, & propè Louanium Isca oppido natus in ea est sentẽtia portam illam ab antiquo dictam Duilach-poorte siue à palustribus Doy Laeghe Brabantinis vernaculè appellari siue porta à mortuis Doo Laeghe, & quod cæsi ibi Northmanni sepulti. *Victoria quidem*, inquit, *eius illustris memoria hodieque agitur, sed non omnibus gnara aut obseruata. Nam dies ille festi publici Calendis Septembris quem supplicatione annua, ludis, conuiuijs lætitiaque celebramus originem istam habet & monumentum est fœlicissimæ illius pugnæ.* Codex manuscriptus cœnobii Fuldensis ante hanc pugnam & miraculum aliud pręmittit nempè quod duodecimo Calendas Augusti seu die vigesima prima Iulii (qui incidit in diem festum sancti Victoris martyris) anno Christi octingentesimo octogesimo secundo circa meridiem in castris Hals obsessis Northmannis tenebras fuisse à Deo immissas, & cornutos acutosque lapides super eos cecidisse: tunc Sigifridum Regem Northmannorum promisisse contra regnum Francorum non bellaturum: sed post annos quatuor venisse Louanium, & Lotharium Heroem Francorum primores exercitus aduocasse, & in hæc verba illis locutum fuisse. *Viri Domini*, inquit, *recolentes & semper sub gratia Dei patriam tuentes inuincibiles fuistis, inspirato animis si ab inimicis (quando quidem Pagani sunt) pium sanguinem parentum vestrorum effusum vindicare recolitis & sacra sub honore Sanctorum creatoris vestri templa euersa in patria vestra cernentes, ministros etiam Dei summo gradu consistentes prostratos videre vultis: nunc milites agite ipsos sceleris factores ante oculos habentes, me primum equo descendentem signa manu præferentem sequimini, non nostram sed eius qui omnia potest contumeliam vindicantes nostros inimicos in nomine eius aggredimur, his incitati dictis, senibus & iuuenibus par voluntas & audacia:* Clamor Christianus in cœlum attollitur, nec minus Pagani more suo clamantes horribilia signa per castra mouent, ibi gens fortissima inter Northmannos Danorum, quæ nunquam antea capta aut superata, durè certatum, victoria ad Christianos concessit. Northmanni fuga præsidium quærentes, flumen quod antea illis à tergo pro muro habebatur, occurrebat pro morte. Nam ex altera parte instantibus Christianis coacti sunt præcipitari in flumen coaceruatim se per manus & colla & cruribus complectentes in profundum per centena &

Cum daret operam iusto Lipsio viro litteratissimo.

Duilach poorte Doy Laeghe porta à mortuis Doo Laeghe.

Ego multoties huic interfui supplicationi.

Estque Louaniensis annua lætitia de victis Northmannis.

Nostre Dame de Hault ou de Hals. non procul à Louanio puta 7. aut 8. milliaribus.

882.

886.

Messieurs [illegible]

A [illegible]

18.

Oratio Lotharij ad exercitum pugnaturum contra Northmannos.

19.

Normani fortissimi & inuicti.

millia mergebantur ita vt alueus interruptus cadaueribus ſiccus appareret: Cætera vt ſupra de duobus occiſis regibus eorum, de regiis ſignis aſportatis in Baioriam in teſtimonium victoriæ, & quod in eodem loco die Calendarum (ſcilicet Septembris quo fuit pugnatum, Litanias,) inquit Rex (Imperator Lotharius aliis Arnulphus) celebrare præcepit, ipſe cum exercitu laudes Deo canendo, proceſſit, &c. Quia vero certa non eſt dies Calendarum, & variis hebdomadæ diebus occurrit, placuit Louanienſibus certum præſcribere diem celebri & annuæ Proceſſioni Dominica prima Septembris vtque poſteritas ſciret imputari victoriam illam precibus & adiutorio beatiſſimæ Virginis Mariæ. Apud Deum & filium mortis victorem, in qua prece Maria quaſi omnes fauores apud thronum Dei recollectos pro impetratione recollegerit; feſtiuitas illa appellata eſt Recollectio feſtorum Deiparæ. Audiamus ſapientem Doctorem Louanienſem Vniuerſitatis illius meritiſſimum Decanum & ſancti Petri Collegiatæ Eccleſiæ Prælatum in Additionibus ſuis ad Vſuardi martyrologium, ad diem primam Septembris:

20. Proceſſio in campo victoriæ & Litaniæ. Prima Dominica Septembris fit Proceſſio annua.

21. Recollectio feſtorum B. Virginis Mariæ.

Dominica die, inquit, *prima menſis Septembris Louanij in Baſilica ſancti Petri ſolemnitas Recollectionis feſtorum beatiſſimæ Virginis Dei genitricis Mariæ, quæ cum totius vrbis lætitia celebratur*: forte illo anno quo obtenta victoria prima Septembris concurrebat cum Dominica die, ſicut fit Dominica prima Octobris feſtiua Proceſſio Roſarii pro victoria obtenta contra Turcas ex notis Cardinalis Baronii ad Romanum martyrologium. Altera victoria contra Northmannos Mariæ Deiparæ adiutorio obtenta, celebris fuit apud Carnutum ſeu Carnotenam vrbem Seuero Sulpitio Dialogo tertio, quæ Ptolemæo eſt Autricum Prouinciæ Belſiæ caput ad flumen Aduram, de qua Guillelmus Brito alias Armoricus lib. ſecundo Philippidos.

22. Carnoti commendatio. Charteres ſur Had ville capitale de Beauſſe.

Vrbs quoque Carnutum quam ciuis tam numeroſus,
Tamque potens Clerus, & tam prædiues opimant,
Eccleſiaque decus, cui ſchemate, mole, decore,
Iudicio par nulla meo reperitur in orbe,
Quam quaſi poſtpoſitis ſpecialiter omnibus vnam,
Virgo beata docet, Chriſti ſe mater amare,
Innumerabilibus ſignis gratoque fauore,
Carnuti dominam ſe dignans ſæpe vocare,
Cuius & Interulam cuncti venerantur ibidem,
Qua veſtita fuit, cum partum protulit agnum.

Frotaldus quadrageſimus tertius Carnotenſis ſedis Epiſcopus, interemptus fuerat à Paganis Northmannis anno Chriſti octingenteſimo octogeſimo quinto, qui aliis appellari ſolet Flotardus, quo ſedente Carnutum allata fuerat Camiſia ſeu Interula beatæ Virginis Mariæ ab Aquiſgrano per Carolum Caluum Imperatorem & Regem Francorum, qua de re Sebaſtianus Rouillardus Pariſienſis

aduocatus in sua Parthenia Carnotensi ex libro obituum Ecclesiæ
Carnotensis, Northmanni Sequanenses dicti, quia vrbes Sequanæ
adiacentes obstinatè obsiderent & depopularentur, qui tandem vi-
cti apud Carnutum, *cum anteriori tempore ab illis esset facta magna
clades*, inquit, *Carnotis Frotboldus Episcopus, Stephanus Presbyter in-
terempti, &c.* Post Galenerium seu Galterum, Aymonem, Gisle-
bertum vel Gilbertum, Geraldum, Aymericum sedebat Anteli-
nus, qui plusculis Sinonymis variè indigetatur Antelinus, Gualtel-
mus, Vvastelmus, Ganselmus, Gauselinus; qui idem est Gallis,
Gauselin ou Gauseaulme, qui fuit illius Diœcesis quadragesi-
mus nonus Episcopus, quo tempore Rollo Dux Northmannorum
est agressus obsidere, & tentauit possidere Carnotum. Guil- 23.
lelmus Calculus libro secundo Historiæ Normanorum capite
decimo quinto. *Rollo*, inquit, *Carnotenam vrbem obsidione circumdat,
quam cum machinis & tormentis impugnaret, Richardus Burgundiorum
Dux cum suo Francorum exercitu adueniens super eum ruit. Cum quo con-
gressus eum suis atrociter resistebat, quousque Anselmus Episcopus cum
suis ex ciuitate cum armis inopinato prosiliens, sanctæque Dei genitricis
Mariæ supparum præferens à tergo eum inuasit cedendo.* Hoc tandem
videns Rollo, se suosque in extremo mortis satius decreuit ad ho- 24.
ram hostibus cedere, quam cum suorum detrimento, & prouido
consilio non tamen ignauia declinauit à certamine. Si enim vi ma-
iori est cedendum, estque metus quidam cadens in virum constan-
tem, cur sibi & suis Rollo non timeret instantis & futuri periculi
causa mentis trepidatione quam libro tertio Ethicorum definit,
τῦ κακῦ προσδοκίαν καὶ ὁρίζεται τῦ μέλλοντος κακῦ προσδοκίαν, & Cicero-
ni describitur opinio impendentis mali quod videtur intolerabile,
quæ cadere potest etiam in fortem & bellicosum. Iustéque Iulius
Scaliger deduxit metum παρὰ τὸ μένειν, quod ex eo constantia re-
mittatur, & metus ille à Deo Rolloni incussus ad præparandum eius
animum ad veram religionem: capitur enim interdum metus pro
religione, docente Seruio in illud septimi Æneidos:

Multosque metu seruata per annos.

Iure ergo sibi metuit suisque Rollo à facie Matris Dei exerci-
tuum, quæ est mulier ipsa fortis cuius pretium de vltimis cœli fini-
bus confidit in ea cor viri Christiani contra Hæreticum, Paganum,
& omnem infidelem, estque Maria impiis terribilis vt castrorum
acies ordinata. Vticensis Monachus libro primo Historiæ Ecclesia- 25.
sticæ ad annum nongentesimum Christi indictione tertia. *Rollo*,
inquit, *Carnutum obsedit, Antelinus eiusdem vrbis Episcopus vir Reli-
giosus tunicam sanctæ Dei genitricis Mariæ in manibus ferens exiuit, & di-
uinitus adiutus hostes fugauit, & ciuitatem liberauit: Richardum enim
Burgundiæ Ducem & Ebaldum Comitem Pictauiensem ad sui auxilium 26.
prouocauerat, & fugatis hostibus triumphante Deo Christiana plebs tripu-
diat.* Dudo libro secundo appellat Episcopum Gualtelinum, facit-

In Chronico M. S. Normaniæ.

Carnotum obsessa à Normanis.

Supparum περιώμιον vn roquet; vne petite chemise.

Metus in constantem virum cadens. Lib. 1. ff. quod metus causa.

Cecidit in Rollonem ex quo factus religiosior.

Metuit sibi à facie Dei Matris.

Tunica B. Virginis fugat Rollonem.

Exinde gaudiū populi.

Gualtelinus Episc. Carnotensis in-

dutus erat Pontificalibus.
Crux & Camisia delata sunt.

que illis vestibus indutum, quibus solent peragi Pontificalia solemnia, & Antistitem deferendo Camisiam Marianam fuisse infulatum, & cum Camisia portasse Crucem clero prosequente cum vniuerso ciuitatis populo processionaliter instar Iudaïci populi debellaturi Iericho. Vetus Chronicon M. S. Normaniæ, quod penes me habeo, obseruat Gosselinum Gosseaumie conuocasse prius populum, & pro concione adhortatum fuisse, vt fortes essent contra Saracenos

Concio Episcopi aduersus Normanos.

(idest Northmannos) hoc enim nomine (Maiores nostri omnes infideles voeauere) Dei inimicos, vt fortitudine roborarent brachium

27. suum, qui si in tam sancto prælio mortem cum vita commutarent

Morientes pro fide saluantur.
Absoluuntur pugnaturi & sacris intersunt.

sine dubio saluandos in suo sanguine, quem Christi sanguini pro ipsis effuso rependerent, præliaturos bonus Pontifex prius à peccatis absoluit, ad pugnam liberiores futuros. Missam celebrauit Pontificali habitu, & eodem ipse ornatu præcinxit se ad bellum: Singulare quidpiam adnotatur, Gosselinum dextera manu partem veræ Crucis & ligni sanctificati tenuisse, & sinistra manu Cami-

Sancta Crux Camisia Deiparæ & Reliquiæ delatæ.

siam Deiparæ Virginis, & vtramque sustulisse in altum visendas. A Clero alias multas delatas quoque Sanctorum Reliquias ad exercitus tutelam, cæteris de populo in vrbe remanentibus ad gemitum & orationem. Rollo visa Cruce Fulgente, & Beatæ Virginis Mariæ

28.
Cor Rolloni palpitauit.

candente Camisia, cor illi palpitare cœpit, equum sine mora ascendit & fugit. Gratum fuerit priscæ simplicitatis carmina audire Dudonis boni Sacerdotis impolito stilo composita.

Aymonius eadem habet lib. 5. cap. 42.

Rollo potensque, valensque asperrimus armis,
Neu verecunderis, si iam fugitiuus haberis,
Non te Franco fugat, non te Burgundia cedit,
Sed tunica alma Dei genitricis Virginis, atque,
Relliquiaque simul, Philateria, Crux veneranda.

Chronicon Monasterij Besuensis diem ab aliis omissum, quo victi

Rollo victus 20. Iulij die Sabbati.

sunt Normani, adnotauit. *Decimo tertio*, inquit, *Calendas Augusti, idest die festa sanctæ Margaretæ Virginis & Martyris (vigesima Iulij) in Sabbato Northmanni obsidentes Carnotum, Dei auxilio & Beatæ Virginis patrocinio fugati, Uuantelino Episcopo Camisiam Beatæ Mariæ manibus tenente.* Rollonem fugisse non diffitetur Manuscriptus Codex Turonensis, ipso primum fugiente alios secutos ducem, sed

29.
Camisia Carnotensis vnde allata.

vult Camisiam illam Carnotum allatam non ab Aquisgrano sed à Bizantio, vtrumque est verum, sed successiuè primum à Bizantio allata fuit Aquisgranum, ab Aquisgrano Carnotum dono Caroli Calui. Aliud vetus Chronicon anonymi Auctoris, qui censeatur ex

30.
Angli hostes Francorum antiquissimi.

lectione Floriacensis fuisse Monachus. *Rollo*, inquit, *Dux potentissimus Rothomagum superauit, qui Anglorum fultus auxilio infestauit Franciam per Sequanam, Ligerim & Garumnam. Northmanni fugati apud Carnotum visa Camisia Beatæ Mariæ Virginis, quam Episcopus Uuantelinus infulatus tenebat, Rollo vero meritis Beatæ Mariæ superatus Rothomagum redijt.* Annalis breuis Historia Monasterij sancti

Stephani

Stephani Cadomensis numerum indicat cæsorum Northmannorum, qui paruus fuit respectu & comparatione cladis Louaniensis, quæ fuit centum millium, vel vt quibusdam placet saltem nonaginta quinque millium. At tantum sex millia cæsa apud Carnotum: pœna enim illa fuit ad salutem prædestinati Rollonis & victoriam Christianorum adeptam: *Anno*, inquit, *octingentesimo nonagesimo octauo Rollo Carnotis ciuitatē obsedit, fugatur per tunicam B. Mariæ Virginis, sex millia occisa Northmannorum.* Hæc fuit vna ex primariis monitionibus spiritus diuini, quibus Rollo tactus corde ad suscipiendum aliquando baptisma & relictis impietatis castris transiret ad militiam Christianam. Huic obsidioni accommodari non absone possit illud fortunati Pictauiensis Episcopi libro tertio vitæ sancti Martini. 31. Rollo victo 898. cæsa sex millia Normanorum.

Carnotas huic etiam dum prætereunda veniret,
Ethnica per campos passim obuia turba fluebat.

Concurrentibus omnibus impiis ad Rollonem pro spolianda vrbe Carnotensi tum ditissima iuxta armoricum Poëtam, quem supra laudaui. Idem de hac obsidione libro octauo Philippidos facta per Normanorum Ducem Rollonem. Omnes impij secuti Rollonem spe prædæ.

Hic cum multorum saturasset cædibus enses,
Vicos inuicta vi depopulatus & vrbes,
Pestiferum extendens in plurima regna furorem,
Demum Carnoti cum mœnia frangere vellet,
Virgo Dei genitrix, quæ se dignata vocare est,
Carnoti Dominam, tulit illi luminis vsum. 32. Rollo fit cæcutiens.

De cæcitate illa oculorum corporalium conducente ad illuminationem oculorum cæcorum: mentis Rollouianæ alibi dicam, à qua sanatum oportuit, quia in cæteris rebus gestis oculatus & videns Rollo semper & vbique describitur, sed ad tempus vtilis obcæcatio illuminando sedenti in tenebris & vmbra infidelitatis Paganæ, vnde prosequitur Monachus Poëta Brito. Sanatur. Cæcitas corporis fuit mentis illuminatio.

Luce mereretur Christum interiore videre;
Qui fugiens victus, maiore parte suorum.

Historiam non benè didicerat, nam vt dixi, sex tantum millia desiderata de exercitu Rollonis.

Factus humilis, tum denique Christo,
Credidit, & meruit vitali fonte renasci.

Potuit & debuit Rollo dicere Deo illud Regis Dauidis, Psal. 118. *Bonum*, inquit, *mihi*, *quia humiliasti me*, *vt discam iustificationes.* *Vetus Chronicon M. S. Normaniæ*; *Post*, inquit, *Carnotensem pugnam & fugam*, *Rollo cum suis sexto ab vrbe lapide seu milliario commorantibus*, *& figentibus stationis pedem fixit recensensque copias suas sensit multos ex suis desiderari, multos superstites vulneratos fuisse, & post duos menses reddito oculorum vsu vrbem Blesensem petijt.* Diximus supra prius abiisse Rothomagum. Abbo Floriacensis libro primo obsidionis Parisiensis scribit occisa quinquaginta millia de Normanis Et bonum fuit Rolloni humiliari. Psal. 118.

Quinquaginta millia occisa Normanorum. Corrigendus Annalis Cadomẽsis.

33\. in obsidione Carnotensi: sicque subesset mendum in Annali Cadomensi,& pro sex millia restituendum esset L. millia: canit Poëta rudis rudem pugnam.

Restitit oppida queque capi, suprema voluntas,
Carnoteno innumeros conflictus applicuerunt,
Allofili: verum liquere cadauera mille,
Quinquaginta simul, rubeo populante duello,
Vna dies istum voluit sic ludere lusum.

In numero occisorum Normanorum.

Alia lectio pro quinquaginta habet hic quingenta simul, &c. & tunc tantum occisi fuissent de Normanis mille & quingenti. Quicquid sit terrore fugati Normani visa Deipara à Rollone in aëre ipsi apparente, obcæcante illum & terrorem incutiente. Vetus Poëta Gallus scripsit tempore sancti Ludouici poëma vernaculum, quo intendit versificator Camisiam super mu-
34\. ros vrbis delatam & ostensam Normanis vexillorum loco: qua visa aduersarios cepisse sibilare & eiulare, & Cachinnari ausos,immissis in eam iaculis & sagittis:ex quo secuta diuina vltio,& non solum Rollonem sed exercitum eius obcæcatum: quo comperto miraculo,tum demum Carnotensis portis vrbis egressos sub auxilio Carnotensis Dominæ Mariæ,Comite Gosselino Episcopo deferente in tutelam & propugnaculum populi sanctam Camisiam;addit Marię velum Virginis quasi vexillum extendisse, occisorum non tamen non scribit numerum,contentus dicere terrę superficiem coopertam cadaueribus hominum,quos ad libitum nemine resistente occidere illis licebat. Poëta ille videtur fuisse Monachus sancti Germani de Pratis,frater Hugo de Mery auctor poëmatis quod inscripsit Antichristum, Huon de Mery Aucteur du Roman de l'Antechrist,sur le tableau du chemin d'enfer, & precando Deum adiutorem dicit.

Northmanni irrisere B. Virg. Camisiam. Sibilo, eiulatu,iaculis.

Delatum quoque velum Deiparæ.

Frere Huon de Mery.

Ainsi m'ait de Dieu.

T m'ait Diex Huon de Mery,
Qui a grand peine a fait ce Liure.

Dolus & virtus.

Liuius libro quadragesimo secundo Historiæ romanæ prudenter monet interdum in tempus præsens plus profici dolo quam virtute,
35\. *sed*, inquit, *illi demum vincuntur in perpetuum qui fatentur se victos, non casu non fortuna.* Habuit confitentem victum Rollonem Ducem B. Virgo Maria Deipara, non illico sed non secus ac ægrotus epota medicina non satis bonæ mentis compos irascitur, pharmacopolæ, & medico sanatus vtrique gratias agit & operæ pretium soluit. Sic Rollo primo naturæ indomitæ impetu ira commotus B. Mariam de cœlo fulgentem cusca & obscurata præ lumine pupilla oculi affa-
36\. tus. *Quid enim Domina ignota, Ducem terra indomitum & victorẽ de cœlo fugas: puellaribus insuetus bellis facilè vincor, qui virilibus triumpho: fugio & fugę causam nescio: cor palpitat & mens agitatur; cedo nolens, volens*
37\. *tamen acquiesco, exspectabo euentum & mihi ipsi bonus consul statuam quid deinceps facto opus.* Plutarchus libro de educatione liberorum, pulchrum esse, inquit, non solum scire vincere sed etiam loco &

Victoria vera habere confitẽtem victũ: ægrotus asperæ irascitur medicinæ.

Sanatus agit gratias

Apostrophe Rollonis ad Deiparam.

Pulchrum est scire vinci.

tempore scire vinci. Da manum Rollo, porrige herbam virentem Victrici Virgini, perdendo lucraberis, fugiendo triumphum parabis tibi & successoribus tuis. Iulianus Apostata & à Deo reprobatus & ab hominibus cum Deo & sanctis inferret bellum teste sancto Gregorio Nazianzeno, docet oratione tertia in Iulianum nescire quo modo sagitta è cœlo emissa percussus fuerit, nisi ministerio Angelorum: sanctus Ioannes Damascenus oratione prima de imaginibus ex Halludio discipulo sancti Basilij & successore in vita eius: qui ante imaginem Beatæ Virginis Mariæ orauerat in Ecclesia sancti martyris Mercurij, *ut impius inquiebat Iulianus Apostata tolleretur, ex qua imagine didicit quid esset euenturum, vidit enim non multo post hastam cruentam tenentem.* Glicas parte quarta Annalium ex scriptis sancti Amphilochii didicisse: *Mandato,* inquit, *perpetuę Virginis Deiparę per sanctum Mercurium Magni Basilij precibus, desertorem hunc traiectum fuisse*: Auctorem facti Glicas credidit incognitum. Theodoretus lib. tertio Historiæ Ecclesiasticæ: *ferunt,* inquit, *ipsum tyrannum simul ac plagam acceperat, manum protinus sanguine impleuisse, illumque proiecisse in aërem, ac dixisse, vicisti Galilęe, & simul tum cõfessum victoriam & blasphemiam.* Nicephorus vult libro decimo Historiarum dixisse proiecto sanguine in aërem; *Saturare Nazarene.* Prædestinatus Rollo in filium adoptionis Dei, victus & cum suis excæcatus, etsi ex templo non sit ad Deum conuersus tacito sub pectore voluebat nescio quid diuinum, & mitior factus redire incipiebat ad cor & ad seipsum, & sanguine tot occisorum militum sensit vltionem sanguinis Christiani armis suis, suorum & consimilium Normanorum ante ipsum effusi: intellexit non viribus Francorum aut Burgundionum partam victoriam sed superna aliqua virtute quam cognosceret, intelligeret, & veneraretur aliquando. De fugatis apud Carnotum Rollone & Northmannis Thomas Valsingan Anglus plura habet in Neustriæ Hypodigmate, & Guillelmus Malmeburiensis eiusdem quoque nationis libri secundi de rebus Anglorum capite quinto, disseruntque de insigni clade passa per Rollonem & de exposita super muros Carnotenses Beatæ Virginis Mariæ Camisia, quam dicunt Carolum Caluum Imperatorem & Regem Francorum olim obtinuisse ab Imperatore Constantinopolitano. *Euasit tamen Rollo*, inquit *Malmeburiensis, nec multo post Rothomagum & confines vrbes armis obtinuit anno octingentesimo sexto cum sepenagesimo [ex lectione nostrę Historię aperte est hoc loco Anachronismum & decipi in tempore Anglum Analistam] vno anno ante obitum Caroli Calui: cuius filius Ludouicus Normanos vicit quidem, sed non expulit.* Obseruo de Camisia seu indusio Deiparæ Virginis Mariæ ex sancto Iuuenale Episcopo Hierosolymitano, quod post eius Assumptionem in cœlum, adueniente sancto Thoma Apostolo, quem cæteri Apostoli exspectabant, aperto sepulchro Beatæ Virginis, corpus eius non repertum fuisse sed inuentas eo loci eius vestes cum Camisia & Syndonibus in quibus

[Margin notes: 38. Iulianus Imp. Apostata. — De cœlo percussus. — Ex imagine auditur Imp. Iuliani euentus. — Oratio sanctorum contra Apostatam. — cap. 20. — Abominanda vox Iuliani. — cap. 34. — 39. Rollo ex pœna proficit à Deo inflicta. — Et euasit Rollo quia reseruabatur vitæ meliori. — 40. Corrigitur Malmeburiensis.]

41. Beatæ Mariæ vestes & Camisia cum Syndone. Inuentæ in eius sepulchro post eius assumptionem.

sepulta, & depositum in eis corpus virgineum, ex quibus odor suauissimus exhalauerit. *Vestis autem*, inquit, *sanctus Iuuenalis, Beatæ Mariæ est translata Constantinopolim: quæ erat apud Annam vetulam quamdam Iudæam recondita in domuncula parua (vult innuere repositam reuerentiæ gratia in arca decenti & feretro ornatiore sicut Christiani solent recondere Reliquias sacras) latebat Mariæ tunica quę suauissimum spirabat odorem & multa facta sunt miracula per illam vestem sanctissimam, & non nisi Virgines easque sanctissimas asseruasse vestes Beatę Virginis Marię, vestemque illam summè esse venerandam.*

42. Vestes B. V. Mariæ solis Virginibus sanctis datæ asseruari.

De Pace composita inter Carolum Simplicem Francorum Regem & Rollonem Ducem Northmannorum, apud sanctum Clarum seu Clerum, ad Eptam Fluuium, non procul à Gisortio.

CAPVT QVARTVM.

1. Omne donum est à Deo. *Iacob. 1.* Et pax à deo pacis.

Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, inquit sanctus Iacobus sub initium Epistolę Canonicę, quod beneficium in homines effluit per Iesum Christum mediatorem Dei & hominum, à quo illuminatur omnis homo ad benè inchoandum & constanter in bono perseuerandum, præueniente gratia, concomitante & finali quibus pacem impetret à patre Deo pacis & dilectionis. *In hoc apparuit filius Dei*, inquit, *dilectus Apostolus, vt dissoluat opera diaboli.* Non enim vt docet vas electionis, est dissentionis Deus sed pacis: Sanctus Gregorius Nazianzenus oratione de moderatione inquirit à seipso quid in nostra doctrina Christiana præstantissimum, respondetque esse pacem: addam ego esse quoque rem vtilissimam, & secundum Oratorem Romanum dulce nomen pacis res vero ipsa tum iucundissima, tum salutaris. Francia tot annos flagello Normanico attrita Deum per omnes Prouincias orabat assiduè, *da pacem Domine in diebus, quia non est alius (sub deside & imbelli Rege) qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster. Deus à quo sancta desideria, recta consilia & iusta sunt opera, da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem.* Apud Isaiam Prophetam Deus de se profitetur capite quadragesimo quinto: *Ego*, inquit, *Dominus faciens pacem*, Christus ergo filius eius Rex pacificus & pacem faciens magnificatus est vehementer cum legatione patris sui fungeretur. Vnde Paulus Ephesiorum secundo, *ipse*, inquit, *est pax nostra faciens vtraque vnum, vt duos condat in semetipso, vnum nouum hominem in vno corpore Deo, per*

1. Ioannis 3. 1. Corinth. 4.

2. Elogia pacis.

3. In persecutione Normana per totam Franciam. Preces pro pace factæ.

4. Christus auctor pacis.

crucem interficiens inimicitias in semetipso. Hoc patebit in baptismo Rollonis & sociorum eius, Deo disponente gentis perfidæ conuersionem præludio pacis & per Isagogem concordiæ inter vtramque gentem incolam & aduenam, diuino consilio atque manuductione perfectam. Chronicon vetus anonymi Auctoris M. S. quod ex ipsius lectione censeatur Monachi cuiuspiam Floriacensis ad Ligerim.

Et per pacem via ad Rollonis baptismú.

Rollo, inquit, *Dux potentissimus Rothomagum subiugauit, qui postea Anglorum suffultus auxilio infestauit Franciam per Sequanam, apud Carnotum meritis Beatæ Mariæ Virginis superatus redijt Rothomagum. Anno trigesimo sexto, quo Francorum regnum à Northmannis cœperat infestari: Rollo Dux ille potentissimus voluit esse Christianus, mitigatus à Francone Archiepiscopo, factus Dei fidelissimus cultor, cuius antea fuerat crudelissimus persecutor. Robertus Frater Odonis Ducis Burgundiæ suasit Regi Carolo (simplici) & Franco (Archiepiscopus Rothomag.) Rolloni venire ad colloquium, data Guilla (aliis Gilla seu Cisleta) filia eius in matrimonium, concedens ei pariter terram quæ nunc vocatur (antea ergo pars erat Galliarum & Franciæ) Normania, à fluuio Andela vsque ad Oceanum mare, eoque illum secedere compulit, & metas illi Aruam (seu Auram qui fluit per Parochiam quę dicitur Gallis super Auram Vaulx sub Aure in confinio terrę Baiocassium non procul à mari Oceano posuit. Baptizatum denique Rollonem, Robertus Dux Burgundię (qui alijs Comes Parisiensis & Dux Francorum appellatur) à sacro latice leuauit, & imponens ei suum nomen eum magnificis eum muneribus honorauit. Rex quoque adiecit donationi quam prius fecerat, Britanniam totam, sicut iamdudum possederat, vt per hoc etiam beneficium, efficeret illum sibi Vasallum fidelissimum. Rollo qui & Robertus post paucos dies (puta post quinquennium) longa militia fatigatus, & senio pregrauatus decessit.* Multa paucis comprehendit Anonymus quæ sunt mihi diffusius explicanda & examinanda. Dudo Veromanduensis Decanus clarius distinguit libro primo de moribus & actis Northmannorum primorum Ducum.

Post bellum 36. annorum.

Rollo mitigatus à Francone Archiepisc. Rothomagensi & Carolus Simplex per Odonem suasus.

Arua seu Aura fluuius.

5. Robertus Burgundionum Dux & Parisiorum Comes Patrinus Rollonis.

6. Data quoque Rolloni Britannia cum Normania.

Initio quippe aduentus Rollonis in Neustriam per ostium Sequanæ, cum castra metatus fuisset apud Gemeticum Monasterium: *Franco*, inquit, *his auditis Rothomagensis Episcopus misit ad Rollonem ad obtinendam securitatem. Adest Rollo circa portam vrbis cui annexa est Ecclesia sancti Martini (nota hic obiter Martinum fauorabilem antea Rolloni obsidenti Turones in Dei speculo futuram aliquando prouidisse vt eum admitteret Rothomagum primo accedentem) qui visa desolata vrbe (per antecessores suos Northmannos) Arcas venit Hastingus Danus, qui in Francia habitabat, cum duobus legatis ad Rollonem missis, si vellet Rollo Regi subiici. Rothlandus Dux Francorum, cum suis pugnaturus contra Rollonem, missa audita, & Eucharistia sumpta victi sunt circa Mellentum (vrbs Mellendis appellatur à quibusdam Priscis scriptoribus) victores Northmanni Parrysium obsidene, Rollo ducit Poppam Berengarij Principis filiam*, &c. Interea Rollo aduocatur pro ferendo auxilio Anthelmo Regi amico suo contra Anglos rebelles, quos Rollo domuit, oblatum dimidium

7. Rollo colloquitur primo cum Francone Archiepisc. propè Ecclesiam sancti Martini.

8. Hastingus Frãcus erat non Danus, Mediator pacis cum Rollone.

9. Rollo domat Anglos, oblatum dimidium re-

gni recusa Angliæ. regni Anglicani respuit, recusans oblata, memor visionis quondam suæ in somnio Anglicano, se fore potentem post baptismum suum

10. in Francia. Circa illam tempestatem Carolus Rex consilio Prælatorum & Procerum totius regni Francorum, Franconem Episcopum Rothomagensem rogauit ad se venire, cui dixisse fertur, inquit idem Dudo: *Regnum cui praeesse debeo, desolatur, terra aratro non scinditur, &c. Obesse Rolloni nequeo, quapropter paternitatem Sanctitatis tuæ rogo, & deprecor vt acquiras nobis apud Rollonem sequestrem pacem trium mensium, & si forte his diebus se Christianum fieri voluerit, maxima beneficia ei dabimus.* Retulit Franco Rolloni, & ita factum est, pactæque sunt induciæ trium mensium: quibus cœpere excitari & armari Burgundi in Rollonem iunctis sibi Pictauiensibus, & expletis tribus mensibus: *Franci*, inquit, *non valentes Paganis, idest Northmannis, resistere, totamque Franciam videntes ad nihilum venire vnanimiter ad Regem venerunt, (puta Prælati & Proceres totius regni Francorum) dicentes, cur non auxiliaris regno, cui prodesse & præesse debes sceptro? Detur terra à fluuio Andelę vsque ad mare Paganorum gentibus, filiam quoque tuam iunge Rolloni connubio*, &c. Ad Rollonem ergo iterum legatus missus est Franco Antistes Rothomagensis, quem ille potens opere & sermone, allocutione blanda Francis & religioni Catholicæ conciliaret. Franco dicitur suasurus ferocem Rollonem illi præ oculis obiecisse mortem esse duplicem corporalem quę terminatur dolore corporis & æternam per quam Deus iustus iudex, etsi ad tempus patiens æternis suppliciis vindicat suorum mandatorum contemptores & neglectores oblatæ per baptismum & alia sacramenta indulgentiæ. Qui vero ad Deum bono animo reuerterentur, à via sua mala & ab itineribus iniquitatis in semitam iustitiæ ab ipso misericordiarum parente Deo benignè complecti & amplecti, & admitti ad suam gratiam, quibus post pœnitentiam præparat beatitudinem, quam nec oculus vidit, nec in cor hominis vnquam sufficienter ascendit; quanta sint gaudia quæ cælo manent diligentes Deum. Caduca hæc cœlestium amatoribus contemptui esse sperantibus obtinere regnum beatitudinis quod non habeat finem in æternitate deliciarum. Reuocauit Rolloni, in memoriam somnium suum Anglicanum (de quo infra dicam) esseque in proximo vt Deus fidelis in verbis suis opere adimpleret promissa, si vellet Rollo quod in se erat perficere. Rollo audiuit lubens & acquieuit Pontificis sapientiæ & spiritui diuino qui per os eius loquebatur. *Statuto igitur tempore venerunt ad determinatum locum, qui dicitur ad sanctum Clerum, Rollonis autem cis Eptę fluuium exercitus sedit, Regis autem & Roberti (Ducis Andegauorum) altrinsecus. Rollo petiuit vt Rex iuraret cum Archiepiscopis & Episcopis, & Comitibus regni, vt teneat Rollo & successores eius ipsam terram ab Eptę [hęc fuit petitio Rollonis sed Franci tantum concessere vt supra probauimus ab Andela] fluuiolo ad mare vsque quasi feudum & allodium sempiternum. Rogatus est Rex*

Carolus Rex Francorum cum Francone colloquitur.

Per quem fiunt induciæ cum Rollone.

Rollo & Normani Pagani.

11. Franci Rolloni offerunt terram ab Andela ad mare.

12. Franco Rolloni ponit mortem ob oculos & animæ & corporis. Et æternam damnationem.

Aut salutem pœnitentibus. Et conuersis ad Deum verum.

Et magna pręmia post hanc vitam.

Libenter Rollo audiuit Franconem.

13. Eligitur locus ad sanctum Clerum pro pacis colloquio.

Petebat Rollo ab Epta sed tantum obtinuit ab Andela.

dare si non propter seruitium saltem propter cultum Religionis Christianæ,
vt populus acquiratur Christo, qui irretitus diabolo. Noluit Rollo terram
Flandrensem propter paludes, itaque spondet ei Rex Britanniam dare, quæ
erat in confinio promissio terræ (puta quæ post donum dicta est Nor- Datur quoque
mania Gallica.) Eadem habet sed contractioribus verbis Chroni- que Britannia
cum meum manuscriptum Normaniæ, additque Gislam cum ma- nia Rolloni 14.
gna Francorum festiuitate Rolloni traditam, cum hac conditione Gisla datur Rolloni
quod Rollo Christo nomen daret, & pro dote acciperet illam terræ cum festiui-
intercapedinem, quæ iacet vsque ad Promontorium sancti Michaë- tate magna.
lis ab Andela & de nomine Normanorum vocaretur deinceps Nor- Facta pacis.
mania, & Rollonem se professurum clientem seu Vasallum Caroli
Regis Francorum, & successorum eius & pro corollario donationis
narratur eo loci Rollo petiisse Britanniam, neglecta palustri Flan-
dria, quod augmentum exoptauit quia terra Neustriæ fuerat, ab 15.
Hastingo omnino depopulata & ferro flammaque vastata & lacera Hastingus
bellorum iniuria. Errare porro eos qui asseuerant datam Rolloni vastauit totam Neu-
terram ab Epta vsque ad mare apertè conuincit auctor vetus qui striam.
scripsit additamentum ad Historiam Normanam Monachi Geme-
ticensis, sed alibi profusius probabo. Quintinianus Dudo pacta con-
uenta pacis Francorum cum Rollone in hæc verba concludit. *Ex* 16.
templo Rollo, inquit, *misit ad Regem, &c. vt teneat ipse & successores* Rolloni terram tantum
eius terram ipsam, &c. Tunc Robertus Dux Francorum & qui aderant datam vsque
Comites Episcopi, cum Abbatibus dixerunt Regi, non habebis Ducem tanti ad Andelam
honoris, nisi quod concupiscit feceris, ne culmen totius regni tui & Ecclesiæ & non ad Eptam.
annihilentur impetu exercitus infestantis. Eius aduocationis patrocinio vi-
ce Christi fungeris: debes esse, ô Rex, aduocatus constantissimus, &c. Da-
tis obsidibus adductus est Rollo mirantibus Francis, viri potentiam, vir-
tutem, & sapiens illius consilium, statimque coactus Francorum verbis, 17.
manus suas misit inter manus Regis, quod nunquam pater eius, auus, aut Quam fuerit sapiens
proauus cuiquam fecerant, &c. Rolloni nolenti pedem Regis osculari, di- Rollo.
xerunt Episcopi, qui tale donum recipit, osculo debet expetere pedem Re- 18. Vetus for-
gis: at ille, nunquam curuabo genua alicuius genibus, nec osculabor cuiuspi- ma præstandi Homa-
piam pedem. Francorum igitur precibus compulsus, iussit cuidam militi gium.
pedem Regis osculari, qui statim pedem Regis arripiens, (oportuit sedisse 19.
Regem) deportauit ad os suum, standoque defixit osculum, & Regem (puta Normanus eques Regis
in solio regio maiestatis gratia residentem) fecit resupinum. Chronicon sedentis pe-
manuscriptum Normaniæ non solum factum Regem Carolum re- dem stans
supinum, sed penè in terram deiectũ, ex quo magnus risus excitatus osculatur. Sed Regem
de facto nebulonis & penè factus tumultus ex parte Francorum. ex solio pe-
Notatu dignum militis Normani insolens factum subridentibus in- nè deiecit.
ter stolidos & vecordes aulicos, sapientibus vero condolentibus, &
sicut ille Brenno insultans Romanis: Væ victis dicebat, protenden- 20. Normani
dum malum omen, quod aliquando sub Rollonis nepotibus & suc- Duces penè
cessoribus ducibus penè deiiciendum foret Imperium Francorum, solium Francorum deie-
nisi Deus potenti manu sua solium eorum firmasset vsque in diem cerunt.

præsentem. Guillelmus Abbatiæ Gemeticensis alumnus qui vixit sub Richardis primo & secundo Normanis Ducibus, iunior tamen Dudone Quintino libri primi suæ Historiæ Normanicæ capite decimo septimo: enarratis Normanorum & Rollonis persecutionibus, scribit Francos, bellis & calamitatibus oppressos, aures Caroli Regis impleuisse clamoribus & querelis, quibus commotus Rex perfecerit quæ supra narrauimus. Robertus Gaguinus generalis Minister Ordinis de Redemptione Captiuorum Christianorum, in Analibus Francorum: *Rollo*, inquit, *à ferocia temperat, seque cum suis consilio habito cum Carolo (Rege) colloquium, quo vellet die designato spondet habiturum, &c. vnam fluminis ripam Carolus, alteram Rollo insedit, intercedentibus legatis, res acta*, &c. Apud Flodoardum Rhemensem Canonicum libri quarti Historiæ Rhemensis capite quinto, pace violata inter Odonem regni Franciæ vsurpatorem & Carolum Simplicem legitimum Regem, Carolus Rex diffidens suis viribus, & non in auxilio diuino confidens, oblitus sancti Regis Dauidis consilium Psalmo centesimo vigesimo sexto. *Qui confidit in Domino sicut mons Sion in æternum non commouebitur*, mutuatus fuerat auxiliares copias Paganorum Normanorum contra Principem Christianum aduersarium suum Odone, mlicet perduellem, & læsæ Maiestatis humanæ reum, armaque Christiana infidelium phalangis miscuerat: præterea propter matrem Oginam Angli Regis filiam, opem Anglicanam expetierat. Cui cogitationi Normanicæ societatis impiæ sanctus Fulco Archiepiscopus Rhemensis, qui Carolum vnxerat Regem, conatus eum reddere facti pœnitentem, & ab impiorum societate reuocare. Ea propter illi scripsit non sine causa se indignatum de tam iniquo proposito. O dissimilem nostris temporibus Pontificem, ô Antistites hodierni quantum priscis Episcopis tempore & zelo estis inferiores. *Quod consilium*, inquit, *Fulco, non nisi à prauis hominibus dari potuit. Quis enim qui vobis sicut oportet, fidelis est (notent politici plus sæculo quam Deo sapientes, & terræ magis sub nomine Christiano militantes quam cælo) non expauescat vos inimicorum Dei velle amicitiam (cum teste Apostolo* 1. Cor. 3. *amicitia huius sæculi inimica sit Deo) corrumpitur castitas animæ Christianæ ex Dei inimicorum consilijs & societate. Neque enim poterit non imitari, quod assiduè viderit, quin potius assuescit paulatim, & quasi malæ consuetudinis vinculo trahetur ad facinus*, hoc quotidie experimur in Gallis ex Holandia, Anglia è regionibus Hæreticorum redeuntibus seu militiæ seu mercaturæ gratia, quos enim Catholicos & probos exire scimus redire improbos, Hæreticos aut Hæreticis accedentes dolemus, corruptos moribus & fide aliis innocentibus præire ad corruptionem. Eodem loco argumentatur Fulco sanctissimus Pontifex tantum abesse vt Reges Francorum soleant iungi impiis, quin ipsos gentiles eorum cura gentilitate relicta (ex quo tempore Clodoueus abiurata infidelitate

21. Carolus Rex importunis Francorum precibus dedit Neustriam & Britanniam Rolloni.

Minus in Dei auxilio confidens. Oblitus Regis Dauidis consilium. Mutuatus Normanorum opem contra Odonem.

Admonetur à sancto Fulcone Archiepiscopo Rhemensi.

22. Corrumpitur castitas animæ ex consilijs malorum.

Societas Hæreticorũ externorũ Gallos perdidit.

Qui soliti conuertere alias gẽtes.

delitate euasit in Christianum) ad Deum conuersos Christianis sub legibus vixisse. *Vos, inquit, è contra nunc Deum relinquitis, cum vos eius hostibus sociatis, vnde & merito prophetica illa vox ad vos dirigitur (libri tertij Regum capite vigesimo) quæ quondam ad Regem Israël facientem similia, directa est (intelligit de Archa cui Micheas Propheta malum euenturum prænuntiauit, & audire eum noluerat etiam contempserat) immo præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum coniungeris. Credite mihi quia nunquam sic agendo ad regnum peruenietis, sed velociter vos disperdet Deus quem irritatis, & vos video cum omnibus consentaneis vestris perituros.*

23. Deum relinquit qui iungitur societati impiorum, & Prophetas non audit.

Re vera qui tale dant vobis consilium non fideles sed per omnia infideles comprobantur esse, quos si audire volueritis, melius fuerit vos non nasci, quam patrocinio diaboli regnare velle, & illos velle iuuare quos per omnia deberetis impugnare. Pro fidelitate quam ego vobis seruo hanc gemebundus scribo, quoniam cupio vos secundum Deum & secundum sæculum esse honoratum, & non Sathanæ sed Christi adiutorio, ad debitum vobis regni fastigium transcendere. Regnum enim quod Deus dat firmum habet fundamentum, quod vero per rapinas & iniustitiam acquiritur, caducum est & cito deciduum, nec diu poterit permanere.

24. Infideles consiliarij & qui fideles.

Distinctio boni & mali regni.

Dixerat Fulco sub initium epistolæ, quæ Regem Carolum dissuaderet à societate Normanorum Paganorum & Ethnicorum amicitia verbum principibus vtilissimum, & obseruatione dignissimum. *Nihil*, inquiebat, *distat vtrum quis se Paganis societ (idem dic & iustius de Hæreticis) an abnegato Deo Idola adoret.*

25. Nihil distat vtrum quis iungatur Paganis an ipse colat idola.

Papyrius Masso libro secundo Annalium Francorum peruicisse ait Fulconem ne Rex Carolus fœdus feriret cum Normanis, quod tamen postea fecit postquam Rollo promisit se Christianam professurum fidem.

26. Obediuit Rex Carolus Fulconi & pacem non fecit, nisi postquam Normani promiserũt se Christianos fore.

Apud Suessionem Carolus anno Christiano nongentesimo decimo nono, septem annis à pace transacta cum Normanis & Rollone derelictum se doluit à Proceribus Frãcorum regni, propter Aulicum quemdam Haganonem Laudunensem, cui natales obscuri & modici, tantum valebat apud Dominum Regem fauore & beneuolentia vt solus omnium consiliorum regiorum esset conscius & arbiter, quo inconsulto nihil domi forisque ageretur: vnde minimè mirum si homuncionis immoderatus amor Principi exitio fuerit, cum Proceres iusta irritatione molestè ferrent ignobilem nobilissimis viris anteponi, *hoc morbo immoderati & singularis affectus laborare Regem, & turpe ipsi & periculosum regno est, semperque fuit: nam qui vnum vnicè amat, videtur cæteros odisse aut contemnere: estque mera regnantis aut imperantis seruitus impotens amor paucorum.*

27. Singularis & immodicus vnius amor Regis perditio & regni periculum.

Rollo ergo qui hactenus nulli hominum collum submittere voluerat, bono consilio Franconis, & Heruei Archiepiscopi Rhemensis, Fulconis successoris se subditum esse passus est, & professus Regis Francorum: cui non inuitus fidem cum iuramento præstitit, de terra quam iam armis quæsitam manu tenebat & possidebat, eam accipiens do-

28. Rollo facit Homagium de terra data Regi Franc. quã dotis nomine accepit.

tis nomine ducta in vxorem Gisla Caroli Regis filia. De illa pace & connubio Guillelmus Brito seu Armoricus Virgilius Philippi Augusti Regis lib. 8. Philippidos.

Proinde suę gaudens illum Rex Carlus honorat,
Coniugio natę, cum qua Normania pacis,
Fœdere sub firmo datur illi nomine dotis,
Iam tamen ipsę suis illam acquisiuerat armis.

29. Prudentia est dare honoris titulo quod nequeas retinere.

Sagax & prudens consilium spoliatorum Principum dare honoris & Homagij titulo inuasoribus & vsurpatoribus terras & dominia, quæ aperto marte nec vi possunt sibi vindicare aut retinere. Guillelmus Malmeburiensis libri secundi de rebus gestis Anglorum capite quinto. *Carolus (Simplex) multis calamitatibus à Rollone coactus illi partem Gallię, quę nunc vocatur Normania, concessit.*

30. Normania est pars Galliæ.

Longum est prosequi, quot annis & quanta audacia omnia inquietauerunt Northmanni ab Oceano Britannico vsque ad Tyrrhenum mare: primo hasten mox Rollo, qui nobili sed per vetustatem obsoleta prosapia

31. Persecutio Normanica magna & diuturna.

Hunnorum ortus, Regis pręcepto patria carens, multos quos vel as alienum, vel conscientia scelerum exagitabat, magnis spebus sollicitatos secum adduxit. Carolus (Simplex) multoties aduersis bellis expertus nihil

32. Bonum ostentare liberalitatē cum non potis es propulsare iniuriam.

sibi fortunam restituere quicquid abstulisset, Rollo cum Magnatibus librato consilio bonum esse Regiam liberalitatem ostentare, cum non posset propulsare iniuriam, Rollonem pacificum accersiuit. Erat iste iam grandęuus, & ideo facilè ad concordiam inclinatus est. Ita fœdus initum est, vt baptisma susciperet, terramque illam de Rege sicut de Domino suo cognosceret. Vbi considerari potuit ingenita & effrenis viri barbaries:

33. Rollonis generositas.

siquidem cum dono concesso adstantes suggererent, vt pedem oscula督retur largitoris dedignatus genibus aduolui, Regis apprehensum pedem, ad os suum stans attraxit (Rex sedens in Cathedra ad Homagium stantem admittebat Rollonem) illo resupinato, risus secutus Normanorum, reprehendentibus Francis factum excusat Rollo impudentem allegans Prouincię suę morem, ita risus compositus Rollo Rothomagum redijt, ibique diem clausit.

34. Roricus Caroli Simplicis filius vir doctissimus. Obijt 966. ex supplemento Sigeberti 13. Decemb.

Carolus Simplex duos habuit filios vnum naturalem nomine Roricum Episcopum Laodunensem ordine trigesimum tertium ordinatum anno 948. ex Flodoardo, vel anno sequenti vt placet Tillio Historiographis: fuisse eruditissimum scribit Asso Monachus libro de Antichristo, quem edidit rogatu Gerbertæ Reginæ. Alius

35. Ludouicus transmarinus filius legitimus Caroli qui Obijt 7. Octob. 929.

filius eius fuit (ortus legitimis Natalibus ex Ogina vxore Regina filia Elstani Regis Anglorum) Ludouicus cognomine transmarinus quia fugisset in Angliam donec pace frueretur, & in regni solium pacificè restitueretur. Ogina Carolo mortuo Peronæ septima die Octobris anno DCCCCXXIX. ex Flodoardo in Historia Rhemensi & ex Annali Historiam S. Monasterii sancti Stephani

Cadomensis ad annum prædictum 929. indignè se habuit erga memoriam defuncti mariti Regis ducto in matrimonium Heriberto Comite Veromanduorum, qui captiuum Carolum suum supremum Dominum in carcere mori coëgerit Peronæ, vbi iacet sub tumulo lapideo in æde sancti Fulscopi. Antequam colo- 36.
phonem imponam paci Rollonis rem dignam obseruatione adnoto, Deum esse admirabilem in exequendis promissis suis. Dudo Quintinianus & Guillelmus Gemeticensis in Historiis Normanorum somnium referunt Rollonis, & Paulus Æmilius in Historia Francorum, post quos Ludouicus Quichardinus in descriptione Selandiæ: quod viderat in alto monte aquas multas, quas circumstarent aues: Rollonem dilutum in fonte limpidissimo, deinde cæteras aues prolutas eadem aqua, cui responsum fore aliquando, vt ipse cum sociis tingerentur aqua baptismali & Christiana, captiuo viro ex Christianis instar Iosephi explicante suo Pharaoni somnium eius: *Mons*, inquiebat ille, *quem in Francia vidisti per somnium. in quo tibi stare videbaris, est Ecclesia Catholica, de qua totum regnum Francorum censetur*, &c. Reliqua dicam capite de baptismo Rollonis completum somnium oportuno loco: visum accepit in Anglia, efficacia visionis completa in solo Anglicano, Anglicanum solum voco vicum & territorium vbi sanctus Clarus Anglus pro iustitia passus, passionis loco nomen suum reliquit: nam in ponte sublicio ad Eptam flumen factam pacem diximus in oppido de sancto Claro, seu Clero vocato cuius Natalis ortus fuit Orchestria sub Metropoli Cantuariensi totius Angliæ.

In somnio Rollonis in Anglia vidit portionem Franciæ sibi dari.

Hæc portio illi data est apud sanctū Clarum ad Eptam.

In terra quę sortita nomē ob martyrium sancti Angli.

Britannia Gallica seu minor Armorica data est & dari potuit Rolloni à Carolo Rege Francorum, quia illa fuerat perpetua Cliens Francorum à temporibus Regis Clodouei, primi & postquam data, tunc facta subsidiario titulo vasalla Franc. sub immediato seruitio Normanorum: post vero exactos Francia Anglo-Normanos Duces redyt ad primarios Dominos Reges Francorum, postmodum vnita gleba Regia matrimonio Anna Britanna cum Carolo VIII. & Ludouico XII. Regibus.

CAPVT QVINTVM.

1\. Tria in hoc tractatu de Britannia proponuntur, primum de subiectione Britonum à tempore Regis Clodouei vsque ad Carolum Simplicem. Secundum à concessione facta Normanis vsque ad Regem Augustum: ab illo ad Annam Britannam. Tertium à Gallis Britonibus esse denominatam Anglicam Britanniam.

TRIA proponere & exponere incumbit mihi, quo implicitam arte Britonum Historiam, & fabulis intricatam pro veritatis patrocinio explicem. Ac primum quidem mihi tractandũ erit de subiectione non intermissa, sed perpetua & totius Prouinciæ Armoricæ (nebulas seponens rebellionum quæ sæpius interuenere, quæ claritatem iuris non obscurauerunt) sub Regibus Christianissimis Francorum, priusquam Neustriæ pars Northmannis esset cõcessa pro bono pacis Christianorum & pro regni Francorum cæteris conseruandis Prouinciis. Secundario agam de Homagio & obedientia humiliter præstita à Britonibus vellent nollent Ducibus Normanorum, vsque donec Normania redux ad Reges Francorum Anglis procul in insulam suam transmissis & vltimum vale dicturis iuri Normanico. Tertium erit vti probem mutationem nominis insulæ Albionis in nomen Britanniæ, exortam ex eo quod victi Albionis incolæ à Gallis, maxima ex parte Britonibus nomen Gallicum illi imposuere pro signo victoriæ. Postmodum Britannis insulanis deuictis per Anglos auxiliares & in auxilium vocatos, eorum insula dicta Anglia, quam iterum Princeps Dux Normanus Guillelmus secundus cognomine Nothus subegerit, ea propter dictus Conquestor: quod postremum transferam ad calcem huius operis vbi sermo occurret de rebus præclarè gestis dicti Conquestoris. Præmitto de vtraque gente Britannica seu Gallica, Armorica, seu insulari Anglicana, fatendum esse earum acta plena esse fabulis, & suppositis narrationibus, quibus vani earum scriptores satagunt suis Lectoribus imponere: & quos veraciter arguit Nicolaus Vvignis regius Historiographus laudatus à Christophoro Thuano in Historia Francorum, & à Fratribus Sammartanis in Elogiis Virorum sui sæculi. Coriphæus istorum menda-

2\. Laudatur Vvignerius arguens fabulas Britannicos.

ciorum adnotari potest Bertrandus Argentarius, & vbi minus aperta sunt mendacia fucum solet facere, sanctissimos Reges Francorum suos supremos Dominos lacessens opprobriis & contumeliis denigrãs. Imponit Francis post domitas Gallias minus fuisse humanos quam Romani fuere erga victos, falsoq; obiicit Gallos superatos eiectos suis sedibus per Francos, cum contrarium vero accedat, constetque sic Gallos coaluisse cum Francis in gentem vnam vt vnus populus & eadem familia credi posset, cor illis vnum, & anima vna, moribus antiquis viuere permissis, componentes ex duabus linguis vnum idioma, quod conuincit & probat Carolus Rouillus Samarobrinus libro de Sermonis Gallici varietate, quem scriptorem leges laudatum ab Abbate Ioanne Trithemio libro de Viris Illustribus. Idipsum conuincitur à Iacobo Syluio Ambianensi in sua Isagoge ad linguam Gallicam. Arguitur quoque Argentræus à Vvignerio variæ suppositionis in instrumentis & titulis proprio marte compositis, in quibus imprudens apponit annos & subscriptiones & nomina ignota sæculis, de quibus sermocinatur, cum ante Pipinum Regem Francorũ diplomatibus anni regnantis adnotarẽtur addita indictione: annos vero Incarnati Christi in Francia apponi cœptos sub Imperatore Carolo Caluo. Falsitatem quoq; apparere Argentræi ex ipso stilo, vel nominibus dignitatum & officialium recentioris æui notæ, puta Seneschalli, Bailliui, Cancellarij vtriusque iuris Doctoris, & huiusmodi ignotorum titulorum Latinis sæculis quibus affingit, delectatus Neotericus Brito fictilibus nugis Merlini, Artuři, Equitum rotundæ mensæ, Gaufridi seu Godefridi Monumetensis abutitur quodam Gilda, qui multum dissimilis Gildæ sancto & Docto Principi Britanno suæ gentis Hieremia in lamẽtationibus Britannicis. Comminiscitur quoque Argentræus in Diœcesi Corisopitensi vulgo *Cornoüaille*, in Abbatia Benedictina *Laudenech*, alias Guigiban extare quoddam Epitaphium pauperis Regis Grallonis ad annum Christi cccevii. in quo Latinitas toto cœlo distat ab elocutione politi illius sæculi, quo Prudentius Claudianus, Symmachus Paulinus, Ambrosius, Hieronymus, Seuerus Sulpitius, Augustinus, Leo, Prosper Aquitanicus eloquentiæ singularis viri cum multis aliis contemporaneis Latinitatem exornabant. Procul vero missis contentionibus Argentræi & Vvignerij proponenda mihi sententia fulcita auctoritate probatorum & exceptione maiorum testium aduersus auctores mendaciorum. Sigebertus in suo Chronico *Historiæ Britonum*, inquit, *fidei nullam auctoritatem videntur habere, si cum cæteris Historijs conferantur.* Nihilo meliores Britanni insulares teste compatriota eorum & Britanno gente Guillelmo dicto Malmeburiensi, qui non diffitetur irridere suæ gentis Historicos. *Arturus*, inquit, *de quo Britonum nugæ hodiéque delirant, dignus planè quem non fallaces fabulæ somniarent, sed veraces prædicarent Historiæ.* Alter quoque Britannus Guillelmus Neubrigensis priscus Anglicarum rerum inda-

[Margin notes:]
3. Argentræus imprudens Historicus & impostor.
4. Mores & linguæ Gallorum & Francorum coaluerunt.
5. Anni regni principium in instrumẽtis vsque ad Pipinum. Anni Christi adnotari cœpti sub Carolo Caluo Imp.
6. Docti & sapientes Scriptores fecerunt notas à falsis.
7. Probantur fabulosi esse scriptores Britanni.
Ad annum Christi 541.
Per ipsos Britannos.

Galfridus Arturus viuebat circa annum 1200.

gator in procœmio Historiæ post laudatos venerabiles scriptores sanctos puta Gildam & Venerabilem Bedam, vtrumque probatæ auctoritatis & fidei Auctores. *Gildas*, inquit, *non veretur vt verum non taceat Brito de Britonibus scribere: quod nec in bello fortes fuerint nec in pace fideles, at contra nostris temporibus (scribebat circa annum Christi millesimum ducentesimum) pro expiandis his Britonum maculis scriptor emersit (nota tempus quo Galfridus ille viuebat Neubrigensi contemporaneus) ridicula de iisdem figmenta contexens, eosque supra virtutem Macedonum & Romanorum impudenti vanitate attollens: (non meliori penicillo Argentræus Britannus potuit delineari)*

8\. Descriptio natiua Argentræi Britanni. In persona Galfridi Arturi viri fabulosi.

Galfridus hic dictus est, agnomen habens Arturi: pro eo quod fabulas de Arturo ex priscis Britonum figmentis sumptas, ex proprio auctas per seductum Latini sermonis colorem, honesto Historiæ nomine palliauit; qui etiam maiori ausu, cuiusdam Merlini diuinationes falsissimas, quibus vtique plurimum de proprio adiecit, dum eas in Latinum transfunderet, tanquam Authenticas & immobili veritate subnixas Prophetias vulgauit, &c. (Plura eo loci contra Merlini impostoris deliramenta sileo) præterea de libro suo, quem Britonum vocat

Ignorantia mater est fabularum.

Historiam, quam petulanter & impudenter ferè per omnia mentiatur, nemo nisi veterum Historiarum ignarus eum in librum illum inciderit, ambigere finitur. Nam qui rerum veritatem non didicit, fabularum vanitatem indiscretè admittit. Omitto quanta de gestis Britonum ante Iulij Cæsaris Imperium & aduentum, homo ille confinxerit, &c. Profecto minimum digitum (allusio ad verba Regis Roboam libri tertij Regum capite duodecimo) sui Arturi facit grossiorem dorso Alexandri Magni. Quid enim minus dumtaxat in præscientia futurorum tribuit Merlino suo quam

9\. Merlinus ex incubo natus dęmone.

nos (Catholici & Christiani nostro Isaiæ? nisi quod eius vaticinijs non audet inserere:) hęc dicit Dominus, & erubuit inserere, hęc dicit diabolus. Quippe hoc debuit congruere vati incubi dęmonis filio Merlino. Arturum

10\. Britones Bruti & mendaces.

in bello lethaliter vulneratum, non audet dicere eum mortuum, quem adhuc verè bruti Britones exspectant venturum. De Successoribus vero Arturi pari impudentia mentitur, tribuens eis vsque ad septimam ferè generationem Britannię Monarchas. Metempsicosim seu transmutationem dixeris factam ingenii Galfridi Britanni in Britonem Argentræum & insulani in Armoricum. Ranulphus Higdenus Monachus Anglus incola Cestriensis cœnobii Gaufredum appellat Galfridum in suo Polychronico, & ita ipse Galfridus sese nominat in præfatione suæ fabulosæ Historiæ qui præsagiens mendacii facilè conuincendum quasi præueniens accusationem nemine adhuc accusante

Prouerb. 28.

sibi malè conscius accusat, & vir iniquus accusationem fugit nemine adhuc persequente, quod scribere se sciat, præterquam scripserint omni exceptione maiores testes veritatis Gildas & Beda.

11\. Britannia à Bruto primo Rege Britannia Galfrido teste.

De talibus, inquit, *multoties cogitanti obtulit Vualterus Oxenofordensis Archidiaconus quemdam Britannici sermonis librum vetustißimum, quia Bruto primo Rege Britonum [quę sequuntur omitto] codicem illum in Latinum ait Galfridus se transtulisse sermonem*: Vnde concludit sibi

non imputandum ſi quid ſcripſerit prçter Gildam & Bedam,id non
promanaſſe ex ſuo,ſed ex alieno fonte: ſed reſpondet Galfrido Ioan- 12.
nes Balæus, & ipſe Britannus Centuria XI. Britanniæ ſcriptorum Æquale crimen mentiri & mendacium publicare.
æquale crimen eſſe cenſendum aut mendacium excogitare, aut ex-
cogitatum publicare, & ne pili quidem facete Anglos Galfridum
illum Arturum Monumetenſem, inter quos Giraldus Cambrienſis
in ſuæ Cambriæ deſcriptione capite ſeptimo,appellans eum fabulo-
ſum,& eiuſdem eſt ſententiæ Georgius Lilius & alii. Vni Clarato Leg. Ioannes Picardus Bellou. Can. Regul. S. Vict. Pariſien.
Anglo hæ nugç Galfridi placuerunt,quas verſu Gallico reddidit qui
præter cognomen Arturi,Monumetenſis quoque eſt appellatus,quia
fuerit in Vvallia ſeu Cambria illius Archidiaconus vrbis in Epiſco-
patu Aſaphenſi qui eſt vnus ex ſuffraganeis Archiepiſcopi Cantua-
rienſis & poſtea factus Azaphenſis Epiſcopus,vnde à quibuſdam di-
ctus Azaphenſis. Cardinalis Cæſar Baronius in notis ad Romanum 21. Octob.
martyrologium ad diem vigeſimam primam Octobris, teſtatur ſe 13.
legiſſe in Bibliotheca Vaticana numero 944. librum quemdam Gaufridus Arturus qui Monumetenſis & Azaphenſis.
ſub nomine Gaufredi Epiſcopi Azaphenſis. Antonius Poſſeuinus
Societatis IESV in Bibliotheca ſelecta libri XVI. capite quinto,quod
eſt de Hiſtoricis Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, inter quos Galfri-
dum Arturum ſcripſiſſe ait octo libros (alibi dicit decem) de rebus
Britannorum dictum Monumetenſem, & opus inſcripſiſſe de Re-
gum Britanniæ origine ac rebus geſtis editum Pariſiis. Idem in Ap-
paratu ſacro tomo ſecundo. *Galfridus*, inquit, *alias Galfredus ſeu* 14.
Gaufredus Britannus cognomento Arturus, eo quod Regis Arturi geſta Corrigẽdus Poſſeuinus in multis de Arturo.
conſcripſiſſet, Ordinis Diui Benedicti Monumetenſis Cardinalis ſub Aga-
thone Papa ſcripſit de rebus Britannicis libros decem & librum prædictio-
num Ambroſij Merlini, Calchedonij vitam Arturi Regis Britanniæ,
Breuiarium Gildæ, carmina varij generis, vixit circa annum Chriſti
DCLXXIX. *& ſequentibus.* Multa eo loci corrigenda apud Poſſeui-
num ſcribentem de fabulatore fabulas admiſcentem, nam cum lu-
ce clarius cõſtet ex Hiſtoriis Anglicis Galfridum illum fuiſſe Guil-
lelmi Neuburgenſis ſeu Neubugenſis contemporaneum : *Quidam*, Gemeticenſis in lib. 7. Hiſt. Norm. Ordericus lib. 12. Normaniæ conſuetudo de cõqueſtu Hugonis à Gornac. meminit.
inquit, *in ſua præfatione noſtris temporibus emerſit Gaufridus hic dictus eſt,*
agnomen habens Arturi, &c. Tres fuere ſub nomine Hugonis Comi
tes Gornacenſes in Agro Bibrocenſi ſeu Brayo,inter quos Hugo ſe-
cundus,fauens partibus Anglicanis, ex Gornaio in Angliam traiecit
ductis ſecum quibuſdam ex familia Petitorum, ex quibus Guillel-
mus grauida Matre natus in Anglia, ſed conceptus in Normania à
quibuſdam Gornacenſis ortus ab aliis Neuburgenſis ſeu Nourbur-
genſis natalitio appellatus. Ioannes Balæus Anglus centuria tertia
Catalogi ſcriptorum Britanniæ vult claruiſſe circa annum Chriſti
milleſimum ducenteſimum: Hiſtoria eius ab anno 1066. ad annum 1200.
1197. quo florebat: & quomodo hæc concordant cum annis Aga-
thonis Papæ, qui ex ſupputatione Baronii obiit anno Chriſti
DCLXXXII. duobus annis cum dimidio ſedit ex Onuphrio Panui-

mo in Chronico summorum Pontificum.

His prætermissis probare nobis incumbit à temporibus Clodouei primi Christianissimi Regis Francorum, Minorem Britanniam Aremoricam semper fuisse vsque ad nostra tempora, quamuis sæpissimè rebellem clientem & Vasallam coronæ Franciçæ, & post interuallum subiectionis sub Normanis Ducibus, postliminio agnouisse Reges nostros pro supremis Dominis vsque ad nostra tempora Regis Ludouici decimi quarti fœliciter regnantis. Richardus seu Richardinus le Bret ingenio quam statura sublimior, meritis, scientia, scriptis & dignitatibus vir illustris ex Aduocato Regio supremę Curiæ subsidiorú Regius Patronus in Senatu Parisiensi, & post multos diuersos labores in Consilium Secretum Regis adscitus, & nunc Decanus Consiliariorum. Cum aliquando fungeretur legatione multiplici, vt nomine Principis Comitiis Britannorum publicis præsideret apud Britannos, pro ea qua pollet modestia se excusatum vult, si in exequendo munere suo veritatem eloquatur, conquestus de Britonum quibusdam delegatis in generalibus Comitiis. *Condonabitis mihi*, inquit, *si dixerim ex vobis illos esse deceptos qui dixerunt Maiores vestros vnitos regno Franciæ ea lege, vt Priuilegia quibus potiebantur illibata eis permanerent. Quis enim vel minimum in lectione Historica versatus, qui nesciat Britanniam vestratem primitus subiugatam armis Francorum circa annum Christi* CCCCXCIII. *per magnum Regem Clodoueum cum cæteris Prouinciis à Rheno vsque ad Ligerim? vestigia secutus Chilperici sui parentis, qui paulo ante mortem arma victricia intulerat vsque ad Britannorum confinia, Iulio Mago Andium, Prouinciæ Andegauensis capite sub iugum misso, & eiectis Romanis cum prefecto presidioque, testibus Ioruande & Gregorio Turonensi, concesso Comitatus titulo anteriori Regulo, in cęteris quoque deuictis Prouinciis termino cuiusque Comitis vitę (non successionis iure) instar Officialium Regiorum. Debilitata sequentium aliquot Regum auctoritate atque potestate. Aliqui Comites Britanni Regulorum nomina potius vsurparunt quam possederunt, & ad heredes suos transmiserunt. Ab antiquo ergo directum dominium Britannię penes Reges nostros fuit & merum imperium, quod infinitis probatur instrumentis fidei & Homagij prestitorum varijs temporibus à Comitibus Britannis, inter quę celebris illa Homagij prestiti formula, & maximè solemnis fuit, quam reddidit Iudicaël Regi Francorum Dagoberto. Nam etsi Carolus Simplex transmiserit Rolloni Normano Duci & successoribus ius Homagij Britannici nihilominus quia talis concessio illegitima censenda, puta in preiudicium coronę Francię, cuius Reges sunt custodes & administri. Homagio illo redeunte, illico Britanni rediere ad pristina Regum Franc. suprema obsequia. Quantum vero ad proprietatem & dominium vtile Britannię, nemo nescit Reges nostros magna & indubitata iura semper in ea habuisse Carolus Brossius cum coniuge sua Nicolea Britanna filia Caroli Ducis* Britannię *ex Margareta Clissonea, quibus ortus ex Carolo* Blesensi *& Ioanna* Britanna *: illi quicquid iuris in re & ad rem in dicta Prouincia pretenderent totum Ludouico*

Messire Cardin le Bret.

15. Elogium Cardini seu Richardini Bretij Regis Cōsiliarij in regimine status publici.

16. Britannia tributaria Francorum per Clodoueum 493. facta.

17. Comitatus titulus olim vita cuiusq; Comitis terminabatur.

18. Aliqui ex Comitibus Britannis vsurpauere titulum Regis.

19. Reges sunt custodes suæ coronę.

20. Dominium vtile Regũ Franc. in Britannia.

donico XI. Regi, vltro & beneuolè cesserunt, quod sibi competebat; ex decreto fuerat Regio antiquiore auo apud Confluentum adiudicatum ipsis: omne quoque dubium tollunt tabula matrimonij Anna Britanna per modum transactionis, qua Regia corona concedit quodcumque petere posset vt heres Britannica: consentiente quoque Principe Arausicano & retrocedente pretensum omne ius suum ratione & intuitu matris sue Catherine de Britannia.

21. Anna Britana agnouit ius Regium & Princeps Arausican⁹.

Ex hoc ergo saltem tempore, Ducatus ille proprius factus est & inseparabilis à corona Francie. Nec obstat quod Franciscus primus Rex, maritus Claudie maiori natu filie Anne Regine (ex Ludouico Rege XII.) permiserit primogenito filio, titulo Ducis Britanniæ gaudere; quia ex eo nullum passa detrimentum Regia corona, iuribus deinceps concurrentibus in vna & eadem persona fratris eius & haredis Henrici secundi Regis, in quo absorptus est titulus Ducis sub nomine Regio, fluuius in Oceano perdidit nomen suum. Ex Feudorum lege quoties feodum seruiens concurrit in persona illud possidentis etiam feodum dominans, vnitur vtrumque & incorporatur.

22. Titulus Ducis Britanniæ absorptus in titulo Regio.

Quod autem attinet ad expressam vnionem Ducatus Britannici cum Dominio Regio Francorum per Litteras Patentes anni MDXXXII. *vt verum fatear illa superflua fuerunt, & in vno tantum vtiles censeantur, quatenus per eas lucidior & constantior populis apparuerit huiusmodi vnio.* 1532.

Occasionem diplomati Regio dedit supplex libellus omnium Ordinum Britannie, quo exponebant preteritis temporibus multis calamitatibus se & Maiores suos obnoxios, ex diuersitate Dominorum, quorum vnus superior, alter inferior sepius consilijs & animis inter se discordarent; studijs extranearum gentium ipsos in diuersa agitantibus & bella suscitantibus, his incommodis vnicum remedium illudque stabile videretur, si Ducatus cum Regia gleba coalesceret.

23. Necessaria non fuit vnio Dominij Britannici per litteras regias quæ de iure ipso constabat.

Quod attinet ad Philippum Pulchrum Regem volentem supremam authoritatem suam super Prouinciam vestram transferre in manus Anglici Regis Eduardi: merito vestri Antecessores in contrarium sese opposuerunt, minori Domino subesse nolentes quam Franco. In negotio perrodicte vnionis, nulla ratione vobis competebat contradicendi & consensus vester nullum ius nouum Regie corone acquisiuit: solius vtilitatis vestre intuitus vos potuit manu ducere, vt tantum boni vobis & nepotibus vestris conciliaretis.

24. Philippus Pulcher rex inconsulto voluit ius supremum in Britanniam ad Anglum transferre, cui merito contradixere Britanni.

Si que vobis Priuilegia à Regibus concessa, id totum eorum liberalitati debetis, nulle vero obligationi que eos impulerit ad benefaciendum Britonibus. Non quod impugnare velim iustè concessa, intuitu bone vestre in Regium nomen propensionis, & sinceri affectus. Neque vobis in mentem veniat, vellem Regia Priuilegia imminuta, imo aucta quamdiu intra septa & limites debite reuerentie & obedientie vos continueritis, &c.

25. Priuilegia Britannorũ sunt Regiæ liberalitatis non obligationis.

Hactenus nostras Gisortianus Bretius cuius cognatione materna mea familia gloriatur, nec ipse dedignatus est per beneuolam epistolam id ipsum profiteri cum me ampliatum vellet liberali donatione operũ suorum quibus Librariam meam supellectilem adornarem. Non ægrè spero feret si conatui eius superaddam, breuior orator data opera factus in materia quæ Britonibus non multum arrideret

ab Argentræo sub delusis: gloriæ autem vertam Regiæ dignitati tuendæ, si quo modo inseruiam in diues Gazophylacium duo minuta illaturus. Non indignum quoque ratus signi regalis Sa-

1. Petr. 2.

cerdotii caractere insignitus iuxta Apostoli præceptum timens Deum, etiam isto reuerentiæ obsequio Regem honorificem quod merito vtatur fruatur supremi Principis titulo in Britanniæ Prouinciam atque,

Missa per innumeros sceptra tuetur auos.

Bucan. in præfa. Psal. 26.

Vt loquebatur Britannus Caledonius in carmine ad Mariam Scotiæ Reginam: Antequam labori meo insudare perseuerem nolo

Quid fecerit Andreas Quercetan' de iure iuris in minorem Britanniam.

defraudare honore debito Andream du Chesne, seu Quercetanum meum in litteris humanioribus Parisiis quondam studiorum consodalem, patria Turonensi, regium Geographum antiquitatū Franciæ libri octaui capite secundo, ex quo loci transcribo sententiam tam sagacis & prudentis Historici de Britannia Armorica, quam Latinitate donare gratum fuerit. *Conanus*, inquit, *Britanniæ constituto Principatu Successoribus suis supremam reliquit authoritatem vsque ad tempora Clodouei, à quo teste Gregorio Turonensi, Maiestati Francorum submittere se & sua coacti Britones, Comitatus titulo deinceps contenti eorum*

27. Britones à Rege Clodouco subacti vsurpauere titulū regium Britanni Comites, rebelles Carolo Magno. Rebelles Ludouico filio victi.

Principes, non multo tamen post tempore rebellantes regale Diadema affectarunt vsque ad tempora Dagoberti secundi, qui Britones sibi tributarios reddidit. Legimus apud Sigebertum, quod Iudicaël alias Giguel Rex Britonum in gratiam Regis redijt, eique prestitit obsequium de Principatu Britannico, quam clientelam prestitere, qui ex genere eius postea successerunt vsque ad annum septingentesimum nonagesimum quintum aut sextum, quo rebellionem exercuere in Carolum Magnum qui ad eos Ducem misit Adolphum, à quo coacti iuramentum prestare fidelis obsequij, & obsides dare. De nouo nihilominus rebellauere sub Ludouico Pio Caroli filio, quibus obuiam iuit, eosque coëgit conditiones quas placuit, datis obsidibus, recipere. Neque ideo titulum Regium Britanni Principes abdicare vltro volebant vsque ad Carolum Caluum, cuius tempore Salomon Regulus ab eo eque correptus in conuentu solemni ex eo quod contra Vasalli

859. Britannia redacta ad Comitatus titulū cuius 13. Comites.

debitum, insurrexisset in Dominum anno 859. Britannia redacta est in Comitatus titulum, & absque medio coronam Franciæ venerata vsque ad Carolum Simplicem, qui pacto conuento cum Rollone generoso Duce Normaniæ, eidem reliquit Comitatum Britanniæ qui moueret à Normano & per Normanum à Rege Franco. In eo statu Britannia tredecim habuit Comites, quorum plures bella gessere cum Normanis quibus vt Dominis se nollent submittere. Petrus Drocensis fuit illorum nouissimus, qui Sacramento se obstrinxit erga sanctum Ludouicum regem se & Britanniam agnoscere clientem coronæ Francorum & fidelem se iuramento professus coram aulæ Regiæ Principibus. Ex quo magnum sustinuit apud Britones opprobrium, quem ideo Mauclerum seu malum Clericum indigetarunt, cum doctus Clericus esse debuis-

ſet propter diu emenſa litterarum ſtudia Pariſiis ſeu quia Doctorum Clericorum & ſapientum conſiliis non acquieuiſſet à Petro plures ſucceſſere Duces (ſub quibus Comitatus Britannus immutatus ex conceſſione Regum Francorum in Ducatum) ab anno MCCL. ad annum MCCCCLXXXVIII. quo Franciſcus deceſſit Britannorum Ducum vltimus Pater Annæ de Britannia quæ ſucceſſiuè vxor Caroli VIII. & Ludouici XII. Regum Francorum coniunxit Ducatum coronæ Regiæ ex ſupplicatione omnium ordinum Britanniæ anno MDXXXII. regnante Franciſco primo, diuerſis temporibus Britanni Principes aliqui ſolum Deum profitebantur agnoſcere ſupremum Dominum, vnde diuerſos paſſi ſunt belli euentus: & vbi debiliores viribus Regibus noſtris ſe ſubmittebant; aliquando ab Anglo ſuppetias quærebant ſub Philippo Valeſio altercantibus domibus Bleſenſi & de Monteforti pro ſucceſſione Ducatus Britanniæ poſt obitum Guidonis Ducis Britanniæ. Philippo Rege Franco tuente Bleſenſem & Anglo Rege Montefortium: controuerſia ſedata per mortem Bleſenſis in pugna: Montefortius pro ſe & ſucceſſoribus ſuis Philippo Regi Francorum fecit Homagium quod non intermiſſum vſque ad mortem Annæ dicti Franciſci Ducis filiæ vnicæ, ex qua peperit Ludouicus Claudiam & Renatam: Claudia natu maior ſponſam Franciſci primi, quæ illi peperit Henricum ſecundum, qui vt verum dicam cenſeri debeat primus, qui ex Regibus fuit Rex Franciæ, & Dux Britanniæ.

28. Britones inſenſi ſuo Petro Comiti quem dixere Mauclerum ſeu malum Clericum.

Imperium Romanum ab antiquo vigore debilitatum vix in Occidente nomen priſcum retinebat, & Galliæ occupatæ à Vviſigothis, Burgundis, Francis, & Britannis, præter paucos Præfectos Romanos diuerſis locis reſidentes, propria auctoritate quaſdam vrbes & regiones in officio retinebant, etſi nec imperium nec Imperatores Romanos amplius pro ſuis Dominis venerarentur, inter quos celebres fuere Ægidius & eius filius Siagrius in Sueſſionenſi Prouincia, & Paulus in præfectura Andegauenſi: ſeſe ipſos defendentes auxiliariorum ope tum contra Vviſigothos, tum contra Francos, vſque donec Franci ſingulos eorum debellauere. Chilpericus eorum Rex Aureliis potitus Andegauo Paulum expulit, Clodoueus victum Siagrium occidit. Galli odio habuere Vviſigothos, Arianos eoſque crudeles, & prætulere Francos beneuolentiores, & qui liberè Chriſtianos ſactis ſuis & Religione vti ſinerent. Guillelmus Brito Armoricus lib. 1. Philippidos de Lutetia.

A qua Francigenæ progreſſi cum Pharamundo,
Marcomiſigena quem iam genitor ſuus illis,
In Regem dederat terrarum quicquid habebat,
A Pelago quod nos hodie diſtinguit ab Anglis,
Vſque Hyſpanos fines portuſque remotos,
Qui Caroli metæ populari voce vocantur.

Obſeruat Procopius libro primo legionarios Romanos cum nul-

S. Greg. Turonens. lib. 2. c. 23. & 36. lib. 10. vbi de Volusiano & Virto Episc. Turon.

lum sibi aditum viderent ad reditum in patriam prælegisse se committere protectioni Francorum potiùs quam Vvisigothorum, & Francis concessisse vrbes suas iisdem quibus Romani conditionibus eas possedissent. Clodoueus destitutos auxilio Romano Britones sub iugum misit, ex Gregorio Turonensi, Ioruande, Sigeberto, Guillelmo Nangio & Cuspiniano circa annum Christi ccccxciii. Clodo-

29. Ruina Imperij romani in Gallia & Francorū victoriæ.

ueus & Ludouicus confunduntur. *Ludouicus Rex Francorum Gallias à Rheno usque ad Sequanam, & deinde usque ad Ligerim fluuios suo regno subegit*, vel iuxta sanctum Gregorium Turonensem lib. tertio Historiæ Franc. *Clodoueus Trinitatem confessus ipsos Hæreticos (Ostrogothos & Uvisigothos) adiutorio eius compreßit, regnumque per totas Gallias dilatauit*, inter quas Armorica & Britannia Minor, & libri secundi cap. 42. *Regibus mortuis (puta subiugatis) omne regnum eorum & thesauros Clodoueus accepit, regnum suum per totas Gallias dilatauit*, si Bauaros Thuringos & Alemannos quanto facilius minus fortes Britones sub iugum misit. Britones persuasi ab Episcopis suis non

30. S. Melanius Brito Regis Clodouei Consiliarius VIII. Episc. Rhedon. in Concil. 1. Aurelian. Rom. Martyrol. sexto Ianuarij.

exspectare conflictum & belli aleam si Francis resisterent. Et inter Britannos sanctus Melanius Episcopus Rhedonensis, qui Clodoueo familiaris fuit eiusque in rebus maioribus & secretis Consiliarius, seu iuxta Nicolaum Gillium eius Cancellarius seu Notarius, de quo corrigendum venit supplementum martyrologij Adonis sexta Nouembris vbi legitur in ciuitate Regdonas in Africa: pro apud ciuitatem Rhedonas in Armorica S. Melanii Episcopi, eiusque exequiis quatuor sancti Episcopi Franci interfuere, Albinus, Victor,

31. Corrigitur Adonis supplementum. Boij populi Germaniæ Tacito, & Galliæ Cæsari.

Lanulphus, & Marsus; Franci comitate pleni soliti erga populos quos potestati suæ subiiciebant eandem conferre gratiam quam contulisse Boiis testatur Auentinus libro tertio Annalium. *Boij de corpore suo, vbi opus fuerit, legant Principem ac Ducem, non Regem appellent: Reges Francorum auctores fiant: in bello auxilio Francis sint, eosdem pro hostibus & amicis habeant, cæterum suis institutis & moribus viuant liberi. Hoc fœdus à Boijs persanctè obseruatum est, & amicitia*

32. Humanitas Francorum in victos Gallos.

Boijorum bona atque honesta Francis permansit. Quid vetat eandem collatam gratiam Britonibus à Francis domitoribus? Paucis plura complexus sanctus Gregorius Turonensis libri quarti capite quarto.

33. Britanni sub potestate Francorum post Clodoueum Comites non Reges appellati sunt tributum persoluere.

Semper Britanni, inquit, *sub Francorum potestate post obitum Regis Clodouei fuerunt, & Comites non Reges appellati sunt.* Et libri quinti capite vigesimo septimo de Vatoch filio Macliniani: *Die tertia*, inquit, *cum Ducibus Regis Chilperici pacem faciens & filium suum donans in obsidatum, Sacramento se obstrinxit, quod fidelis Chilperico Regi esse deberet, &c. per iussionem Regis regere tributa vel omnia quæ exinde debebantur annis singulis, nullo admonente dissoluere.* In primo Concilio Aurelianensi sub Clodoueo congregato suadente Melanio Rhedonensi eius confessario apparent ex subscriptionibus Episcoporum quænam

34. Ex Concilio Aurelian.

Regi Clodoueo subiacerent Prouinciæ, nulli Episcopi adhuc ex Gothia & Burgundia subiecti Clodoueo, ideo non leguntur subscripti

ſed Epiſcopi Britanniæ Minoris Melanius Rhedonenſis, Modeſtus
Venetenſis, & Epiphanius Nannetenſis, hi cum aliis Epiſcopis in 35.
Concilio congregatis Clodoueum ſuum Regem agnoſcunt & Rex
ſuos Epiſcopos agnoſcit. Concilium illud congregatum fuit à xxxiii.
Epiſcopis tempore Symmachi Papæ, Epiſtola præfixa Concilio ſic
habet. *Dominis ſanctis & Apoſtolica ſede digniſſimis Clodoueus Rex*
(*concludit*) *orate pro me Domini ſancti, & Apoſtolica ſede Papæ di-*
gniſſimi. Sequitur reſcriptum Epiſcoporum Synodi ad Regem Franc.
Domino ſuo Catholicæ Eccleſia filio Clodoueo glorioſiſſimo Regi, omnes ſa-
cerdotes quos ad Concilium venire iuſſiſtis. Si iuſſit, ergo Epiſcopi ſub-
ſcripti ſubditi erant Regi Francorum, & inter hos Epiſcopi Britan-
niæ Gallicæ. Anno illo quo SS. Patres in Concilio pro Rege Clo-
doueo orauere ad bellum eunti Alaricus Rex Arianus à Clodoueo
victus & occiſus anno Chriſti DVII. notanda verba Epiſcoporum.

Primo Prouinciæ apparent quæ Francis ſubiectæ. Diſcant Scribæ Regij formulam ſcribendi Epiſcopis

Quia tanta ad Religionis cultum Catholicæ vos cura excitat, vt ſacerdoti- 36.
bus mentis affectu de rebus neceſſarijs tractaturos in vnum colligi iuſſeri-
tis, &c. *Tanti conſenſus Regis, ac Domini maioris authoritatem ſeruan-*
dam tantorum firmat ſententiam Sacerdotum. Rex quoque Clodo-
ueus Epiſcopis vt ſuis in epiſtola loquitur. Sub Childeberto Rege
Francorum Clodouei filio Concilium Aurelianenſe ſecundum 30.
Epiſcoporum ſub initium Syluerij Papæ Chriſti 536. dicti Regis 37.
anno 22. in præfatione. *Cum ex præceptione Regum glorioſiſſimorum*
(*Childeberti & fratrum eius*) *in Aurelianenſem vrbem de obſeruatione*
legis Catholicæ tractaturi, &c. Inter Epiſcopos Authoritate Franco-
rum congregatos legitur Eumerius Epiſcopus Nannetenſis, in Con-
cilio tertio Aurelianenſi xxv. Epiſcoporum anno Domini 540. Re-
gis Childeberti xxvi. verba obſeruo in ſubſcriptione. *Marcellianus*
directus à Domino meo Eumerio Epiſcopo Eccleſiæ Nannetenſis ſubſcripſi,
in quarto Concilio Aurelianenſi circa annum Domini 545. Idem
Eumerius Epiſcopus Nannetenſis ſubſcripſit, ex quibus ſubſcriptio-
nibus apparet Nannetenſem vrbem ſub ditione Regum Francorum 38.
fuiſſe. Iorvandes in abbreuiato Chronico, & Appendix ad Chroni-
con Marcellini Comitis, quæ excuſa Venetijs cum faſtis Conſula-
ribus Onuphrij ad annum Chriſti DLVIII. penè iiſdem verbis nar-
rauit victum Principem Britonum à Clotario Rege Francorum
fratre Childeberti, cui ſucceſſit in toto regno Francorum cum prius
eſſet Rex Sueſſionenſis Carnoba Princeps Brito victus Francis obe-
diuit cum ſuis: quibus dominati ſunt Sigebertus, deinde Chilperi-
cus, poſt illum Guntranus filii Clotarii pacificè ſub Sigeberto detre-
ctantes obedire Chilperico occupatori Britanniæ in præiudicium
Childeberti filii & hæredis Sigeberti. Sanctus Gregorius Turonen- 39.
ſis lib. 5. cap. 26. *Turonici*, inquit, *Pictauij, Cænomani, &c. iuſſu Chil-*
perici Regis in Britanniam abierunt. Varochus cum Ducibus Chilperici
Regis pacem faciens & filium ſuum in obſidionem donans (*addit Mona-*
chus Aymonius etiam qua peruaſerat reddidiſſe) *ſe Sacramento conſtrin-*

Authoritas regia firmata ſententiis Epiſcoporũ.

Epiſcopi Britanniæ congregati, authoritate Clodouei & filiorũ eius.

Britones victi à Rege Clotario obedientes, & Clotarij filijs.

Frequens rebellio Britonum.

xit, quod Chilperico Regi esse fidelis deberet, plura cap. 29. & trigesimo primo. Britones obedientes fuere vsque ad annum xxvi. regni Guntranni: idem lib. 9. cap. 18. *Britanni*, inquit, *irruentes in terminum Nanneticum, &c. Guntrannus Rex iussit commoueri exercitum, &c. At Britanni timentes se, promiserunt omnia quę malè gesserant emendare. Varochus vero oblitus Sacramenti, omnia posthabuit quæ promisit. Iterum Rex Guntrannus exercitum commoueri iussit sed quieuit.* In fœdere Regis Clotarii iunioris cum cognatis suis Theodorico & Theodeberto filiis defuncti Regis Childeberti, cum ab illis victus fuisset propè Senonas: Britones dimisit, Theodorico ex Fredegario, *& pactum*, inquit, *vt Britannorum limitem vsque ad mare pars Theodorici haberet*: concurrit Aymonius scribens dilatatum Theodorici regnum vsque ad mare Oceanum, & vsque ad limitem Britannicum. Omittebam & penè obliuiscebar loci singularis Aldemari Monachi in Annalibus. *Cum ab Anglis*, inquit, *& Saxonibus Britannia insula fuisset inuasa, magna pars incolarum eius mare traiiciens in vltimis Gallię finibus Venetorum, & Corosolitarum regiones occupauit. Is populus à Francorum Regibus subactus, impositum sibi vectigal, licet inuitus, soluere solebat.* Eloquantur lapides & tumuli Childeberti Regis qui visitur in suburbio Parisiensi in Ecclesia sancti Germani de Pratis, apud ipsum referuntur Aymonium dicti loci Monachum lib. 2. de gestis Francorum cap. 29.

Et iteratæ victoriæ Francorum.

40. Colonia ab Anglia in Britanniam.

Vennes, Cornoüaille.

Francorum Rector praclarus in agmine ductor,
Cuius & Allobroges metuebant soluere leges,
Dacus & Aluernus Britonum Rex, &c.
Hic situs est, dictus Rex Childebertus, &c.
Condidit hanc aulam Vincenti nomine Claram.

Quæ Vincentii nomine mutato assumpsit titulum S. Germani. Veniamus ad Dagoberti Regis tempora de quo Fredegarius Scholasticus in Chronico ab anno xxiii. regni Guntranni vsque ad annum Incarnationis Christi DCXCII. *Dagobertus*, inquit, *ad Clypiacum residens, mittit multos in Britanniam, vt quæ Britones malè admiserant velociter emendarent & ditioni suæ traderent, &c. Quod audiens Iudicaël Rex Britonum cursu veloci Clypiacum cum multis muneribus ad Dagobertum perrexit, ibique veniam petens cuncta quæ sui ad regnum Britanniæ pertinentes Leudibus Francorum illicitè portauerant emendandum spopondit, & semper se & regnum quod regebat Britanniæ, subiectum ditioni Dagoberti & Francorum Regibus esse promisit.* Obserua ibi de Leudibus & leges Feudorum etiam tempore Clodouei iam in vsu fuisse, exemplo sunt apud Romanos Tetrarchiæ Iudææ, Gallo-Græciæ, Itureæ, Ægnorum Ponti, Armeniæ, Bithyniæ, & Nicomediæ. Suetonius in Nerone, *Tyridaten*, inquit, *Armeniæ Regem per deuexum pulpitum subeuntem admisit ad genua, alleuatumque dextra deosculatus est.* Cornelius Tacitus lib. 15. antequam hæc fierent scribit Corbulam Asiæ præfectum pactum cum Tyridate, vt coram

41. Britones se submittunt Regi Dagoberto.

42. Leudes & Feudorum leges antiquissimæ.

Homagia prisca quæ Leudes fideles Vasalli.

Neronis effigie poneret & submitteret diadema Regium, quod non esset recepturus nisi de propria Neronis manu. Leudes sancto Gregorio Turonensi sunt amici fideles Regis, & qui nulli alteri præterquam Principi obnoxii & idonei sunt. Hi sequenti ætate dicti Barones lib. 9. cap. 20. in pactione Regum Franc. apud Andelaium. 43.

Leudes illi, inquit, *qui Domino Guntranno* (*Regi*) *post transitum Domini Clotarij Sacramenta præbuerunt*. Appendix Gregorii cap. 54. *Clotarius cum proceribus & Leudibus Burgundię Tricassinis coniungitur*, & cap. 41. *Burgundię Barones tam Episcopi quam cęteri Leudes timentes Brunichildem.* Redeo ad Iudicaëlem de quo Aymonius libri quarti capite vigesimo nono. *Legatio*, inquit, *à Dagoberto ad Iudicaëlem Regem Britannię dirigitur: vt quę Britanni contra Francos gesserant malè, emendarent, alioquin vniuersas copias, quę à Vasconia redierant comminatus est se Britonem finibus immissurum. Ascisicitur ad hanc Eligius exequendam legationem, spectatę vt præostensum est fidei vir, qui plurima cum Iudicaële allocutus de pace, non solum vt Francorum obtemperaret Regi persuasit, verùm in Clypiacum villam, vbi tunc Dagobertus morabatur, Regem secum perduxit, vbi memoratus Princeps & correctionem commissorum & subiectionem sui Britannici populi obtulit, ac pacem perpetuam cum eo inijt. Cumque Dagobertus, ad curanda iuxta morem, epulis regalibus corpora se contulisset, Iudicaël palatio egressus, ad domum referendarij Dadonis* (*qui & Audoënus dictus, eo quod Religiosę vitæ testimonium haberet, perrexit, ibique pransus est. Erat enim ipse Iudicaël religiosus valde, audieratque prædictum Dadonem studium sanctæ conuersationis habere: in crastinum vale dicens Dagoberto Regi, præmissisque regalibus ab eo donatus, in regnum suum regressus.* In medium allatus est ab Aymonio testis fidelis sanctus Audoënus ipse ergo oculatus testis à seipso de re sibi notissima suffragium ferat. Amantissimi in Christi amore & in Curia Regia sodales erant S. Eligius, & S. Audoënus, iste prior vita decessit, ille defuncti vitam stilo prosecutus libri primi cap. 13. *Aliquando*, inquit, *rogatus Eligius à Rege*, (*Dagoberto*) *legatione fungi in partibus Britanniæ, &c. Quorum cum venisset Principem Britannorum adijt, causas pacti indicauit, pacis obsidem recepit, & cum nonnulli lites & bella mutuo illos indicere æstimarent, tanta illum Principem mansuetudine, comitate & dexteritate attraxit, vt etiam illi persuaderet secum proficisci. Itaque commoratus ibidem, aliquamdiu rediens domum, illum Regem adduxit secum, cum multo exercitu gentis eius, eumque in Pruillo villa Regi Francorum præsentans pacis fœdere eos coniunxit. Et ille quidem Britanniæ Rex copiosa munera attulit sed vberius numeratus ad propria redijt.* Sigebertus paucis in Chronico ad annum Christi sexcentesimum quadragesimum tertium. *Iudicaël Rex Britonum*, inquit, *gratiam Dagoberti sibi redimit* (vbi Iudicaël, & Iudocaël alibi idem sunt) idem Aymonius libri quarti cap. 77. post Ademarum Monachum Caroli Magni contemporaneum de Britannis Gallicis verba faciens. *Is populus*, inquit, *à Regibus Francorum subactus*,

Andelaium Leudes Barones Lacerda in aduersi cap. 122.

44. De Principe Britonum Iudicaële.

Dagoberto Regi Francorum submisso.

45. Iudicaël Rex Britonum præfert sobriam S. Audoëni mensam lautis epulis Regis Dagoberti.

Pruillum villa iuxta Clypiacum Vilepreux vulgo.

ac tributarius factus, impositum sibi vectigal inuitus soluebat, & seq.

46. Britones inuiti Francis subjiciũtur, sicut & Angli ex Anglia pulsi in Britanniam qui gens perfida habiti, iteratis vicibus mutant animos.

cap. 78. *de rebus Caroli Magni sermonem instituens, cum,* inquit, *Hyemis tempus expletum esset & sanctum Pascha Attyniaco villa à Rege fuisset celebratum, in Britanniam ad maritima exercitum mittere constituit. Nam cum ab Anglis & Saxonibus insula Britannia fuisset inuasa, magna pars incolarum eius mare traiciens (minor Britannia est in vltimis Galliæ finibus) Venetorum & Corosolytatum regiones occupauit. Is populus à Regibus Francorum (puta varijs temporibus) subactus & tributarius factus, vectigal licet inuitus soluere solebat. Cumque eo tempore dicto obediens non esset missus illuc Regiæ mensæ præpositus Andulphus gentis perfidæ contumaciam mira celeritate compressit, regique apud Vuormatiam obsides quos acceperat & complures ex populi primoribus adduxit,* &c. Eodem libri quarti capite octogesimo sexto, *rebus Saxonum dispositis pro opportunitate, Rex Carolus reuersus in Franciam, & cum Aquisgrani Hyemaret, Vuido Comes, ac Præfectus littoris Britannici, qui eodem anno cum socijs Comitibus totam Britonum Prouinciam perlustrauerat, arma Ducum qui se dedidere, inscriptis singulorum nominibus detulit: videbatur enim quod illa Prouincia, ex toto esset subacta, nisi perfida gentis instabilitas cito animum more solito aliorsum conuertisset,* & capite nonagesimo nono disertis verbis scriptum est Carolum Magnum tribus sibi comparatis exercitibus vnum contra Britones rebelles destinauisse. *Ad eorum,* inquit, *puniendam perfidiam, & omnes Franci regressi rebus prospere gestis incolumes.* Eginhardus Caroli Magni Secretarius in vita eius. *Annis,* inquit, *quadraginta septem regnans totam Galliam possedit,* &c. Ex quo apparet etiam fuisse possessorem Britanniæ quæ est pars Galliæ quam à patre Papino accepisset, & soluisse Francis tributum testantur Ado & Regino in Chronicis. Bertrandus Argentræus conuitiosus Carolo Magno in eius bonam famam & in res eius fortiter gestas mirum quantum iniuriosus. A Carolo Magno transeamus ad eius filium Ludouicum Pium, de quo Aymonius lib. quarti cap. 106. *Cum maximo,* inquit, *exercitu Britanniam ingressus, Generalem Conuentum Venetijs habuit, inde memoratam Prouinciam ingressus captis rebellium munitionibus, breui totam in suam potestatem non magno labore redegit. Nam postquam Northmannus (nomen vnius ex Proceribus Britonum non autem aliquis ex Prouincia Normaniæ) qui in ea parte solito more Britonibus Regiam potestatem vindicauerat, ab exercitu Imperatoris occisus est: nullus Brito inueniebatur qui resisteret, aut qui imperata facere, obsidesque qui iubebantur dari, renueret,* & capite centesimo duodecimo recitatur Imperatorem omnia parasse ad nouam expeditionem Britannicam, in qua quia fames inualuerat retardatus vsq; ad tempus Autumni. *Tum demum,* inquit, *ordinatis vndique copijs Redonas ciuitatem venit, diuisoque in tres partes exercitu Britanniam ingressus, totam ferro & igne vastauit, consumptis in hac expeditione quadraginta vel eo amplius diebus, acceptis quoque à perfido Britonum populo quos imperauerat,*

47. Carolus Magnus totam Galliã possedit, ergo quoque Britanniam quæ est eius pars.

Argentræus conuitiosus Carolo Magno.

48. Ludouicus Caroli filius domat rebelles Britones.

Qui totam vastauit Prouinciam perfidi populi.

rat, obsidibus, ad ciuitatem Rothomagum reuersus est. Idem capite centesimo decimo tertio Maio mense Imperator manebat in ciuitate Imperiali Aquisgrano. *Ubi adfuerunt*, inquit, *penè omnes Britanniæ primores, inter quos & Uuinchomarchus, qui perfidia sua totam Britanniam conturbauerat, & obstinatione stultissima ad memoratam expeditionem faciendā illuc Imperatoris animum prouocauerat, &c. promissam fidem vt prius consueuerat, perfidia gentili commutauit, donec interfectus est.* Placuit fideliter testimonia hæc transcribere testis omni exceptione maioris viri sancti Monachi Congregationis Floriacensis Aymonii seu Ammonii S. Germani Monasterii Parisiensis alumni, vt probat Iacobus de Beuil in præfatione operum Aymonii ad Lectorem, viuebat autē sub Ludouico Pio Caroli Magni filio vsque ad annum octingentesimum quadragesimum reliqua vsque ad annum 1156. ab aliquo alio scriptore addita, censet Cardinalis Bellarminus lib. de Scriptoribus Ecclesiast. Quo antiquior & fidelis testis quoque fuit S. Gregorius Archiepiscopus Turonensis, qui vixit tempore S. Gregorii primi Papæ obiitque anno quingentesimo nonagesimo sexto, vt constat ex Breuiario vitæ eius, adde supplementū Aymonii seu Aymonis lib. quinti capite decimo sexto, qui motus subitanei Britannici meminit, qui cum ordiretur succisus est. Britonum, inquit, *impetus tam facilè conquieuit, quam Imperator in Deum spem posuit, cui veracissimè dicitur subest tibi Domine cum volueris posse.*

Tandem & eorum Princeps perfidus Vuinchomarchus se subiecit.

49. Quibusdam Aimonius Haymonius & Haymonus de Aymonio Historico.

Archiepiscopus Treuerensis Thietgandus vel Theutgādus ex Abbate Espernacensi in Ducatu Luxemburgensi de quo Pithocus in editis Annalibus Francorum floruitq; sub Ludouico Pio, & à quibusdam appellatur Theganus Corepiscopus Treuerensis, sicque esset alius à Thietgando & illo qui paulo posterior scripsit de gestis Ludouici Pii Imper. cum prefatione Vualfridi Strabonis Abbatis Augiensis. Ad annum Christi DCCCXXIII. *Illo*, inquit, *anno Imperator alia vice perrexit in Britanniam, & omnem terram illam plaga magna vastauit propter eorum infidelitatem.* Mirum quod tam multi Historici infidelitatem exprobrent Britonibus & rebellionem in Reges Francorum: & anno sequenti *Uuichomarchus*, inquit, *venit cum Proceribus Aquisgranum, ad veniam supplex & mox iterum rebellis à Lamberto Comite Marchiæ Nannetensis est occisus: Britanniam (addit) perfidia sua turbauerat, ad fidem Imperatoris venire se dicebat, domum permissus rediere, fidē promissam vt prius consueuerat gentilitia perfidia commutauit donec interfectus.* Vetus Chronicon Engolismense Monachi cuiusdam Abbatiæ S. Eparchi (vulgo de S. Cibar). *Uuichomarchus*, inquit, *perfidus Britanniam turbauerat, cui cum Imperator ign uisset, ille promissam fidem mentitur, donec ab hominibus Comitis Lāberti, in domo propria occisus est.* Regino seu Rhegino Germanus Monachus & Abbas S. Saluatoris Prumiensis Congregat. Luxouiensis in Chronico ad annos DCCCXXXVI. & seq. *Britones*, inquit, *fœdera violant & rebellant cum Duce Marmano (ita legendum puto supra non Normano.) quo mortuo Numenoio ab Imperatore (Ludouico Pio) gentis Ducatus traditur.* Ergo ille Ducatus Feudatarius erat Regis Francorum & adueniente mutatione ad Reges

Archiep. 65. ordine.

50; De Theudgando Archiep. Treuerensi Historico.

Qui victos Britones & subactos à Francis scribit.

Britonibus gērllitia est infidelitas vnanimi consensu & Scriptorum exprobratione.

Marmanus pro Normano, legendum;

51. Britannia Feudataria Francorum ab antiquo.

institutio spectabat noui Ducis. A Ludouico transeo ad tempora filii eius Caroli Calui Imperat. & Regis Francorum, de quo Chronicon Engolismense scribit ob rebellionem Britonum Britanniam ferro igneque vastasse. Nitardus Angilberti filii Caroli Magni

52. Nitardus Historicus nepos Caroli Magni.

Imp. ex Bertha filia nepos scripsit de dissentionibus inter filios Ludouici Pii puta ex Hermengarde, Lotharium, Ludouicum & Pipinum, & ex secunda vxore Iudith Carolum Caluum, meminit ad annum Christi octingentesimum quadragesimum primum rebellionis Britonum contra Francos: & Chronicon Engolismense: *Post mortem*, inquit, *Ludouici Pij Carolus Caluus tertia vice Britanniam igne & ferro vastauit: & Neomenius Dux (Britonum) iubente*

53. Carolus Caluus quinque vicibus Britones rebelles subegit.

Domino ab Angelo percussus interijt, & Carolus Caluus quartò Britanniam ingressus victor extitit, & anno sequenti quinta vice Carolus Britanniam vastauit. Lupus Abbas Ferrariensis Epistola ad Guenilonem (vulgo le traistre Ganelon) Archiepisc. Senonensem. *Britanni*, inquit, *sibi prater solitum fidentes Regem nostrum (Carolum Caluum) versus Britanniam euocant.* Meminit quoque Rhegino ad annum DCCCLX. lectio Concilii & Conuentus habiti in præsentia

54. Concilium nationale in quo tres Reges IX. Metropolit. cum suffraganeis apud Concilium Tullense ad Saponarias villam Tullensi in suburbio.

trium Regum Francorum fratrum & Episcoporum Galliæ in villa Sablonaria dicta anno Domini 762. sub Nicolao Papa, & Concilii Tullensis 759. sub eodem Papa, quæ duo sunt vnum quia quod incœptum 759. perfectum 762. Quo loci notanda est Epistola Synodalis nouem Metropolitanorum cum suis Episcopis suffraganeis ad Episcopos Britanniæ minoris suffraganeorum absentium præsente Erardo Archiepisc. Turonensi, qui alias vocatur Ayrardus & Herardus XLIX. ordine illius Sedis Pontifex qui memoratur, vt Metropolitanus Britanniæ in consecratione Electramni Redonensis XIV. Episcopi anno 866. Septembris 29. cuius Acta consecrationis extant post opuscula Hincmari à Cordesio edita, & Acta Concilii illius manuscripta habentur in Libraria supellectile Ecclesiæ Bellouacensis, & leguntur læsæ Maiestatis accusati Britones atque rebellionis in Reges Franciæ, monentque eorum Episcopi Principem Salomonem quod contra Sacramentum præstitum fidelitatis inobediens fuerit Carolo Caluo, adhortantur, redeat ad obsequia Regi Franc. debita, alioquin minitantur Anathema. Transcribo præcipua verba SS. Patrum ex dicti Concilii paginis, *Synodus Uniuersalis collecta ex Gallia & Germania in suburbio Tullensi villa*

55. Episcopi Britanniæ sub Archiepisc. Turonensi. Leo IV. Nicolaus Papa I.

Saponarias (Gallis, Sauoniere, aliquibus Sablonniere) Remigius Lugdunensis Uuenilo Rothomag. Erardus Turon. &c. Sacris instructi Canonibus non ignoramus vestro Metropolitano charissimo fratri nostro Erardo, competentem reuerentiam vos debere, ita vt prater eius præsentiam & consensum, nullus in regione vestra Canonicè possit ordinari Episcopus, nec vos generale aliquid sine eius assensu posse sancire de qua reuerentia salubriter à vobis, & à gente vestra Metropolitano impendenda nostro nomine plura, & Reuerendissimi Papa Leonis & successoris eius Benedicti scripta docuerunt, & refragantibus Apostolica Authoritate dignam

excommunicationis protulerunt Sententiam, &c. si ab eiusdem Metropolitani solicitudine resilieritis vlterius, & nostris ex charitate manantibus exhortationibus vos constiterit reluctari; ministerij necessitate Canonicam in vos cogimur proferre Sententiam. Placuit vniuersale Concilio, vt Salomoni qui Britannorum tenet Prouinciam, suggeratis, vt quæ pro eius salute mandamus, obedienter audiat, si Deum vult habere propitium, & nostræ vnanimitatis tenere consortium, vt permittat totius Britanniæ Episcopis reuerentiam Metropolitano deferre. Vt consideret quantò animæ suæ periculo Britannorum dominationem inuaserit, tum Domino nostro Regi Carolo (Caluo) fidelitatem prius iurauerit, vt recordetur gentem Britannorum Francis ab initio (vt supra ex sancto Gregorio Turonensi in persona Clodouei primi & Successorum eius legimus) fuisse subiectam & statutum dependisse tributum, ac per hæc diligenter ad nuper omissam reuerti debeat consuetudinem, &c. Oportet gnauiter fuisse impudentem Argentræum Britonem huic veritati fabulas suas & adinuentiones in peccatis ausum opponere bellis ciuilibus interuenientibus inter fratres Reges filios Ludouici Pii, & Successores eorum tum etiam Hunnos propter irruentes Normanos in Gallias Francorum viribus deficientibus Britanni iugo se soluere conati sunt. Reges tamen vsi Britannia tanquam Prouincia sui iuris. Chronicon manuscriptum Turonense scribit Carolum Caluum partem Britanniæ dedisse Torquato vni ex suis Ducibus, eo quod contra Normanos strenuè dimicasset, & Heruspeus filius Neomenii Ducis Britanniæ coactus est Homagium præstare ex Annalibus Andegauensium & Rheginone Prumiensi Abbate in Chronico, qui Rhegino satis vicinus fuit illorum temporum, testatur quoque Carolum Caluum post obsessum Andegauum, vt suæ potestatis faceret Normanos, in illam vrbem transfugas, & vbi fortunatarum suarum sedem posuerant, mandasse Salomoni Principi Britonum quantocius sibi cum copiis adesse auxiliaribus Britannicis, suppetias vt suo Domino allaturo, dictoque obedientem fuisse Salomonem.

Tomo 3. Concil. 1. parte.

56. Princeps Britonum Salomon fidelitatem iurauit Carolo Caluo regi Franc. Et soluit illi tributũ.

Qui partem Britanniæ vni ex suis Ducibus dedit.

57. Caluus iubet Principem Salomonẽ adesse in obsidione Andegaui contra Normanos.

De Britannia Cliente Franco-Normanorum.

CAPVT SEXTVM.

1. Quo iure sit Normanis Britania data.

IN capite de pace Rollonis Normanorum Ducis cum Carolo Simplice Francorum Rege ad Pontem sancti Clari seu Cleri in media Prouincia Vulcasina super Eptam fluuium, transcripsimus ex Chronico Flodoardi Presbyteri Rhemensis, & ex Dudone Decano sancti Quintini Veromanduensis datam fuisse Britanniam Prouinciam Normanis pro belli sumptibus & impensarum suarum corolario, tum etiam titulo dotis Gislæ Regiæ puellæ filiæ dicti Regis Caroli quam pro bono pacis, & in pignus futuræ in proximo Christianitatis suæ & totius gentis Normanicæ acceperat in vxorem. Vnde Anonymus vetus Auctor manuscriptus; *Rex*, inquit, *donationi quam prius Rolloni fecerat, totam adiecit Britanniam, sicut eam iamdudum possederat, vt per hoc etiam beneficium efficeret illum fieri fidelissimum Vasallum.* Quam Dudo disertis verbis adnotat Rollonem antequam moreretur filio Guillelmo dedisse, conuocatis Britonum Primoribus, eamque petiuisse à Franco Rege quia Normanicæ terrę esset in confinio, neglecta sibi oblata Flandria quia iudicio suo quam legionibus suis quondam lustrasset nimis videretur paludosa. Guillelmus Malmeburiensis in Historia Anglicana. *Dedit Carolus Rex Simplex*, inquit, *Rolloni Normaniæ Comitatus & Britannorum quæ sunt appendicia Normaniæ.* Flodoardus Rhemensis in suo Chronico. *Normani*, inquit, *Britanniam omnem in cornu Galliæ, in ora maritima sitam depopulantur, proterunt, atque delent abductis, venditis, & eiectis Britonibus*, puta post rebelles eorum Principes deuictos & gentem in ordinem redactam cum Alano atque Berengario Ducibus Britonum, & ad annum nongentesimum duodecimum, quo facta fuit pax inter Francos & Normanos propter illis datam Prouinciam, quæ tunc cœpit dici Normania, Normanis ait concessam quoque Britanniam quam vastauerant, & ad eundem annum, *Britones*, inquit, *in cornu Galliæ Normanis subditi*, & libri tertii Historiarum capite septuagesimo secundo, *Incon*, inquit, *Normannus cum suis Normaniam peruadit victisque & cæsis vel eiectis Britonibus regione potitur.* Guillelmus Pictauiensis antiquissimus Auctor in Historia Normana; *Rex Francorum Carolus*, inquit, *eruit pacem atque amicitiam cum Rollone primo Duce Normanorum, dans natam Gislam in matrimonium & Britanniam in seruitutem. Exinde Comites Britanniæ è iugo dominationis Northmannicæ, ceruicem omnino soluere nunquam valuerunt etsi multoties conati, tota vi obluctando.* Guillelmus Gemeticensis Pictauiensi Paulo ætate recen-

Marginalia:

2. Rollo moriens Britanniam dat filio suo Guillelmo, præsentibus Primoribus Britonum.

Probatur ex probatis Authoribus.

3. Normanis Britannia data. Quia iam illam suis possiderent victorijs. Britones Normanorum serui, à quibus in vanum sępè

tior variis in locis Historiæ Ducum Normaniæ nulla refert Homagia præstita à Principibus Britonum Ducibus Normanorum, inter quæ libri primi capite decimo septimo. *Pax*, inquit, *fauente Christo, discurrentibus alternatim nuntijs stabilitur, Rollone Regi (Francorum) iurante fidelitatem Sacramento, & Rege illi filium donante cum terra maritima ab Epta (dicere debuerat ab Andela vt alibi probaui) flumine, vsque ad Britannicos limites, superaddita etiam ad sumptum supplementa, tota Britannia, ipsis Principibus Berengario & Alano (fratribus) Sacramenta Rolloni iurantibus*, Idem Gemeticensis libri secundi capite vigesimo secundo de Homagio à Britonibus præstito adhuc Rollone viuente, in persona filii eius vnigeniti Guillelmi cui cognomen de Longa Spata (quia corpore procerus amabat oblongos enses staturæ eius conformes) vt supra monuimus, ne actum agam. Dudo quæque in vita dicti Guillelmi. *Exultans Guillelmus*, inquit, *Regnum vtrumque obtinuit Normanorum atque Britannorum, bellorum securus (post victos rebelles Britones) neque ausus est contra illum litigare Vllus.* Nota obiter vocari regna Prouincias Normaniæ & Britanniæ quia æquiualent, imo longè superant plurima regna Hispaniarum, Angliæ, Scotiæ, Daniæ, & aliarum gentium. Flodoardus ad annum Christi nongentesimum quadragesimum tertium de Guillelmi filio Duce Normano, cui negotium intercessit cum Rege Francorum Ludouico cognomine Transmarino filio Caroli Simplicis qui Normaniam Rolloni dederat. *Rex Ludouicus*, inquit, *Guillelmi (de Longa Spata) filio Britanniam terram Normanorum dedit*, melius dixisset confirmasse, quia iam eam dederat Pater eius Carolus Rex. Nota obiter Britanniam eo loci disertis verbis appellari terram Normanorum. Addit de rebellione Britonum contra quos Normani pugnauerunt. *Victoria*, inquit, *potiti Normani Britones vsque ad internecionem cedunt, & eos à terra eorum disperdunt*, &c. Dudo in filio Guillelmi Richardo primo Normano Duce. *Berengarius*, inquit, *& Alanus (Comites Britanniæ fratres) cæterisque Normaniæ & Britanniæ Comites, datis manibus suis Richardo, libenter se illi subdiderunt, vt proni olim fecerant Patri viuenti (puta Guillelmo primo) pignoribusque pretiosorum sanctorum delatis sanctiunt illi tenorem integerrimæ fidelitatis, & mulctationis more Christianæ coniurationis.* Gemeticensis libri tertii capite octauo sermonem habet de humili obsequio Principum Britonum eidem Richardo primo præstito, & libri sexti capite vndecimo scribit de Roberto huius nominis primo Normanorum Duce fratre Richardi tertii, qui cum gessisset atrox bellum & cruentum contra Alanum Principem Britonum. *Victo*, inquit, *pepercit, & in suo seruitio fidelitate pacta recepit*, insignis & crudelitatis atque fidei maximè inter Historicos Glaber Radulphus Monachus Cluniacensis, qui circa illam viuebat tempestatem temporum pro re insolenti refert Conanum Principem Britonum sub Regibus Francorum Hugone Capeto & filio eius Roberto quia Alanus illo duxisset sororem Fulconis Andegauensis

tentauere se liberare.

4\. Britones fidelitatem iurant, Guillelmo filio Rollonis patre eius viuẽte.

5\. Normania & Britannia appellata sunt regna.

6\. Britannia dicta est Normanorum terra.

7\. Britones Homagium præstant Richardo primo Normano Duci, coram Reliquiis Sanctorum, sub pœna mulctationis.

8\. Britonum Homagium præstitum, Roberto primo Duci Normano.

Comitis Patrui Constantiæ Reginę vxoris Roberti Francorum Regis, & Regium Diadema suo capiti imponere præsumpsisset. Non

9. Præsumptioni imputatur Alano Comiti Britannorum quod Diadema Regium suo imposuerat capiti.

obstante qua præsumptione omnes Historici Angli & Normani cum Alberto Krantio Germano scribunt Robertum Ducem Normanię coëgisse Alanum Principem Britãnum sibi pręstare obedientiæ, Homagii, & subiectionis reuerentiam. Dubitatum fuit vtrum obsequium præstandum Guillelmo Roberti filio quia ex illegitimo concubitu natus esset, neq; mirum si passus contrarios Britones cum ab ipso plures Normanorum vellent deficere, vtrosque tamen inuictus Princeps in ordinem redegit.

10. Britones coacti ad Homagium, Guillelmi secundi Ducis Normanorum.

De Britonibus Guillelmus Malmeburiensis Anglus; *Guillelmus Nothus*, inquit, *Britanniam vt solum hæreditarium calumnians, eo quod Carolus Simplex Rolloni cum filia Gisla dederat, breui effecit vt vltro Alanus (Princeps Britonum adueniens) sua seque dederet.* Consimilia habet Ordericus Vitalis libro quarto Historiæ Ecclesiasticæ, quam penè coætaneus Gemeticensi conscripsit: De Roberti Ducis filio Guillelmo: *Cupidus*, inquit, *fines suos dilatare, sibique Britones vt obsecundarent, sicut olim Rolloni, & Guillelmo, aliisque Ducibus Normanicis seruirent, voluit subiugare cum ingenti exercitu Dolense oppidum obsedit, &c.*

1168. Qui fecisse sibi accliuẽ Britanniam scribitur.

Mathæus Paris seu Parrysius in Historia Angl. de Guillelmo Notho. *Britanniam*, inquit, *Armoricanam sibi accliuem fecit*: benè addidit Armoricanam, quia aliam Britanniam Albionis seu Angliam armis quoque idem Guillelmus subegit.

11. Guillelmus Nothus Dux Norman. vtramque Britanniam subegit.

Obediuere Britanni filiis Guillelmi Nothi Normaniam successiuè Ducibus & nepotibus eius vsque ad filios Henrici secundi Regis Angliæ, & Ducis Normaniæ, inter quos iunior Ioannes dictus sine terra omnino eiectus est ex Normania, & filius eius Henricus tertius iuri Normano omnino cessit cum omnium Ordinum Anglici regni consensu. Referam tamen breuiter aliqua testimonia Britannicæ subiectionis in illa temporum serie. Chronicon paruum Normaniæ quod adseruatur manuscriptum in Bibliotheca Canonicorum Regularium sancti Victoris ad vrbem Parisiensem ad annum Domini MCLXVIII. *In Epiphania Domini*, inquit, *Rex Francorum (Ludouicus Sextus,) & Rex Anglorum (Henricus Secundus) concordati sunt: & Henricus (cognomine Curtimantellus) filius Regis Anglorum fecit Homagium Regi Francorum de Comitatu Andegauensi, & de Cænomanensi, & de Ducatu Britannię quem Rex concessit eidem genero suo (duxerat enim Margaretam sororem Philippi Augusti) nam eidem de Normania antea fecerat Homagium.*

Henricus II. Dux Normaniæ, & filij eius Duces de Britannia, Franco Regi Homagiũ fecerunt.

Vetus instrumentum inscriptum in hæc verba Charta pacis inter Philippum Francorum Regem, & Ioannem Angliæ Regem anno Christi MCC. *Non poterit Rex Francorum vltra Gamachos, [distat à Gisortio duobus milliaribus aut circa] neque vltra finem Forestę Vernonis firmare, &c. & nos [Reges Francorum & Anglorum] recipiemus Arturum [nepotem nostrum] in hominem ita quod Arturus tenebit Britanniam de nobis [Rege Anglorum] puta titulo Normanorum*

Ducis) & nos ſicut rectus hæres tenebimus de Rege Francorum. Actum apud Coletum anno MCC. *menſe Maio.* Alanus Bouchardus gente Brito in Senatu Redonenſi, ſeu in Parlamento Britanniæ Aduocatus conſentit Hiſtoricis Normanorum & Anglorum & veteribus Britonum monumẽtis veracibus narrationibus non ſuppoſititiis, quales ſunt Argentræi, ſed loquela Neoterica Pſeudo-Antiquitatem facit manifeſtam. Bouchardus inquam non diffitetur Salomonem Britannum Principem, quem ille pro ſancto piè proponit, Principatum Prouinciæ illius per viginti ſex annos turbarum plenam, & factionibus diuiſam, propter ſingulares Primatum Britonum factiones: quod ſi tunc temporis Reges Francorum aliis negotiis non fuiſſent implicati, factioſos iſtos in ordinem redacturos, tuncque Britannicum Principatum glebæ & coronæ regiæ fore incorporatum, ſicut erat imperantibus Carolo Magno & Ludouico Pio: ſed quia duo Principes Francorum illegitimi Ludouicus & Carolomannus regni vſurpatores decertabant contra Carolum Simplicem filium Ludouici Balbi ex legitimo matrimonio procreati, Francis dicunt tunc temporis ſuffeciſſe conſeruare regnum Franciæ, potius quam res Britannicas curare. Bene eſſet ſi Argentarius ſcripſiſſet ſincerè inſtar aliorum Britonum, Argentum eius verſum eſt in ſcoriam vt cum Dauide & cum Iſaia loquar, quaſi puduerit Britones glorioſæ genti Francorum & fortitudini Normanorum colla ſua ſubmittere. Mathæus Paris de Henrico ſecundo filio (Godefridi Comitis Andegauenſis ex filia Henrici primi Normaniæ Ducis Mathilde Nothi Ducis Nepte) qui fecit filium ſuum Godefridum & Arturum eo mortuo filium eius ſucceſſiuè Britanniæ Comites ſeruato Normaniæ ſolito & antiquo Homagio. *Henricus*, inquit, *in Natali (Christi Domini) Curiam ſuam tenuit apud vrbem Nannetenſem Epiſcopis præſentibus & Baronibus Britanniæ minoris, vbi omnes fidelitatem ſibi iurauerunt, & filio eius Gaufrido.* Robertus de Monte in Normania, in ſupplemento quod addidit ad Sigeberti Chronicon. *Gaufridus*, inquit, *filius Regis Anglorum, fecit Homagium fratri ſuo Henrico (maiore natu filio & Duci Normaniæ) de Ducatu Britanniæ.* Idem ad annum Chriſti millesimum centeſimum & ſeptuageſimum. *Henricus filius Regis Anglorum fecit Homagium Regi Franciæ de Britanniæ Ducatu, nam de Normania ei ante feceraт Homagium.* Tempore Philippi Auguſti Arturus præfatus ex eodem Matheo Paris eadem præſtitit obſequia. *Arturum*, inquit, *Comitem Britanniæ Rex Franciæ [Philippus Auguſtus] cingulo militari donauit, in craſtino Aſſumptionis Beatæ Mariæ, & continuo fecit Homagium de Britannia & de Normania.* Robertus de Monte ad annum Chriſti milleſimum ducenteſimum primum. *Philippus (Auguſtus) Rex Franciæ Ioanni Regi Anglorum reddidit Arturum nepotem ſuum, Principem Britonum, qui hominium patruo ſuo Regi Ioanni fecit, puta vt Duci Normaniæ cui Arturus renuntiauit, & Britanniæ Armoricanæ Ducatum ab eo accepit*: &

12. Cõſentiunt veteres Hiſtoriæ Britonum cum Francicis & Normanicis, excepto fabulatore Argentræo.

Iſaiæ 1. cap. 22

Filij Henrici II. Normaniæ Ducis fuere Britanniæ Comites, quibus Britones fidelitatem iurarunt.

Arturus Normanus Princeps Dominus Britanniæ, Homagium fecit patruo ſuo Ioanni Duci Normaniæ.

rurſus, *Conuenientibus*, inquit, *ad colloquium apud Vernonem Regibus, Arturus ibidem fecit Homagium Regi Anglorum de Britannia; ſed timens proditionem (vt poſtea accidit) Regis Anglorum, remanſit in cuſtodia Regis Francorum.* Nolim omiſſum in imo ponte lapideo vrbis Rothomagenſis qui iungitur ſuburbio ſancti Seueri in Frontiſpitio armato ſcutum gentilitium Normaniæ imminere, ſub quo Britannicum quoque inſculptum: eoque loci ſolitos Britannos Principes obſequium & Homagium præſtare Normanis Ducibus ex Antiquitatibus Rothomagenſibus.

13. *Brito Princeps Petrus Homagium fecit Regi ſancto Ludouico.*

Philippus Auguſtus poſt armis conquiſitam Normaniam immediatè ſibi vt Duci Normaniæ Homagium fieri à Britonibus voluit, & ita factum Philippo & ſequentibus poſt eum Regibus Francorum Ludouico octauo & filio eius ſancto Ludouico huius nominis ordine nono, qui iunior & pupillus annorum duodecim cum regnare cœpiſſet multas paſſus calamitates à Principibus regni ſui, ſed à nullo magis quam à Petro Comite Britanniæ cognomine Drocenſi,

14. *Cognatus Imp. Frederici ex genere materno fuit Ioinuilla.*

Qui notat Petri Ducis Britanniæ perfidiam, in Regem iuuenem S. Luduuicum.

qui Anteceſſorum perfidiam imitatus huic ſuperaddidit Nobiliſſ. & Illuſtriſſ. Ioannes de Ioinuilla Seneſchallus Campaniæ affinitate gaudens Regum & Principum pro veraciſſimo & ingenuo ſcriptore ab omnibus habetur. *Euenit*, inquit, *vt Barones Franciæ conuenerint apud Corbolium, vt ſimul pacti ſint opera vtendum Comitis Britanniæ qui inſurgere inciperet in Regem, & à multis audiui dicere quod tunc temporis Comes potuiſſet Regem deſtruere, & ſubiugare, & matrem eius (Blancam) niſi diuinum adfuiſſet auxilium, quod Ludouico nunquam defuiſſe viſum. Ope quippe Comitis Campaniæ oportuit Comitem Britannum ſe ſubmittere Regi, & ab eo veniam petere: cui condonato ſui præſentiam exhibere impoſuit in expeditione ſacra terræ ſanctæ.* Meyerius in Annalibus Flandrorum addit Petrum Britannum induxiſſe fratrem ſuum Robertum Drocenſem vt conſors eſſet ſuæ rebellionis & alios.

Qui maior Ducem domuit & iuſſit in terra ſancta inſeruire.

Idem Ioinuilla obſeruat Theobaldum Comitem Campanum apud Theodorici caſtrum in vxorem voluiſſe accipere filiam Petri Comitis Britanniæ, ſed ex parte Regis S. Ludouici nuntium miſſum Godefridum de Capella cum litteris quibus Theobaldo ne id faceret, vetabat.

15. *Conqueritur de eo Rex ſanctus dicens. Iamais n'ay trooué pis, qui mal m'ait voulu faire que loy.*

Domine Theobalde de Campania renuntiatum eſt mihi, pacta Conuenta inchoata de futuro matrimonio inter te & filiam Petri Comitis Britanniæ. Quapropter tibi ſit notum, vt ſi tibi charum eſt regnum noſtrum id nequaquam facias: noſti enim nullum vnquam me paſſum fuiſſe qui deterius quidquam ſit molitus Britanno. Campanus acquieuit, & veritas dictorum ſancti Regis poſteris innotuit, quia toto vitæ ſpatio Britannus ille perfidus omne malum, quod potuit molitus eſt in Regem & in regnum Francorum.

De eo multa mala ſcribunt Hiſtorici.

Iean de la Haye en ſes memoires.

Accuſatur ab omnibus Hiſtoricis pro tumultuoſo, factioſo, abuſus multo tempore Anglicano theſauro donec Anglum ſerio pœnituerit, coactus Ludouicus Rex in eum apertè ſæuire, Ioannes de la Haye in Commentariis refert ex vetere Chronico Pictauienſi, quod Guido de Toartio, vulgo de

Toüars

Toüars rerum administratione potitus in Britannia vsq; ad tempus matrimonii Petri Ducis, & ad præstandũ Regi Francorum Homagium conuocasse Comitia Britannica, vbi interfuere nouem Episcopi, nouem Barones, & nouem vrbium delegati: & in Homagio Petri nihil ab antiqua formula innouatum. Princeps Petrus attinebat ad Regium stemma: frater minor natu Roberti Comitis Drocensis. Duxitque Aleidem de Britannia filiam Constantiæ Ducissæ Britannicæ vxoris Guidonis de Thoartio sororis vterinæ Arturi: incidit in mensem Iunium anni MCCXXX. Decretum pronuntiatum inter S. Ludouicum Regem & dictum Petrum apud vrbem castrumq; Ancenisium propè Ingrandiam, quo loci duo portoria magni nominis vbi solui solent tributa rerum quæ extra regnum per Ligerim & Oceanum vehuntur: mensèque Nouembri sequenti dux Petrus in hæc verba iurauit. *Ego Petrus Dux Britanniæ, &c. notum facio quod ego charissimo Domino meo Ludouico Regi Francorum illustri, &c. benè & fideliter seruiam, & iuuabo bona fide contra omnem creaturam, quæ possit viuere & mori, &c. & eidem & hæredibus suis semper fideliter adhærebo, in cuius rei testimonium præsentes Litteras, eidem Domino Regi sigilli mei munimine roboraui. Actum Parisijs* MCCXXXIV. *mense Nouembri.* Extat aliud iusiurandum eiusdem mensis & anni iterato repetitum vbi notanda verba. *Hæc omnia*, inquit, *iuraui super sacrosanctum me bona fide tenere istud negotium longa concertatione discussum*, nam extant Litteræ dicti Petri Ducis quæ in Archiuo Regio asseruantur, quibus significabat S. Regi Ludouico MCCXXIX. quod iussus coram Rege comparere apud Melodunum prætendebat excusationem propter nimis breue tempus, & dictus Comes. *Intimauit*, inquit, *per Litteras Regi, se non plus esse suum hominem, sed ab eius Homagio recessurum*: ex quo collige quod ergo antea erat homo Regis & Homagio eius subditus. Post edictum Ancenisii status seu Comitia Britanniæ acquieuerunt pactis Conuentis MCCXXXIII. & Homagia præstiterunt. Mathæus Paris vicinus illorum temporum si non contemporaneus de concordia sancti Ludouici cum Petro Britanniæ Comite. *Petrus Britanniæ Comes*, inquit, *iratus de Rege Angliæ (nolente vltro thesauros suos profundere pro Britanno isto infœlicis fortunæ & fidei nullius) recessit & transiens in terram suam, continuo ad Regem Francorum confugit. Et vt proditionem contra Regem factam sub schemate qualicumque palliaret, venit ad Regem Francorum, laqueum in collo gerens, & proditorem se esse recognoscens, illi reddidit Britanniam totam cum castellis & municipijs. Cui Rex Francorum dicitur respondisse, licet proditor nequissime mortem promerueris turpissimam, parcam tamen tuæ nobilitati, vt viuas, & dabo Britanniam filio tuo ad vitam, ita vt post mortem eius Reges Franc. terræ illius hæredes existant. Comes autem rebus omnibus vt proditor spoliatus, per internuntios suos Regi Anglorum, reddidit Homagium, quod & pridem fecerat* (puta vt prætenso

16. Genus Petri Ducis Britanniæ, & vnde illi Ducatus accesserit.

17. Iuramentũ Homagij Ducis Petri coram rege S. Ludouico.

post longam concertationem de formula præstandi Homagij.

18. Petrus Comes Britannus recedit ab Anglo.

Venit ad sanctum Ludouicum cum laqueo in collo suo se proditorem confessus illi totã reddit Britanniam, & tamen in secreto facit Homagium Anglo.

Normaniæ Duci de cuius Homagio erat Britannia vt supra explicaui.) Incolis Britanniæ legimus omni æuo familiare erga Francos violare fidem excepto tempore ex quo vnita fuit Prouincia Coronæ

19\. Abailardus gente Brito scribit de Britonibus, quod sint gentilibus sæuiores & peiores.

Regiæ Francorum, nullus inficias ibit Petrum Abailardum fuisse Armoricum & gente Britonem, ipse de se testatur variis opusculis & cum factus fuisset Abbas in natali solo quid de suis sentiat, ferat suffragium omni exceptione maior testis. *Incidi*, inquit, *in Christianos atque Monachos gentilibus longè sæuiores atque peiores. Terra quippe Barbara, & terræ lingua (intelligit inferioris Britanniæ linguam quam nos vocamus vulgo le bas Breton) mihi incognita erat & turpis atque indomabilis Monachorum illorum vita, omnibus ferè notissima, & gens terræ illius inhumana atque incomposita. Cum autem tota terra illius Barbaries pariter exlex, & indisciplinata esset, nulli erant hominum, ad quorum possem confugere adiutorium.* De illa terra Neubrigensis Anglus postea scripsit. Proceres & nobiles Britannos nulli Principi velle obedire. Petrus Comes gente Francus in illo solo hausit rebellionis aërem, & malo infidelitatis succo lanam prius innoxiam imbibit. Non obstante Homagio fraudulosô Petri

Omni gente terræ gens inhumanior & incomposita, Barbara, exlex, & indisciplinata, inobediens.

20\. Anglus spoliat Britannum omni bono in Anglia.

Comitis Rex Angliæ vt subiungit Parisius, *Cepit*, inquit, *in manu sua omnia iura Comitis Britanniæ in Anglia, & honores ad illum spectantes: Comes vero videns mala sibi multiplicata, in seipso tabescens, præ dolore ascendens in mare, parauit insidias mercatoribus, & alijs facientibus operationes in aquis, iuxta cognomen suum scilicet Mau-*

21\. Pœna Petri Comitis ob Clerum vexatum; fit Pirata.

cleri (hoc cognomine insignitus qui à Clericorum atque Ecclesiasticorum bonis atque auctoritati semper erat infestus, priuatim atque publicè in eos factiosus) rapinas iniuriosus intendebat, Pirata factus execrabilis. Tandem sanctus Rex tot perfidiis Petri Comitis lacessitus, Proceres regni ad Concilium vocat etiam Britones vt ab eis consilium su-

22\. Edictum S. Ludouici cum consensu omnium Ordinum.

mat quid agendum de tam importuno Principe totius iniquitatis, ex eorum communi consensu Vasallos Britanniæ liberos & absolutos declarauit ab obedientia Petri Comitis, quia rebellasset iniuriosè contra Dominum suum Regem Franciæ, pro tali agnitum apud Ancenisium 1230. mense Iunio, postquam obtentam veniam apud Andegauum pro rebellione intercedentibus Ordinibus Britanniæ & fratre Petri Roberto Comite Drocensi: euenit Petro quod supra docuit nos Parisius, & confirmatur à Vvemonasteriensi. Oportet tamen clementem S. Ludouicum iterum Petro pepercisse & in

Quo Dux Petrus priuatur Britannia.

23\. Ioannes Rufus filius Petri Regi S. Ludouico fecit Homagium.

gratiam eius rediisse, qui pro pœna condemnauerit Petrum sequi exercitū Christianum in sacra expeditione Asiatica Terræ Sanctæ, non vt Dux Britanniæ etsi nomen retineret, sed vt Princeps. Nam in Archiuo Regio asseruatur Homagium præstitum à filio Petri Ioanne cognomento Rufo, quia pilis Rufus esset. *Ego Ioannes Comes Bri-*

24\. Homo Ligius idest obediens.

tanniæ notum facio vniuersis quod ego Charissimo Domino meo Ludouico Regi Francorum illustri, tanquam Domino meo Ligio (idest cui teneor

obedire tanquam Vasallus ex Petro Blesensi Epist. 153. *& Comite sancti Ægidij in ligium hominem recepto, & sancto Bernardo Epist.* 320. *de iis qui se humiliauere ad pedes Papę, & facti sunt homines eius Ligij & iurauerunt ei Ligium & fidelitatem) promisi & iuraui, &c. actum* MCCXXXVIII. *mense Martio*, adde Litteras Baronum Britanniæ confirmantes. *Drogo de Melloto, Gaufridus de Poënceio, Henricus de Aluagerio, Andreas de Vitreio, & Radulphus de Fugerijs testamur* 25.
quod Dominus Ioannes Britanniæ Comes, fecit Regi Francorum Homagium Ligium, & quod tanquam Domino suo Ligio promiserit & iurauerit, &c. Eodem anno & mense quibus supra S. Ludouicum & Carolum quintum cognomine sapientem malè habet & irreuerenter tractat Argentræus quia Britannos fecere debita reddere obsequia. 26.
Aliquid dicamus de Carolo & transcribamus ex Camera Regiorum computorum seu rationum Regiarum.

Hotomanus lib. de verbis Feudal. Petrusgreg. Tolosanus in Syntag. 6. c. 2.

Testantur Britanniæ Barones sui Principis Ligium.

Homagium Britanniæ Ducis.

Reuerendus in Christo Pater Dominus Dominus Ioannes (de Dormanno cognominatus, qui baptizauit postea Carolum Regem sextum) Dei gratia Bellouacensis Episcopus, Cancellarius Franciæ, de mandato & præcepto Illustrißimi & Serenißimi Principis Domini Caroli (Quinti) Dei gratia Franciæ Regis præsentis cum Magno Consilio. Cum Ducatus Britanniæ cui Paëria Franciæ est annexa, notoriè intra fines regni prædicti consistat, ac sit de dicto regno & de Feodis pręcipuis eiusdem: reputatique sint ac censiti hactenus Duces & Comites Britannię, qui fuerunt pro tempore, ad causam dicti Ducatus, & Paërię Francię, homines Ligij dicti Domini Regis, & Homagium Ligium fecerunt, & pręstiterunt ipsi Domino Regi, per Patentes litteras antiquas, palam & publicè lectas, &c.
27.
Nihilominus Ioannes de Monteforti Dux ad pręsens Britannię Homagium in generali dumtaxat offert se facturum, &c. Acta sunt hęc in domo Regia sita propè Ecclesiam sancti Pauli. Nobilis & potens vir Dominus Ioannes de Monteforti Dux Britannię & Par Francię ibi pręsens pro faciendo Homagio dicto Regi de Ducatu, &c. respondit per organum R. in Christo Patris Domini Hugonis de Montalais Briocensis Episcopi dicti DUCIS *Cancellarij de nomine & mandato dicti* DUCIS *dirigendo verba ad* DOMINUM *Regem. Excellentißime, Nobilißime & Potentißime Princeps, ecce* DUX *Britannię huc ad vos venit recognoscendum in Dominum suum supremum & Regem Francię, &c. & gratias agit de honorabili receptione. Oliuerij de Clissone ac Guillelmi* DOMINI *de Laune nuntiorum ipsius Ducis, &c.* 28.
Tandem dictus DUX *amoto Caputio & mantello quibus induebatur, acceßit ad ipsum* DOMINUM *Regem, ibique genibus flexis existens, & iunctis manibus, prędictus Briocensis Episcopus, vice, nomine, & de mandato dicti Ducis dixit verbis Gallicis, ecce* DUX *Britannię, &c.* DICTUS DOMINUS *Rex manus dicti* DUCIS *inter suas manus recepit, & ipsum* DUCEM *qui genibus flexus coram ipso erat, pedibus stare pręcepit, dicendo recipimus hoc Homagium, &c. ac ipsum subsequenter ad osculum recepit, vt est in talibus consuetum, &c.* DATUM *Parisijs* XXVI. *Ianuarij* MCCCLXIX. Idipsum repertum in tractatu & con-

(Fundator Collegij Bellouac. Parisijs.)

Factum Regi Francorum Carolo quinto.

Ioannes de Monteforti Britanniæ Dux.

Hugo de Montalais Briocensis Episcopus, Cancellarius Britanniæ Ducis.

Forma Homagij.

Comitatus Britanniæ 1297. fit Ducatus & Pariatus Franciæ sub Philippo Pulchro Rege, 1369.

uentione facta apud Guerandam x. Aprilis MCCCLXXX. in controuersia & litigio inter Ioannem de Monteforti Ducem Britanniæ cum Ioanna Blesensi, quæ controuertebat de successione & iure dicti Ducatus in Consilio Regio in vno ex libellis supplicibus hæc verba leguntur.

A Vous tres-excellent Prince Monsieur le Roy de France, vray & Souuerain Seigneur du Duché de Bretagne, vous supplie, &c. & inter instrumenta litigantium partium coram Consilio Regio in diuersis Articulis hæc leguntur.

29\. Britanniæ Ducatus pars Domini Coronæ Franciæ.

Quod Ducatus Britanniæ est vna portio Dominij regni Franciæ: & sicut Pares Franciæ tenentur defendere Coronam, ita Ducatus Britanniæ tenetur Regi ad Homagium, ressortum & seruitium in guerra & ad obedientiam. In Archiuo quod Francis est Thesaurus Chartarum seu in Chartulario Coronæ Franciæ non omittẽdum credo legi. *Anno Domini MCCCXCI. secundum morem Ecclesiæ Gallicanæ indictione XX. Ianuarij XXVI. in castro Turonensi coram Carolo (sexto) Serenissimo Rege nostro sedente in suo magno Consilio, &c. Ioanne de Harcuria Comite, & Cancellario Franciæ, comparuit Ioannes quintus Dux Britanniæ, &c. cum Domino Episcopo Venetensi Cancellario eius cum pluribus militibus & Baronibus Ducatus Britanniæ, in conspectu Domini Regis se posuerunt genibus flexis, quibus sic existentibus Dux Burgundiæ protulit hæc verba, Domine mi Rex, ecce fratrem meum (propter Ioannam de Flandria vxorem Ioannis de Monteforti Patris dicti Ioannis Conquestoris Britanniæ occiso & victo sancto Carolo Blesensi) Ducem Britanniæ qui temporibus retroactis ipse & officiarij eius fecerunt plures interpretias (vulgo entreprises) contra rationem & præiudicium vestri, iurium, ressortum & superioritatem quam habetis & habere debetis, in Ducatu Britanniæ. Dux Britanniæ respondit, quod ipse recognoscebat quod ad ipsum Dominum Regem & ad Curiam Parlamenti spectabãt ressorta & superioritates in dicta patria Britanniæ.* Philippus audax Dux Burgundiæ illis tutor qui duxerat vxorem Margaretam de Flandria & Ioanna de Flandria erat filia Ludouici de Flandria Comitis Niuernensis filij natu maioris Roberti tertij huius nominis Comitis Flandriæ. Obseruandum quod in tractatu de Bretygniaco vulgo de Bretigny MCCCLX. capto Rege Ioanne Patre Philippi Audacis Ducis Burgundiæ, qui nuper loquebatur, de duobus fuit conuentum super negotio Britanniæ inter Reges Franc. & Angliæ, primo quod duo Reges auditis partibus Carolo Blesensi & Ioanne de Monteforti curarent eos concordare: si non possent ius eorum esset in armis: secundo conuentum est Homagium & superioritatem Ducatus Britanniæ saluum semper maneret Regi Franciæ: quod notandũ etiam consensu Angli Regis Ducem Britanniæ teneri Regi Francorum seruire contra hostes eius. In Archiuis Regiis asseruantur adhuc hodie formulæ Homagiorum præstitorum à Ducibus Britannicis anno MCCCLXXVI. & 1381. sub Regibus Carolo quinto & sexto, iuramento se obstringentibus fideliter seruire & obedire Regibus & successo-

Henry le Barbu Euesque de Vannes de la Maison de Quillio. Ex Abbatia S. Mariæ de Precibus Ord. Cister. Episc. Venetus, deinde Nannetensis 71. ex Claudio Roberti in Gall. Christiana.

30\. Rex Anglus agnoscit Britanniæ Ducem Vasallum esse Regis Frãc. & teneri ei seruire contra eius hostes.

1376\.
1381\.

ribus eorum de sua substantia & de suis corporibus: iuramenta con- 31.
firmantibus omnibus Britanniæ Ordinibus. Ex iisdem regestis & Non licebat
actis publicis Gazophylacij Regis leguntur edicta Regia super mo- Britanniæ
neta Britanniæ, quod vulgaris metalli esset, vetitis numismatibus Ducibus cu-
argenteis & aureis. Adde in Ducatu Britanniæ multas Ecclesias dere aureas,
Episcopales esse dotationis Regiæ independentes fuisse ab iurisdi- nec argen-
ctione Ducum Britanniæ, omisso medio Iurisdictioni Regiæ Fran- teas mone-
corum submissas etiam tunc temporis fuisse. Multaque decreta Se- tas.
natus Parisiensis liceret in medium adferre, quibus ius dictum Duci-
bus Britanniæ, monetam legitimam cudere, de patria sua Lombar-
dos expellere, &c. Ex Bretio & Vvigerio supra cœperam explicare
quibus modis Ducatus iste Britannicus pro bono Pacis, vtilitate Bri-
tonum & gloria Fracorum factus sit vnum & idem Dominium Co-
ronæ Franciciæ, & vt loquar secundum vsum communem incorpo-
ratus glebę Regiæ, flos inseparabilis Coronę Regię. Huiusmodi vnio
cœpta efficaciter per contractum initum apud Langeum in agro seu 1491. 26. Decemb.
Prouincia Turonensi 1491. quæ dies albis notanda calculis apud po- 32.
steros. Quo cōtractu Anna Ducissa Britanniæ in quantum fuerit aut Vnio Duca-
esset opus omne ius suum in Ducatu Britanniæ cuius vnica & ex as- tus Britan-
se hæres erat legitima transmittit in Regem Carolum octauum & nici cum
Successores eius Reges Frācorum & se obstringebat Anna si super- Dominio Coronę Re-
uixisset Carolo nullum alium ducturam in maritum, quam Princi- giæ Franc.
pem regni immediatum Successorem: ea lege quod nullo contractu,
pacto aut conuētione posset vnquam ille Ducatus separari à Coro- Alain Sire
na Frāciæ, consentientibus Prælatis, Baronibus, & delegatis omnium d'Albret,
Ordinum Britanniæ. Principe Arausicano cedente ius quodcumquē Prince d'O-
prætendere posset in re vel ad rem Ducatus Britanniæ propter Fran- range.
ciscam de Britannia vxorem. Secundo quoque contractu matrimo-
nij Annæ cum Ludouico XII. Rege Franc. inito in Nannetensi ca-
stello Ianuario mense anno 1489. primæ cum Carolo octauo con- 33.
uentiones confirmatæ. Ex dictis Ludouico & Anna duæ filiæ Clau- Genitæ ex
dia natu maior vxor Francisci primi Regis successoris Ludouici, cu- Ludouico
ius filius primogenitus Franciscus Delphinus fuit solemni ritu coro- Rege XII. & Anna de
natus in Ducem Britanniæ in vrbe Redonensi. Tandem anno 1532. Britannia.
instantibus Ordinibus Britannicis edicto Regio & perpetuo cautum, Claudia & Renata
Ducatum Britanniæ vinculo indissolubili Coronæ Frācorum vni- Claudia
tum. A Petro Drocensi Mauclero vsque ad mortem Annæ trecenti vxor Fran-
anni numerantur: decessit Princeps bona & fœlix maritis Regibus cisci primi Regis.
dilecta à populis Francis & Britannis anno 1513. in castello Blesensi 34.
die vndecima Ianuarii ætatis trigesimo septimo longiore digna æuo Edicto 1532
pro solatio Reip. Christianæ & commodo regni Francorum: Ma- vnitus Du-
gnifico apparatu delata ad sepulchrum Regium Sandionysianum in catus coro-
agro Parisiensi, Mausoleo gaudet magnifico ex candido marmore næ Franciæ
cum sponso. Secundario Ludouico duodecimo ad læuam chori cum indissolubi-
inscriptionibus & elogiis. liter.

Rolloni nulla portio Vulcasini propriè dicti data, sed tantum ea pars Neustriæ quæ fluuio Andela terminatur vsque ad Coisnonem Britanniæ amnem: Richardo primo Duci vsque ad Eptam, Roberto primo Duci vsque ad Oësiam.

CAPVT SEPTIMVM.

1. Pars Neustriæ Normanis delegata à Carolo Caluo rege Franc.

SCRIPSI Historiam Gisortianam seu Gisortii, quæ caput est Vulcasinorum seu Vulcasini Normanici, & Francici duobus tomis, in quaali quod lumen conatus sum dare Francorum, Normanorum & Anglorum rebus gestis in nostro & nostrate Vulcasino, sub quo probo Pontœsiam esse de Prouincia Normaniæ, verum quod eo loci Gallicè diffusiùs hic Latinè in fauorem extranearum gentium contractius repeto, ad gloriam gentis Normanicæ apud alias gentes si non propagandæ quæ per se nota & diffusa, saltem conseruandæ. Aymonius Monachus sancti Germani de Pratis libro de translatione sancti Germani Episcopi Parisiensis, scribit Carolum Caluum Franc. Regem partem Neustriæ concessisse Normanis. Annales quoque Francorum Anonymi cuiuspiam editi à I. C. Parisiensi Petro Pitheo ad annum Christi octingentesimum quinquagesimum. *Northmanni*, inquit, *Godefrido Duce per Sequanam ascendentes regnum Carli deprædantur, ad quorum expulsionem, Lotharius in auxilium vocatus cum sibi cum hoste pugnandum putasset, Carlus clam mutato consilio, Godefridum cum suis in regni societatem suscipit, & terram eis ad habitandum delegauit.* Bene dixit terram ad habitandum delegatam, non autem tunc datam quod factum à Rege Carolo Simplice in fauorem Rollonis & Successorum eius. Dixi in titulo huius capitis nullam Rolloni datam portionem Vulcasini propriè dicti. Scio enim quid noster conciuis & Vulcasinus Andeliacensis magnus ille Hadrianus Turnebus, patriæ nostræ decus, Antiquitatis Pharus & lumen resplendens, ore & calamo Iusti Lipsii & aliorum virorum Doctorum laudatissimus, de Vulcasino senserit, in suis Aduersariis. *Velocasses*, inquit, *quos postea medij sæculi Vulcasinos dixere, etiam comprehendere olim Rothomagum, & intra Velocacensium terminos constituisse.* Loquor in præsenti materia iuxta communem vsum quo Vulcasinú ab Andela ad Oësiam seu Pontœsiam suos terminos habet, quod partito nomine & terra recentiore iure distinctum in Francicum & Normanicum. Apparuit ex superioribus capitibus testimonio Dudonis, & ex Chronico Floriacensi terram partis Neustriæ concessam ab Andela tantum, etsi Normani peterent

2. Hadrianus Turnebus ex Balliagio seu Gisortiana ditione. Non vero data fuit tota. Cēser quod Rothomagum fuerit de Prouincia Vulcasina, Normana & Francica.

ab Epta vſque ad mare. Cui aſſertioni fauet Flodoardus Rhemenſis Canonicus qui non diu poſt illa vixit tempora Secretarius & Amanuenſis Rhemenſium Pontificum, ætate paulo recentior Herueo ſuo Archiepiſcopo, immo quem videre potuit inter viuos. Herueus autem interfuit pactis Caroli Regis & Rollonis Ducis cum ille Regis Franci, Archiep. Rothom. hic munere legationis fungerentur: vnde Herueum honoris gratia per excellentiam Guillelmus Gemeticenſis in negotio pacis indigetat Francorum Archiepiſcopum, ob ſedis Rhemenſis dignitatem, cui competit poſt ſancti Remigii primariam vnctionem Francos Reges oleo ſancto inaugurare & benedicere. Flodoardus ergo in Herueo ſuo toti ſæculo notiſſimo libri quarti capite duodecimo, litem ſi qua eſt in hoc limite conſtituendo, dirimet Normanorum in conceſſione facta ſuo Duci. *De Northmannorum*, inquit, *mitigatione atque conuerſione valde laborauit (puta Herueus) donec tandem poſt bellum quod Robertus Comes (Pariſienſis) Carnotenus egit (quando Rollo ad conſpectum Camiſię B. V. M. ſuper muros Carnotenſes fugit cum ſuis) fidem ſuſcipere Chriſti cœperunt, conceſſis ſibi maritimis pagis quibuſdam cum Rothomagenſi quam penè deleuerant ciuitate, & iiſdem ſubiectis.* Quod autem neque Rolloni neque filio eius Guillelmo terra vltra Andelam conceſſa fuerit, probatur ex Authore additamenti ad Guillelmum Gemeticenſem. *In concordia*, inquit, *quę facta eſt inter Francos & Normanos tempore primi Richardi [filij Guillelmi cuius Pater Rollo] cum redditus eſt Rex Francię Ludouicus [cui Transmarino cognomen filio Caroli Simplicis] qui captus fuerat à Normanis [in quod illis Ludouicus induxerat] auxerunt Normaniam Dani, ab aqua quę dicitur Andela, vſque ad aliam aquam quę vocatur Epta: alij tamen dicunt vſque ad Iſaram [intelligit vſque ad Pontœſiam ſeu Pontiſaram] conſtitutum eſt etiam in illa concordia, quod Comes Normanię nullum faceret ſeruitium Regi Francię de terra Normanię, neque aliter illi ſeruiret, niſi ei Rex Francię daret Feodum in Francia, vnde illi ſeruire deberet. Quapropter Comes Normanię tantum facit hominium, & fidelitatem regi Francię de vita ſua & de ſuo terreno honore: ſimiliter Rex Francię facit fidelitatem ei de vita ſua & de ſuarum rerum honore Comiti Normanię, & nihil aliud differt [alius codex habet, diſtat] inter eos, niſi quod Homagium non facit Rex Francię Comiti Normanię, ſicut Comes Normanię Regi Francię facit, libertatem hanc tunc acquiſierunt Dani ſuis parentibus Comitibus Normanię.* Vetus Chronicon M. S. Normaniæ, quod penes me habeo, legatione propoſita populi Francorum ad Regem Carolum Simplicem pro pace facienda cum Normanis dicitur Rex reſpondiſſe bene ſe velle dare filiam ſuam Giſlam Rolloni Duci, modo Chriſtianam fidem profiteretur: *& terram maritimam*, inquit, *ab Andela vſque Coiſnonem amnem non procul à Monte ſancti Michaëlis, & terminis Britannię, ex quo Regis placito, ſpe pacis, multum gauiſi ſunt Franci.* Dudo Decanus lib. tertio de Moribus & Actis Normanorũ Ducum

3. Rollo petijt terram vſq; ad Eptam vbi fiebat pax, ſed tantum ei conceſſum vſq; ad Andelā.

4. Rhemenſis Pont. dictus Francorum Archiepiſcopus.

Qui valde laborauit pro conuerſione northmannorum.

5. Normani pro captiuī Ludouici Regis Frāc. redemptione, Normaniam auxerunt ab Andela ad Eptam.

Alij etiam vſque ad Oëſiam.

Cum ſolo Homagio & nihil vltra.

6. Rex Frācus Rolloni ſolum promiſit vſque ad Andelam

sub Richardo primo Duce vsque ad Eptam.

in Richardo huius nominis primo Duce. *Epta riuulus*, inquit, *termino direptionis limitat Franciæ Normaniæque regnum*, quod dictum à quibusdam per anticipationem, factum enim sub Richardo, vt fuerit ampliata Normania vsque ad Eptam, propterea sæpe Andelæ & Eptæ limites confunduntur.

Sed sæpè confunduntur limites per anticipationem. Probatur ex Chronico Normaniæ.

Vulgare Chronicon Normaniæ capite trigesimo septimo. *Ludouicus quartus* (*seu Transmarinus*) inquit, *Rex Francorum ad tempus liberatus est à potestate, & ex manibus Normanorum dando obsides, Lotharium & Carolomanum liberos suos, Episcopos Bellouacensem & Suessionensem & quosdam Barones Franciæ: pactum est atque Conuentum ad Eptam fluuium apud sanctum Clarum. Ex eo tempore Ducatus Normaniæ extensus est vsque ad Eptam, qui limitabatur prius ab Andela fluuio.* Idem Chronicon capite quadragesimo primo refert peractam istam & confirmatam Conuentionem ex parte Lotharij Regis & Richardi Normaniæ Ducis, vtroque

7. Rex Francorum & Dux Normaniæ, per xv. dies recreantur apud sanctũ Clarum ad Eptam.

Principe eo loci pro quindecim dies commorante in multa pace & continuis conuiuijs: & capite quinto & quadragesimo legitur de Roberto primo huius nominis, ordine sexto Duce Normaniæ. *Henricum*, inquit, *Franciæ Regem* (*Roberti Regis Pientissimi filium*) *Comitatus est vsque ad Gisortium, tantumque potuit Normanorum armis vt cogeret Constantiam* (*Reginam Matrem*) *à cœptis desistere sineretque Henricum filium pacificè regnum Franc. possidere: propter quod potens atque efficax Roberti Ducis auxilium Henricus Rex Normano Duci dedit Pontæsiam & totum Vulcasinum.* Ordericus Vitalis Anglus sed

8. Robertus Dux Normaniæ armis suis restituit Regẽ Franc. Henricum in suum regnũ.

Vticensis seu sancti Ebrulphi in Normania Monachus, libro septimo Ecclesiasticæ Historiæ merito cum aliis Scriptoribus arguit Reginam Constantiam quod nouercali odio exæstuans persecuta sit Henricum natu maiorem vt præferret Robertum eius iuniorem fratrem, quem Rex Pater testamenti tabulis Ducatu Burgundiæ donauerat. Mater & Burgundio virtute Normana redacti in ordinem ad sanam mentem coacti redire, *Henricus autem*, inquit, *in regno confirmatus Roberto Duci Normaniæ gratias egit, illi pro beneficio suo totum Vulcasinum à fluuio Isara* (*intelligit Oesiam vel Oësium*) *vsque ad Eptam donauit. Hoc nimirum Drogo eiusdem Comes Prouinciæ libentissimè concessit* (*notandus consensus Vulcasini Comitis, quo fit Normanus cum suis Pontæsianis & Vulcasinensibus*) *factoque hominio dum vixit præfato Duci Roberto fideliter seruiuit. Ambo Consules virtutum stemmate pollebant, & sese vicissim admodum diligebant mutuaque honoratione & prouectu tripudiabant. Præfatus Drogo vt dicitur, de Prosapia Caroli Magni Regis Francorum, eique Robertus* (*Dux*) *dederat in coniugium Godionam consobrinam suam sororem Eduardi* (*sancti*) *Regis Anglorum & cum Drogone Robertus iuere Hierosolymam, & defuncti sunt in peregrinatione.* (Scilicet apud Nicæam vrbem Bithyniæ Concilio Generali sub Syluestro primo summo Pontif. celebrem.) Sunt qui opprobrio sed perperam vertunt nostro Regi Henrico ingratitudinis maculam quod quasi sui oblitus & Beneficij accepti à

Ideo aucta est Normania vsque ad Pontœsiam.

9. Drogo Comes Vulcasini consentit se & suos Pontœsianos esse Normanos, & Normano Duci fecit homagium.

Roberto

Roberto Normano Duce, eo mortuo in Terra Sanctà cum Drogone: credulus consiliis quorumdam Aulicorum qui semper inuiderent gloriæ & rebus prosperis Normanorum, suasus est repetere à Guillelmo Duce pupillo quod ipse patri eius Roberto iusto titulò & pro debito præmio donasset: huius est sententiæ idem Ordericus: *pagum*, inquit, *Vulcasinum auidè repetijt, iurique suo postmodum mancipauit, quia Guillelmus Nothus Roberti filius pro puerili debilitate ius suum vindicare non potuit: igitur anno vigesimo primo ex quo super Anglos regnauit, requisitionem, & calumniam de Vulcasino Comitatu Philippo primo (Henrici Regis defuncti filio) Regi Francorum, fecit.* Hæc scribebat Vitalis apud sanctum Ebrulphum non procul ab Argentono oppido Normaniæ. In hac falsa opinione sequacem habuit Gemeticensem Ordinis commilitonem, qui adnotat repetitionis Vulcasini per Henricum consultorem fuisse Amalaricum seniorem de Monteforti. *Henricus Rex maternam sustinens persecutionem cum duodecim*, inquit, *nobilibus venit ad Robertum Ducem, vt sibi materna fraude exulanti, dignaretur miserabiliter subuenire, qui Robertus damnis incomparabilibus Francorum ceruicositatem compegit, quibus coërcitis repulsum Clitonem suo regno restituit, sed periculo euitato auxiliator facilè obliuioni traditus.* Viden Lector prudens si ita res se habet, quam sint ambulatoriæ ingratorum hominum voluntates. Verùm cum bona pace Vticensis & Gemeticensis in hac narratione falsam Henrico regi iniuriam inurunt, quia nihil vsquam molitus contrà Guillelmum pupillum suæ curæ à defuncto patre concreditum, & Ordericus seipsum facultatis arguit, dum scribit Henrici filium Philippum primum Regem repetiisse sub minoribus annis Guillelmi Ducis donationem à patre Henrico Roberto Duci factam: ergo falsum est portionem illam Vulcasini repetitam ab Henrico: non enim si iam repetita per Henricum iterum erat repetenda per Philippum, adeo verum est mendacium sibi nunquam constare. Assertionem meam probat Aymonius Monachus quem referam præmisso Gemeticensi libri sexti Historiæ Normanorum capite septimo cui titulus, *quomodo Dux Robertus iuuit Francorum Regem Henricum contra Constantiam matrem suam. Henricus Rex*, inquit, *Patre Roberto Rege viuente Francorum regno potitus, tanto postmodum à matre Constantia nouercali odio est affectus, vt conspirantibus aduersus eum Comitibus à regali fastigio eum deponere satageret, & Robertum fratrem eius Ducem Burgundionum illius loco subrogare disponeret. Consultu itaque suorum, ad Robertum Ducem Normanorum cum duodecim clientibus fecit confugium, ac apud Fiscannum per fidei debitum sibi ab eo subueniri petijt. Dux eum recepit honorificè, multis donis honorauit, & non multo post decenter equis & armis instructum patruo suo Malgerio Comiti Corbuliensi destinauit, &c.* Plura eo loci de expugnatis Henrici Regis rebellibus à Duce Normano eiusque prudentia suo Regi reconciliatis post exinanitos conatus Matris iniquæ Reginæ. Chro-

Falsò obiicitur Henrico I. Regi Franc. ingratitudo in pupillum Roberti Ducis.

9. Emendatur Ordericus & Gemeticensis de Franco Rege malè sentientes.

10. Homines facilè beneficiorum obliuiscuntur.

Ordericus à seipso arguitur falsitatis, quia nunquam sibi constat mendacium.

11. Franci Regi suo consulunt à Duce Normano auxiliū petere eius & opem restitui.

Quem excepit honore cum magno Dux Normaniæ & cum ingenti Comitatu Gisortium reduxit, deinde vsque Parisios cum militari manu.

Post domitos Francos ope Normana datur pro mercede Pontœsia Normanis, ex quo Franci valde irati.

nicon Normaniæ Henrico Regi à Fiscano redeunti, adiungit imperatum viæ socium à Roberto Duce Guillelmum Comitem Archensem seu Talogii fratrem dicti Roberti Ducis: *Et post*, inquit, *octo dierum festiuam lætitiam, abeuntem suum Dominum Henricum Regem Gisortium vsque comitatus fuit [puta vsque ad terminos ditionis tunc suæ] pollicitus se propediem cum exercitu adfuturum, & cum quingentis lanceis iussit suos Regem Parisios saluum & incolumem reducere. Ea propter [post debellatos & ad ordinem redactos rebelles Francos] Henricus Rex dono dedit Duci Roberto Pontæsiam, Caluimontem & totum Vulcasinum Francicum, ex quo Franci magnam erga Regem concepere indignationem.* Istam adhuc iniquioris animi ægritudinem recrudescere sæpe sæpius compertum habemus in corde & ore Pontœsianorum, quibus post pauca abundè satisfacturum me confido. Locum istum Chronici Normanici placuit Senatui Burdigalensi referre in suo Senatusconsulto Calendis Iulii MDLVI. quod suo adnotabo tempore. Aymonius Monachus Parisiensis Benedictinus, qui ex lectione eius Historiæ apparet floruisse circa annum millesimum centesimum & quod excurrit, ille libri quinti de rebus gestis Francorum capite quadragesimo octauo. *Rex*, inquit, *Philippus primus videns suum Dominum per insolentiam (idest more insolito Principibus quibus in vsu ampliare limites suos non autem abbreuiare) Prædecessorum suorum, imminutum esse & fere annihilatum, cupiensque illud reaugere, occupauit Vulcasinum suo adaugens Dominio.* Nota Vulcasinum absolutè nondum orta distinctione in Francicum & Normanicum, ita legebamus ex Martyrologiis absque vllo adiuncto, in pago Vulcasino Natalis SS. Nicasii & sociorum: Natalis S. Clari, &c. eo sensu apud Abbatem Suggerium in rebus gestis Ludouici Grossi filii Philippi recuperatoris Vulcasini, legitur Ludouicus Rex fecisse Homagium sancto Dionysio de Vulcasino, idque absolutè & indefinitè. Ludouicus melior Patre & benignior, misertus est aliquando sortem Guillelmi Principis filii Roberti secundi Normaniæ Ducis, qui Robertus quamuis esset natu maior, à fratribus suis Guillelmo Rufo, & Henrico postea huius nominis primo Rege malè habitus: Vulcasinum ex Normana manu à Philippo Rege nuper receptum, Rex Ludouicus, profugo à Patruis & à Patria nepoti eorum Guillelmo dedit eumque hospitio recepit: deditque illi in vxorem sororem vxoris suæ Reginæ Adelis. Guillelmus Pictauiensis antiquus Scriptor Historiæ Normanorum. *Guillelmus exul*, inquit, *ætatis suæ vigesimo sexto: huic Adelis Regina vterinam sororem suam (Lambertus Vvamdelburchius in Historia Gentilitia Principum Sabaudiæ in Humberto secūdo eam appellat Ioannam, cui, inquit, Vir, Guillelmus Normanus Flādriæ Comes) dedit illi in coniugiū Raynerij Marchionis sobolē. Ludouicus autem Rex dedit ei Pontæsiam (en Pontæsia iterum Normana) & Caluimontem atq; Meduntā, totumq; Vulcasinum. Hoc factum est mēse Ianuario*, anno millesimo centesimo vigesimo sexto, ibidē post pauca.

12. Historici Francorum Philippo I. Regi tribuunt Pontœsiæ repetitionem non autem Henrico.

13. Vulcasinus indefinitè ante eius partitionē.

14. Ludouicus VI. Rex melior Philippo Patre benefacit Normano Principi exuli: dat ei Vulcasinum & Ioannam sororem Reginæ Adeleidis in vxorem.

1126.

Ante quadrageſimam, inquit, *Giſortio venit cum militari manu Normaniam calumniari; ſed eum Normani velut naturalem Dominum geueriti ſunt.* Tilletus in Chronico fallitur ad annum 1118. Autumans hunc Guillelmum fuiſſe filium Henrici primi regis Anglorum, cum fuerit genitus à Roberto natu maiore fratre Henrici. Guillelmus Gemeticenſis libri octaui cap. 14. concurrit in eadem narratione cum Pictauienſi, niſi quod ſuperaddit Principem Guillelmum Normanum beneficio eiuſdem Ludouici Craſſi Regis factum Comitem Flandrenſem poſt mortem ſancti Caroli Comitis impiè occiſi à Flandris in die Cinerum in capite ieiunii Quadrageſimalis, idque in loco ſancto templi. Ordericus Vitalis libro duodecimo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. *Tandem*, inquit, *cùm Guillelmus exul eſſet viginti ſex annorum, & nemó potuiſſet de paterna hęreditate recuperanda ſuffragari contra patruum ſuum (puta Henricum primum Ducem Normaniæ per vim occupatę contra Robertum Ducem Patrem Guillelmi) Adelis Regina, &c. vt ſupra Ludouicus autem Rex dedit ei Pontæſiam, Caluimontem atque Meduntam totumque Vulcaſinum.* Concordat Pictauienſi & Gemeticenſi, & eadem tranſcribit quæ piget repetere, ne actum agam: Ex illis ergo probatis Auctoribus conſtat Ludouicum Craſſum eodem bono animo affectum fuiſſe erga Normanam gentem, quo auus eius Rex Henricus, & prætermiſſa ſimultate Patris ſui Philippi Regis rependiſſe accepti beneficii vicem acceptam in reſtitutione regni auiti per Robertum Ducem auum Guillelmi Principis exulis. Exemplum ſecutus Regum ſuorum Antecesſorum, qui gentem bellicoſam Normanorum experti eſſent non vi cogendam, ſed beneuolentia demulcendam. Ex Priſco Auctore Anonymo de geſtis Normanorũ in Francia diſco ad annum Chriſti octingenteſimum octogeſimum ſecundum, aſſueuiſſe Reges Francorum beneficiis pacificare Normanos, & amicitiam eorumdem beneuolentia conciliare. *Carolus Caluus frater Ludouici Romam perrexit vbi factus Imperator, obſedit Normanos in Haſlau. Rex Normanorum Godefridus illi obuiam iuit, cui Carolus dedit regnum Friſonum, quod olim Northmannorum Rex Roricus tenuerat, & coniugem ei dedit Giſlam filiam Lotharij Regis (fratris eius.) Northmannoſque de ſuo regno abire fecit.* Idipſum legere eſt apud Rheginonem Abbatem Prumienſem vicinum ſæculo primarió Northmannorum in Chronico ſuo ad dictum annum octingenteſimum octuageſimum ſecundum. *Carolus Imperator*, inquit, *in Italia morabatur, Godefridus Rex Northmannorum, ea conditione ſe fore Chriſtianum pollicetur, ſi illi munere Regis Prouincia Friſia concederetur, & Giſla Lotharij filia in vxorem daretur, & ſacro fonte ab Imperatore ſuſceptus.* Codex M. S. Fuldenſis Monaſterii, ad annum Chriſti DCCCX. verba faciens de primaria Friſiæ donatione facta Rorico. *Carolus Magnus*, inquit, *Aquiſgrani claſſem ducentarum nauium de Northmannia* [*puta Septentrionali non de Gallica*] *cuius nomen ne quidem natum vel auditum in ea parte Neuſtriæ,*

Cum quo Rex Giſortij recipiuntur.

15. Corrigitur Tilletus in Chronico.

16. Guillelmus Princeps Normanus fit à Rege Franc. Comes Flandriæ.

17. Henricus I. & Ludouicus Craſſus Reges Franciæ bene affecti erga gentẽ Normanam, beneuolentia non vi demulcẽdam.

18. Carolus Caluus dat Normanis Friſiam ea lege quod Chriſtiani fierent.

De ſacro fonte Imperator ſuſcepit eorum Ducem Godefridum.

qua diu (postea dicta est Normania) in Frisiam appulisse audiuit, Danosque victores victis imposuisse tributum, &c. puta Rorico Duce: quam possessionem confirmauit Ludouicus Pius ex Codice Fuldensi. *Rorich*, inquit, *natione Northmannus Dorestadium iure beneficij tenuit, inter Saxones, qui sunt confines Northmannis, mansit. Carlus dat partem terræ suæ Northmannis; Rorich Northmannus, qui præerat Dorestadio, cum consensu sui Domini Lutharij Regis classem duxit in fines Danorum, & consentiente Roricho Danorum Rege, partem regni quæ est inter mare & Egidoram [fluuium] cum suis possedit.* His beneficiis adde Britanniæ partem quam supra retuli à Rege Francorum datam Normanis.

Rorich Normannus Dorestadiũ possedit iure beneficij Regij.

19. Breuiarium vetus Ecclesiæ Rothomagensis quod manuscriptum Gisortiana Ecclesia conseruat, Rothomagum vetat Rotonum diciteque esse in Lugdunensi secunda. Tomi tertii Conciliorum parte altera editionis Seuerini Binii, transcribitur Epistola S. Gregorii septimi Papæ ad sanctum Gebuinum Archiep. Lugdunensis primæ, & sequitur vna ad Episcopum Lugdunensis secundæ Archiep. Rothomagensem; Ammianus Marcellinus scriba seu Secretarius Imperatoris Iuliani Apostatæ in libris Historiarum laudans Rothomagum ait ornare Lugdunensem secundam. Sanctus quoque Sidonius Apollinaris Episcopus Aluernorum seu Claromontanus contemporaneus S. Clodouei primarii Regis Francorum Christianissimi in suis Epistolis, prædia Baiocassina quæ nos appellamus hodie territorium & patriam Bessinorum pertinere scribit ad Lugdunensem secundã: Adde S. Hilarium libello de Synodis, Sextum Rufum in Breuiario, & Isidorum Hispalensem, præter alios multos antiquo sermone loquentes.

Normania Romanis erat Lugdunensis secundæ.

Baieux païs de Bessin.

20. Romani victis Gallis Gallia potiti suo idiomate denominauere vrbes & prouincias, victis Romanis in Gallia armis Frãcorum, mutata rerum facie Galliæ diuisæ à Francis in Austriam seu Austrasiam & in Vvestriam seu Neustriam, sub qua Neustria Pontœsiã comprehendebatur, sicut olim sub Lugdunensi secunda. Vetus scriptor vitæ S. Genulphi à famoso Rheno flumine ad Sequanam, discriminat Galliam Belgicam ab aliis partibus Galliarum, docetque illarum partem Occidentalem appellatam Neustriam. Abraham Ortelius in theatro Geographico ait Neustriam comprehendere Gallicam illam regionem, quæ à Rhodano & Sequana fluminibus terminatur ad Oceanum & mare Britannicum. Hotomannus Iurisconsultus Parisiensis tum ex Austria Lazii, tum ex Chronico maioris Monasterii, contestatur Neustriam esse quicquid à Parisiis & Aurelianis interiacet intra Ligerim & Sequanam, vsque ad Oceanum.

Franci Gallias denominauere & diuisere Franciam, in Austrasiã & Vvestriã seu Neustriã.

21. Pontœsia sub Neustria vt olim sub secunda Lugdunensi. Extensio torius Normaniæ quæ fuerit.

32. Obiter moneo Antonium du Pinet in suis Geographicis Chartis, vbi de Rothomago occurrit sermo, decipi, cum scribit Prouinciam Neustriæ tempore Iulii Cæsaris protensam ab Oësia vsque ad mare Oceanum, (dicere debuerat Lugdunensem secundam, nam post multa sæcula posteriora Cæsare natum est nomen Neustriæ) &

Corrigitur Geographus Pinet. Neustriæ nomen post multa sæcula à tempo-

ab amne Somona vſque ad Coiſnonem, qui fluens à munitione valida Fugeriarum diuidit Britanniam à Normania, indeque verſus Promontorium ſancti Michaëlis in mare labitur. Prouerbium ſatis vulgare Britonibus dolentibus, locum ſanctum & celebrem ſancti Michaëlis cenſeri de Normania non de ſua Britannia.

Coësnon fit vne grand' folie,
Mettant le Mont en Normandie.

[Margin: re Iulij Cæſaris natū. Armoricus lib. 8. Philippidos Abrinc. finibus à Britonum quos limitat vnda Coëthni.]

Papyrius Maſſonus libro de fluminibus Galliæ qua Francia eſt, vno verbo expedit totam de Lugdunenſi ſecunda controuerſiam. *Sciendum eſt*, inquit, *Normaniam eſſe quam veteres Lugdunenſem ſecundam appellát*. Pontœſiani ex nupera diſtinctione Parlamentorum, 23. fruſtra ſe volunt ſequeſtrare à Prouincia Normaniæ, cum ſit recentior Parlamentorum inſtitutio & noua reſpectu inſtitutionis Prouinciarum, & raro inter ſe conueniunt terminis Parlamentum & Prouincia in regno Franciæ: ſæpe Prouincia vna diuerſis ſubiacet Parlamentis, aliquando Parlamentum plures continet Prouincias: itemque Parlamentum & Prouinciæ diuerſarum ſunt Diœceſeon. Sufficit Pontœſianos in ſpiritualibus & temporalibus agnoſcere Rothomagum ſuam Metropolim caput Normaniæ, Neuſtriæ & ſecundæ Lugdunenſis: præſtare tributa, & Diœceſim ſuam profiteri apud 24. Rothomagum. Lucæ capite ſecundo legitur exiſſe editum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis, *& ibant*, inquit, *omnes profiteri in ſuam ciuitatem*, aut iuxta Græcum ſenſum, ibant omnes deſcribi vnuſquiſque in propriam ciuitatem, καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι ἕκαστος, εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. Euthimius Sigebertus 25. Ordinis ſancti Baſilii Monachus qui Cardinali Baronio iuſto iudici cenſetur accuratiſſimus Scripturarum expoſitor, eo loci ſancti Lucæ ἰδίαν πόλιν interpretatur Metropolim ad quam tribus deferret tributum. Ioſephus enim in Antiquitatibus Iudaïcis ſcribit Auguſtum ideo deſcriptas voluiſſe facultates Iudæorum, vt iuxta illas penſitarent cenſum. Idem docet libro primo de bello Iudaïco, & Euſebius aſſentitur in Chronico, & Venerab. Beda in ſuo Martyrologio, quibus concordat Suidas, verbo ἀπογεγράφθαι nec non Caſſiodorus libro tertio Variarum.

[Margin: Prouinciarum diſtinctio eſt antiquior inſtitutione Parlamētorum & limitibus raro cōcordant neque cum Diœceſibus.]

[Margin: Pontœſia omni iure Normana.]

[Margin: Metropolis agnoſcitur ex tributi pēſitatione.]

Aſcenderunt ergo Maria & Ioſeph de Nazareth minore oppido in maiorem vrbem Bethleem ſua nomina profiteri, quia erat caput vrbium familiæ Dauid qui in ea natus fuerat (alia ratione Hieruſalem dicta ciuitas Dauid ob frequentiorem & penè continuam habitationem in ea) Anno Chriſtiano milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo Ianuario menſe, in Conuentu totius Cleri Normaniæ 1628. pro conferenda ſtipe ad arma iuuanda Regis pro expugnatione Rupellæ tunc Hæreticæ rebellionis arce & aſylo, delegatus eſt pro Vicariatu Pōtœſiano & Archidiaconatu Vulcaſini Frácici Mag. Petrus 26. Acarie Vicarius & Officialis Rothomagenſis apud Pontœſiam, dato illi pro conſodali Rectore Eccleſiæ de Lymæo in ſuburbio vrbis Me-

[Margin: Maria & Ioſeph de Nazareth iuere in Bethleem pro tributo perſoluēdo in vrbe capite.]

[Margin: Pontœſiani ad tributum ſoluendum]

Rothomagũ agnoscunt.

duntæ cis Pontem Sequanæ delegati, interfuere Comitio Ecclesiastico apud Rothomagum in Palatio Archiepiscopali. Apud Acta Curiæ Regiæ subsidiorũ Regiorum Normaniæ asseruatur Rothomagi

1531.

Decretum pronuntiatum anno MDXXXI. tempore Regis Francisci primi X. Iunij, ex quo constat Pontœsianos, tunc pro tributis persoluendis ius à Normanis audiuisse. Non sum nescius

Leg. Ioannes Nogerel Archid. Rothomag. in Chronico Norman.

postea aliquid immutatum commodo viciniæ quam habet Pontœsia cum Lutetia Parisiorum, decretum vt Electi subsidiarij Pontœsiani Sententiarum appellatio Parisios respiceret: Guillelmus de Bray ciuis & Pontœsianus Syndicus, pro suæ ciuitatis plebeio ordine, in Conuentu trium Ordinum Normaniæ sui præsentiam exhibuit,

1548.

quarta Nouembris 1548. solentque toties quoties Ordines Normaniæ Edicto aut Litteris Regiis conueniunt, adesse Pontœsiani:

mense Iulio. 27.

Rex Henricus secundus diplomate suo nouum subsidium imposuerat Normanis, cuius impositionis oneri, seu quod vocant contributioni subeundæ, Pontœsiani aduocati tanquam Normaniæ

Pontœsiani intersunt Comitos trium ordinum Normaniæ. Contendere aliquando voluere se non esse Normanos. Ob hoc fuit litigatum in magno Regis Consilio, vbi causa cadunt 12. Iulij 1549.

comprouinciales, nescio quo genio tunc moti, omni sæculo Neustriis atque Normanis adscripti, recalcitrantes petiuere sibi dari Iudices à Rege, qui vocatis in ius Normanis ex tribunali pronuntiarent vtrum de Normania essent censendi. Rex postulatis importunis tandem annuit sperans nouam ægritudinem animorum sanare, controuersiam omnem transmisit ad sui Magni Iudicij Iudices iussos ex æquo & bono iudicare. Negotio ergo maturè deliberato re vtrimque debitè contestata, Decreto Senatorum xii. Iulii MDXLIX. pronuntiatum ab antiquo, Pontœsiam Normaniæ Prouinciæ adscriptam & futuris sæculis iure merito adscribendam. Pontœsiani sui impotentes, altercando ius saltem vero simile sibi acquirere studentes, renouauere iurgium, iniuriam ciuitati suæ factam ridiculè contestantes: obtinuere à priuato Regis Consilio alios Iudices anno sequente MDL. Calendis Decembris, & controuersum ius, delegatum Senatoribus Curiæ seu Parlamenti Burgundiæ apud Diuionem: frequente Senatu & conuocatis debito tempore Camerarum omnium Iudicibus, post longam concertationem sedente Senatu in Laticlauio

Confirmatur Decreto Senatus Burgundiæ 20. Decemb. 1552.

purpurato decreuere, legitime & Iuridicè statutum à Magni Consilii Iudicibus, esseque sine dubio Pontœsiam Normanam die XX. Decembris MDLII. nihilo facti pacatiores Pontœsiani recrudescunt animis, nouam controuersiam moliuntur, & extorquent à Rege Litteras Patentes XXII. Nouembris MDLIV. quibus importunum negotium deuolutum ad Curiam seu Parlamentum Burdigalense,

Et iterum altero Decreto Senatus Burdigalæ 21. Iulij 1557.

cuius placitum tanto maturius deliberatum quanto difficilius & iniuriosius videbatur reluctari contra duo antecedentia Decreta, multa animorum præuia contentione obtenta studuere Patres conscripti simul & semel partium simultatibus obuiare. Pontœsiani omnem mouebant lapidem ad destruendum ius Normanicum: Normani vero æquitate stabiles, euentum rei, qua poterant animorum tran-

quillitate ac moderatione præstolabantur. Placuit tamen Burdigalensibus Senatoribus confirmare anteriora Decreta, & pronuntiare non tam in fauorem Normanorum quam pro conseruanda æquitate & possessione antiqua honoris debiti à Pontœsianis in gentem Normanam pro restituta regni Francorum gloria virtute sua bellica sub Henrico huius nominis primo Francorum Rege. Consedêre ergo Patres, & pro veritate rem iudicatam habuerunt, die vigesima prima mensis Iulii anno 1557. quo Senatusconsulto cautum est, Pontœsiam cum ciuibus suis ad Normanam Prouinciam pertinere, esseque Pontœsianos comprouinciales Normaniæ, pluries vero contumaces & iuris peruicaces in expensas litium obstinatè contestatarum condemnauere. Quorum Decretorum & auitæ potestatis iusta authoritate, Electus priuatus seu singularis apud Pontœsiam commodo ciuium in rationibus Subsidiorum constitutus, membrũ Pręfecturæ Gisortianæ est: sed sui ille oblitus, & indebitam Iurisdictionem vendicans plura arrogabat propter quæ in ius vocatus à Collegio Scholaque Subsidiorum regiorum Gisortiana placito priuati & secretioris Consilii Regii nona Aprilis MDCXXVII. vetitum est Mathæo Lescombat Pontesiæ singulari Electo ne se primicerium Electum in titulis inscriberet, aut Electi capitalis munia obiret aut moliretur quidquam quo, Gisortiani Collegii Iuridica minueretur in Pontœsiam & Pontœsianos auctoritas, neve præsumeret imponendis tributis sese immiscere: neque super controuersiis exemptionum exemptorum aut eximendorum à persoluendis Regiis tributis se pro iudice vendicaret. Non est ergo nouum, immo antiquissimum Pontœsianos iure ciuili & Ecclesiastico esse Normanos Rothomagensesque Diœcesanos Gisortii tributum pensitantes, vnde deferatur Rothomagum ad Fiscum Regium, iuxta morem ritumq; à Maioribus per manus nepotum acceptum, & quod hodie perseuerat omnium Geographorum suffragio. Vulcasini limes ad Orientem est Oësia: ipsum autem Vulcasinum absolutè sumptum pars est Neustriæ & Normaniæ & Lugdunensis secundæ Romanorum. Non video quî possint contradicere Pontœsiani se esse Lugdunensis secundæ Neustrio-Normanos, eiusdemque esse sortis & conditionis cum Metropoli sua Rothomago, & non minus ad Normaniam attinere quam ciues incolæ Montis sancti Michaëlis, aut Abrincensis ciuitatis cum sint ex æquo termini hinc inde vnius & eiusdem Prouinciæ quocumque nomine indigetetur, sintque etiam de Gallia Belgica Cæsaris. Hi autem & illi ab ortu primario Regum Franciæ sub eodem Domino & Dominio computati, esse ad duo aut tria sæcula (salua tamen Regum suprema in nos & nostra auctoritate) fuerint concessi in Feodum & Allodium aduenarum Normanorum, quorum Ducibus à Prouincia exactis, quisnam inficietur postquam armis Philippi Augusti aui sancti Ludouici, nostrum vtrumque Vulcasinum cum tota Normania rediit ad pristinum Dominum, anti-

28. Pontœsianos gloriari decet se factos Normanos, propter gloriã regni Francorum per Normanos.

29. Condemnati Pontœsiani in expensas litis.

30. Arrogantiã singularis Electi apud Pontœsiam comprimitur Decreto Regio.

31. Pontœsiani sunt secundæ Lugdunensis Neustrio-Normani & de Gallia Belgica.

32. Ab initio Regum Fráciæ sub eodem Domino, quo Rothomagum per plus duo sæcula datũ Normanis Ducibus;

Sicut nos Gisortiani & ante nos Rothomagenses.

quam Neustriam suo pristino Iuri & Dominio restitutam? neque Gisortium nostram, Pontœsiam, Rothomagum, & ipsum Cæsaroburgum, aut Promontorium sancti Michaëlis diuersæ censeri conditionis quam cæteræ regni Prouinciæ aut ciuitates. Ecclesiastica potestas erga Pontœsiam nunquam mutationem passa est & nullam

Extinctis Ducibus omnes cediderunt ad vnum & eundem Regem.

alteram Diœcesim agnouit quam Rothomagensem à sancti Nicasii sodalis sancti Dionysii Areopagitæ temporibus vsque ad præsentem diem, & non est homo qui possit in veritate aliud conuincere. Voueo ego vt quamdiu durabit regnum Francorum (duret vero vsque in finem sæculi) institutum illud Apostolicum aut saltem discipulorum Apostolorum perseueret donec militans Hierusalem transeat in beatam illam requiem qũa vti frui speramus in concilio Iustorũ & congregatione. Contraho paucis longam longiorem argumenta-

33. *Inductio demonstratiua, quod Pontœsia faecit semper eiusdem cum Rothomago Prouinciæ.*

tionem, si pars Neustriæ seu pars Occidentalis regni Francorum primo data Northmannis Gentilibus vt fierent fideles & Catholici, ab Andela fluuio vsque ad Coisnonem & ad mare, cœpit & potuit dici Normania Gallica: tuncque Rothomagum caput Lugdunensis secundæ & Neustrię facta Metropolis Normanorum. Aut si secunda donatione prius integrum sed eo tempore diuisum Vulcasinum & partitum cœpit appellari Normanum ab Andela vsq; ad Eptam & vrbem Gisortium, nosque Gisortiani ex illo tempore transiuimus in nomen & in iura Normanorum, concessi Richardo Duci pro redemptione in bello capti Regis Francorum Ludouici cognomine Transmarini filij Caroli Simplicis, qui Rolloni Andelam limitem donationis suæ posuerat. Cur tertia vice aucta ditione territorio-

34. *Æqualis est potestas Regum in annis sui regni.*

que Normanorum pro suis in Regem Francorum beneficiis & restitutionem regñi, pro belli impensis & pręmio militię Roberti Ducis, Regis Henrici vindicis. Pontœsia, Caluimons & reliqua concessio minus faciet esse Normanos Pontœsianos, Caluimontenses, & alios, quam Gisortianos, secunda vice & Rothomagenses primo pacto pacis effecti sunt Normani? fuit enim æqualis Regia potestas Caroli Simplicis, Ludouici Transmarini & Henrici Regum Francorum. Quod si vnius horum in dubium reuocatur potestas aut facultas donandi æqua erit sors seu affirmatiua seu negatiua duorum aliorum Regum & duplices concessiones eorum, aut par iudicium

35. *Pontœsianos vnus & idem populus cum gente Vulcasina.*

ferendum de Rothomagensibus, de Gisortianis & de Pontœsianis. Mirum est Pontœsianós olim omnem mouisse lapidem quo se Normano nomine & societate abdicarent, non solum Diœceseos titulo sed & Prouinciæ: quasi vero non simus vnus populus & eadem gens Vulcasina, sub eodem climate & parili aspectu solis. Quod si di-

36. *Gisortiani pietate & moribus nõ cedunt Pontœsianis.*

uersitas morum elegantiorum & probatiorum accedit ad laudem vnius vrbis ad alteram compositæ. Amabo iudicent sincerè, & absque prauo animorum affectu qui aliundè veniunt à Lutetia Parisiorum in Normaniam, vter ciuis Gisortianus aut Pontœsianus cis & vltra Eptam, sit comitate, & humanitate, pietate, & deuotione commendatior.

mendatior. Interea contemplare Lector puerilia ingenia, & hebes
quorumdam iudicium, improperantium dedecus nationi nostræ, *Psal. 7.*
quod in eorum proprium redundat caput, & in verticem eorum ini-
quitas eorum descendit. Quod si non est dedecus (quod nullus qui
sapit crediderit) esse Normanum & censeri Neustrios de Prouincia 37. Nugæ pueriles quę obiiciuntur Gallis Normanis.
Normaniæ, quam stolida isthæc exprobratio, imputare nationi
Gallicæ & Belgio Francorum, Aquilonaris gentis dum Pagana fuit,
si quæ reputetur contumelia. Quod si pacta conuenta pacis, connu-
biorum redemptionis, aut remunerationis immutare potuerit, pris-
cam Neustriorum denominationem ex traditione territorii in ma-
num alterius Principis: poterunt appellari Normani quotquot fue-
re populi & ciuitates quæ dominij fuere quondam Normanici, Car- Normani erunt Angli, Andegauenses, Turonenses, Cœnomani, Aquitani, Pictauiéses.
notenses, Blesenses, Neapolitani, Siculi, Calabri, Afri, Flandri, Angli,
& plures alii populi quibus Normani Principes, & qui ab illis des-
cenderunt tot sæcula imperauerunt. Nolo pluribus contendere in re
apertissima in qua etiam habemus confitentes reos, & Pontœsianos
vltro plenaque lubentia, ad obtinendam culpæ præteritæ Indulgen-
tiam apud Religionis Christianæ Patrem Catholicum & vniuersa-
lis Ecclesiæ parentem Pont. Max. Clementem octauum pro Nor- 38. Pontœsiani profitentur se Normanos apud Pontif. Romanum ad veniam impetrandam præteritæ culpæ.
manis & de Prouincia Normaniæ se esse profitentur per vsufructua-
rium eorum tunc Dominum, & Procuratores suos Romani delega-
tos, in Romana Curia obtinuere Diploma Pontificium. Quod ad
futuram rei memoriam asseruatur in Archiuo Pontœsiano Curiæ
Ecclesiasticę, cuius verba necessaria placuit transcribere super exem-
plari fidei meæ commisso per Vicegerentem dictæ Curiæ Domi-
num Bordreau Canonicum Ecclesiæ sancti Melanii dicti vrbis.

Bulla Clementis Octaui Papæ XV. Ianuarij MDCI.

CLEMENS PP. VIII. Ad futuram rei memoriam, &c. Terra Pontisaræ Rothomagensis Diœcesis sollicite prospicere, volentes supplicationibus dilecti filij Caroli de Neufville Baronis de Halincourt, Equitis vtriusque Ordinis, & tunc ad nos Oratoris charissimi in Christo filij Henrici Francorum Regis Christianissimi; & dictæ terræ Gubernatoris, nobis desuper porrectis, inclinati: Omnibus & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, qui Ecclesias sancti Vedasti, & sanctæ Mariæ, & Fr. Minorum, &c. intra spatium sex mensium, post annum tunc currentem Iubilæi incipiendorum, &c. si verè pœnitentes & confessi, Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum in aliquo ex dictis diebus deuotè sumpserint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem, ac eamdem quam dicto anno Iubilæi Christi fideles, &c. consequi poterant, &c. supplicationibus filij no[...]i Petri, sancti Nicolai in carcere Diaconi Car-

Quod probatur ex Bulla Clementis VIII Papæ 15. Ianuarij 1601.

39. Statio pro Normaniæ Iubilæo apud Pontœsiam. Vrbem Diœcesis Rothomag. & de Prouincia Normaniæ.

dinalis Aldobrandini nuncupati nostri secundum carnem ex Germano fratre nepotis, ac nostri & Apostolicæ Sedis apud prædictum Henricum Franc. Regem Christianissimum de latere legati super hoc nobis porrectis, inclinati supra dictam Indulgentiam in forma Jubilæi ad omnes vtriusque sexus fideles totius Prouinciæ Normaniæ, in qua Prouincia dicta terra Pontisara sita est, vt præmittitur visitantes, &c. Datum Romę apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die decima quinta Ianuarij millesimo sexcentesimo primo. Signatum M. Vestrius Barbianus, & sigillatum in cera rubea, aduerso Diplomati imposita & adhærente. Attendant qui nunc supersunt Pontœsiani, num sint meliores atque sapientiores patribus suis, quibus acceptam ferunt Stationem Iubilæi anni

40. Pontœsiæ Dominium alternis vicibus oppignoratum diuersis Dominis.

sæcularis: quo tempore illustris Eques Baro de Halincourt vsusfructus titulo oppigneratitio possidebat Pontœsiam quæ alias ad Fiscum Regium pertinere dignoscitur, sicut & Gisortium saluis iuribus singularium Feodorum quæ militant sub principali & principe Allodio seu Feodo: Qui vsusfructus postea cessit Illustriss. Cardinali de Ioyosa, & ab illo ad Eminentissimum Card. Richelium transiit, & nunc ad eius hæredes. Porro dictus Dominus de Halincourt non potuit nescire vtrum Pontœsia seu vulgariter loquendo Pontisara esset Iuris Normanici & de Normaniæ Prouincia, necne. Et minimè censendus venit in pietatis negotio maximo, sanctæ Sedi voluisse imponere: & pro vili stipe conquirenda mentiri Spiritui sancto instar Ananiæ & Saphyræ. Cum ergo verbis disertis Pontificium Diploma asserat sibi propositú à Legato Regio Domino Vtili Pontœsiæ instantibus ciuibus Romam delegatis Pontœsiam esse de Prouincia Normaniæ: seu terram illam sitam esse in Prouincia Normaniç, sequitur non esse ideam Platonicam asserere Pontœsiam esse Normanam. Adde illud Diploma tanquam verum & legitimum suum finem esse sortitum, & Normanorum titulo Pontœsianos factos fuisse Iubilares.

41. Pontœsiani Iubilares Normano titulo.

Quotquot vero ex Prouincia Normana Indulgentię participare voluere in Iubilęo sęculari MDCI. oportuit illos ire & ascédere in illam de nouo constitutá Hierosolymam Apostolicam, vidissesque flentes populos mittentes deuotionis suę & pœnitentię semina & redire cum exultatione portantes Indulgentię & remissionis manipulos suos.

Psal. 121. & 125.

42. Adhortatio ad Pontœsianos.

Pontœsiani si per Christianum Sacerdotem Gisortianum conciuem vestrum & Vulcasinum Comprouincialem veritatem audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in vestra exacerbatione litis in Senatu Parisiensi contra me commotam pro *Cathedra Rothomagensi*: vbi causa cecidistis, & herbam dare coacti, renuntiare actioni intentatæ, condonatis expensis quia vt ille apud Poëtam veterem Romanum.

Ex Ennio Poeta.

Non cauponabam bellum sed belligerabam.

Nec more cauponum lucri gratia certamen erat, sed tuendæ veritatis & æquitatis gratia, sicut in hac Historia Rollonis & Ducum masculorum ab illo descendentium. Pontœsianos sperandum postea

edocturos filios suos & nepotes acquiescere veritati, & matrē agnoscere in spiritualibus Metropolitanam Ecclesiam Rothomagensem, & in temporalibus veneraturos Normanam prouinciam cuius pars sunt ipsi, & limes naturalis Vulcasini.

43. Natalis reuerentia soli est naturalis.

Natura cunctis imperat natalis soli reuerentiam & amorem, quæ veneratio inter legitima pietatis officia computatur: parco imperito vulgo cæcutienti in meridie Historica & plus addicto anilibus fabulis quam veræ narrationi, aut æquitati. Neustrios, inquietis, vos agnoscere antiquos pro vestratibus sed Normanos indefinitè perfecto odio odisse, factos quondam inimicos maioribus vestris: dicam ego & nostris: & hac in parte quis bonus inter Franco-Gallos; qui iustæ vestræ & nostræ non succenturietur iracundiæ? Iram meretur gentilis & Infidelis natio Normanica vt talis nomini, puta Christiano, quamdiu Pagana, & Religioni Catholicæ infensissima; & quam viuis coloribus depingo libro meo, cui titulus Vindiciæ Normanæ multis capitibus.

44. Odisse licet malos vt tales, inter quos fuere Normani Aquilonares Pagani.

Cui vero vnquam Catholico Normani isti placuerint? Iudicet me Deus & discernat causam meam de gente non sancta à viro iniquo & Normano Pagano eruat me sicut eruit patres nostros.

Psal. 25.

Verum enimuero admiranda & adoranda diuina bonitas & Neustriorum auorum nostrorum pietas prudens, & pia prudentia extollenda, qui ex quo à sancto Nicasio primo suo Episcopo & sancto Melanio primario Archiepisco principibus suis & Apostolis & Euangelistis in fide Christiana instituti, tantas radices in virtute egerunt vt diuina gratia confortati Normanos Barbaros gentem vafram & crudelem, infidelem populum orbem Christianum depopulantem, & ad omnem malitiam natum, lupos istos feroces, blando sinu suo fouentes, ciuiles, beneuolos, mites, fideles, Ecclesiarum tutores, ad pietatem procliues, agnosque mansuetos reddidere, postquam suam Christi iugo suasere collum submittere, & ceruices humilare sub potenti manu Dei.

Post eorum conuersionem ad fidē sunt amandi, qui mirabiles facti in omni genere pietatis.

Ita factum religioso cultu Neustriorum vt vincerentur amicitiæ blanditiis, quos arma & vis irritarent, moribus piis indomitos prius sicuriuere; & Dominos suos fecerunt Catholicæ Religionis filios & Christi seruos. Quis etiam laudatissimos non censeat homines Neustrios datos in potestatem extraneorum & pactis Francorum traditos in potestatem Paganam: pientissimo Religionis certamine de victoribus suis reportasse amicum & voluntarium trophæū. Quod gaudium bonis istis Neustriis videre Rollonem antea prædonem euasisse in iustitiæ & æquitatis tutorem Magisterio suo seu potius diuinitus illis inspirato?

45. Neustriorū singularis laus, qui victores suos subegere.

Gloriosa dicta sunt de te ô Ecclesia Catholica ciuitas sancta Dei omnipotentis, quæ ex omni plaga terræ, & ex omnibus orbis partibus colonos intra sinum tuum admittis & iure tuæ Societatis gloriari delectaris: facta asylum omnibus ad Dei bonitatem confugientibus, facinorosos conuertens & immutans in iustos per sanctam Metamorphosim, Babylonios quos ad te euocas transcribis in ciues pacificæ tuę Hierusalem, vt illuc ascendant tri-

46. Ecclesia ad emendationem suadet, & admittit nefarios quos faciūt Dei esse filios.

bus tribus Domini testimonium daturæ volentibus benè agere facilem esse accessum ad fidem Christianam ad confitendum nomini Domini Iesu Christi, cui laus honor & gloria in perpetuas æternitates. Amen.

Præfectura seu Pagus Vulcasinus pars Prouinciæ Normaniæ, & cur Rollo & Normani dicti Pagani.

CAPVT OCTAVVM.

1. Prouincia quod sit Iurisconsultis & Grammaticis.

PROVINCIÆ nomen dictum censetur à Grammaticis Romanis quasi procul victæ, in quas mittebantur Proconsules vel Prætores ius dicturi. Iurisconsultis Prouincia significat regionem non solum armis deuictam sed quomodoquumque ad ius Quiritum pertinentem, quæ Magistratui Romano subiiceretur: aut Regio in qua publico nomine bellum Romanus Imperator administrasset. Doctores Canonici iuris in caput primum de Sponsalibus & matrimonio distinguit esse de Prouincia & esse Prouincialem, esse de Prouincia significare ortum, at vero esse Prouincialem adnotare & indicare domicilium alicuius in Prouincia: Vlpianus l. Prouincialis ff. de verborum significatione eos vult Prouinciales dici, qui domicilium habent in aliqua prouincia. Communiter quoque in Latina locutione vocamus Prouinciam quamquumque publici muneris procurationem, & prouinciam subire Latinis pro eo est ac gerere & procurare aliquid, apud Ciceronem & Latinitatis Classicos Scriptores. De hac vltima acceptione nostra res non agitur, sed de primaria qua regio vna ab altera discernitur: eo sensu dicimus Vulcasinum Pagum seu præfecturam vnam esse ex septem Normaniæ regionibus. Nulla fuit Prouincia Romanorum, quæ non haberet duplicis generis Magistratum, & qui ius dicerent seu proconsulis seu Prætoris titulo, ideo regiones Romanis subiectæ dictæ sunt aut Prouinciæ proconsulares, aut prætoriæ. Alij Magistratus qui curarent vectigalia populi Romani & Fisci tributa, dictique sunt Quæstores. Ea mente Strabo scripsit in omnes regiones quæ Romanis parerent Prætores missos atque Quæstores. Antonius Posseuinus in Bibliotheca selecta libri decimi capite quinto. *De Prouinciarum*, inquit, *administratione, per quos administratæ sint, quærit Carolus Sigonius libro de veteri iure Italiæ ac de Antiquo iure Prouinciarum, esseque Prouinciam regionem quæ vectigal populo Romano pendat ac Magistratui eius, qui iuri dicundo præest, obtemperet. Quæ Prouinciæ per Prætores & Proconsules à Senatu electos gubernatæ.* In Gallia quæ nunc maiore ex parte continetur Franciæ regno quoddam ius commune omnes prouinciæ

Esse de Prouincia & esse Prouincialem differunt.

Prouincia pro aliqua subeunda procuratione.

2. Prætor & Quæstor in Romanis Prouinciis.

3. Quæ dictæ Proconsulares aut Prætoriæ Prouinciæ.

habent, quod ab Edictis Regiis sumptum & præscriptum vsurpant. Sunt tamen Prouinciæ distinctæ inter linguas quæ, Oc, pro ita, & quæ, Oüy, vtuntur Langue d'Oc, & Langue d'Oüy: quæ diuerso modo se habent in familiis herciscundis & successionibus partiendis, in contractibus, codicillis, formulis in modo agendi aut scribendi. Illæ à iure scripto, hæ consuetudinario Regem accipiunt & plerumque discordant Prouinciæ in consuetudinibus. Singulis quidem Regionibus est aliquod commune viuendi genus, quod tamen patitur distinctiones, municipales & locales differentias. Verbi gratia in codice consuetudinis Normaniæ præter generalem vsum septem præfecturarum seu Balliagiorum, Vicecomitatus diuerso iure gaudent municipali in donationibus, successionibus & huiusmodi. In præfectura Gisortiana præfecturæ sunt quatuor, Gisortiana, Vernonina, Leontina & Andeliacensis, quarum differentiæ titulis diuersis partitæ sunt. Simile iudicium in aliis Prouinciis Galliarum, vbi infinitæ Seneschalliæ, Præfecturæ, Balliagia: neque ius Romanum semper sibi simile fuit, quod conuincitur ex Digestis, Codice vario Iustiniani, Theodosiano, Hermogeniano, Nouellis, & Authenticis Imperatorum, quorum voluntates fuere ambulatoriæ & volubiles, prout illis animi libido faciebat auspicium. Neque vniforme fuit Edictum Prętoris aut Procōsulis, immo ne quidem vnus Prætor sibi semper æqualis in Sententia: quia extrema malorum diuersas sortiuntur medicinas. Sic neque idem vsus est in Gallia ponderum, mensurarum. In magna illa & varia intercapedine tot Tribunalium quibus amplissimum Francorum constat Imperium ex partibus Heterogeneis. Vulcasinum nostrum partitum secundario iure in Francicum atque in Normanicum ratione diuersorum Dominorum armis semper contendentium. Francus ne vel Normanus nobiliore gleba vteretur, frueretur Senatus, & Parlamenti Parisiensis diuersæ Prouinciæ differentibus inseruiunt consuetudinibus, quas Senatusconsulta in vnum compónunt, et si varietate municipali discordent: Respublica Romana populis & regnis ius dicens & linguâ suam illos edocens, facta est velut Anchora fluctuanti mundo, & quasi in vnam sub iugo suo fecit coalescere Prouinciam: duabus manibus omnia regebat Iurisdictione & tributo, Prætore & Quęstore: quorum distincta Tribunalia apud Metropoles: Prouincias à Prouinciis discernebant. Lego apud Suetonium in Iulio Cæsare, totam Galliam præter benè meritas ciuitates, in Prouinciæ redegisse formam, illique in annos singulos tributum imposuisse. Ipse Cæsar libro septimo de bello Gallico in Oratione Critognati iactitat Galliam Romanis securibus subiectam premi seruitute, puta tributorum & legum Romanorum. Tota Vulcasina Prouincia ab Andela vsque Oësiam, & Pontœsiam cum Rothomago, vt Metropoli tributum pensitat, quamuis iure singulari diuersarum toto cœlo consuetudinum vtrumque Vulcasinum vtatur Normana partim &

4\. Est quoddā ius commune omnibus Prouincijs in Gallia. Langue d'Oüy, Langue d'Oc, diuerso iure succedunt. Iure scripto aliæ consuetudine vtuntur & municipali, cum differentiis localibus.

5\. Ius Romanum sæpè variat.

6\. Voluntates Principum ambulatoriæ. Neque Edictum Prætoris fuit vniforme aut Procōsulis.

7\. Vulcasini partitio ob bella.

8\. Senatusconsulta consuetudines componunt differentes.

9\. Latina lingua est nationum vinculum.

10\. In vnaquaque Prouincia Romana Prætor & Quæstor. Qui ciues securibus subiicerent lege & tributo.

11\. Cōsuetudo recentior est Prouincia his Parlamentum,

Syluanectensi quæ sunt posteriores: diuisione Prouinciarum & sub diuersis Parlamentis paucis sæculis discriminentur: non sequitur Pontœsiam non esse cum Gisortio comprouincialem Normaniæ & Diœcesanas Rothomagenses, & Vulcasinum partem esse Normaniæ, quam Oesia naturali limite separat ab insula Franciæ. Supersedeo plura dicere de hac controuersia quæ satis superque sopita videatur ex lectione mei libri qui inscribitur *Cathedra Rothomagensis.*

12. De rebus iudicandum iuxta diuersos respect⁹.

Philosophi generis & speciei diuersi respectus modo speciem faciũt esse quæ genus erat, & de genere speciem, si differenti intuitu considerentur: corpus quippe animatum quod corpori genericè sumpto subiacet, illud habet sub se corpus sensitiuum & corpus tantum vegetatiuum. Prouincia quoque dicitur vnius regni pars ex quibus partibus fiat vnum regni compositum diuersas Prouincias suas amplitudine complectens. Prouincia autem in sese contineat plures Præfecturas quasi sub vno Laticlauio vestis suæ habens diuersa territoria: quæ possint dici minores Prouinciæ. Normania vna ex florentissimi Francorum regni Nobilissimis Prouinciis, quasi mater habet filias minores Prouincias seu Balliagia septem Rothomagum, Caletum, Cadomum, Constantiam, Ebroïcas, Gisortium, & Alenconium: ex his membris componitur corpus Normaniæ Prouinciæ.

13. Prouincia pars regni sub se habẽs Præfecturas plures seu Balliagia.

14. Prouincia & Pagus idem quod Diœcesis & territoriũ.

Obseruare licet Prouinciam sæpè vsurpari sub nomine Pagi sicut sub eodem Diœcesis significatur & territorium: puta quando scribunt Historici pacem inter Carolum Regem & Rollonem factam in Pago Vulcasino loco qui dicitur sanctus Clarus, & Pontœsia dicitur sita seu esse in Pago Vulcasino: Apud Fridegodum non ignobilem inter Britannos Auctorem in vita S. Audoëni Archiepisc. Rothom. de translato corpore eius à suburbio Pontœsiæ Rothomagum ab exitu vrbis: *cum lampadibus*, inquit, *& Thymiamaterijs in Prouinciam Vulcasinensem sunt ingressi.* Vides Vulcasinum appellari Prouinciam & Ordericus Vitalis lib. vi. Historiæ Eccles. de Guillelmo Notho Duce Normaniæ repetente à Franco Rege occupatam partem Vulcasini, *Bellicosus Rex*, inquit, *vehementer iratus Prouinciam totam Vulcasinam calumniari cæpit, Pontisaram & Caluimontem.* Idem libro decimo ad annum Christi 1097. de Guillelmo Rufo Nothi filio, *qui vt Patris sui*, inquit, *casus & bellorum causas comperit, Philippo (primo) Francorum Regi totum Vulcasinum Pagum* (vbi apertè vides Pagum & Prouinciam confundi) calumniã cœpit, & præclara oppida Pontœsiam, Caluimontem atque Meduntam popoſcit (ex quibus vltimis verbis nota Meduntam etiam olim censitam de Vulcasino Pago seu Prouincia) *in illa Prouincia Vulcasina egregiorum copia militum est.* Martyrologium Romanum & Vsuardi ad quintum Idus Octobris, & pridiè nonas Nouembris disertis verbis de sancto Nicasio cum sociis, & sancto Claro passis in diuersis & multis milliaribus à se inuicem dissitis, leguntur passi in Pago Vulcasino idest Prouincia Vulcasina hic non procul à Gisortio ad Eptam, illi apud Va-

15. Vulcasinus appellatur Prouincia, appellatur quoque Pagus.

Mantes jadis de Vulcsain.

diniacum non procul ad ostium Eptę, vbi influit in Sequanam. In
Breuiario quoque sancti Dionysij in Francia 30 Ianuarii de sancta
Bathilde Regina Francorum. *Inter cætera*, inquit, *pietatis suæ opera* 16.
Cœnobium Kala in Pago Parisiaco dotauit. Kala autem distat multis Kala Abb. in Pago Parisiensi.
milliaribus à Parisiis. Anonymus Scriptor vitę Ludouici Pii Imp.
editus à P. Pitheo. *Conuentum*, inquit, *habuit in Lugdunensi Pago in* Straminiacus in Lugdunensi Pago.
loco qui dicitur Straminiacus. Augradus in vita sancti Ausberti na-
tum scribit in Pago Vulcasino, ex loco patrimonioque cui nomen
Calcegium à Chaussi au pays du Vulcsain ou Vexin propè Magnia- Calcegium in Pago Vulcasino.
cum oppidum. Rex Dagobertus institutor & dotator Abbatię san-
cti Dionysii in Francia, dans Aygulpho primo Abbati Esterpinia- Esterpiniacum in Pago Vulcasino.
cum vulgo Estrepagny non procul à Gisortio. *Dagobertus Rex Franc.*
Vir Illust. omnibus agentibus nostris, &c. vt mereamur iustorum esse
consortes, villam cui nomen Esterpiniacum sitam in Pago Vulcasino, cum 17. Patrimoniū Regum Francorum in Vulcasino ante Rollonem.
omni integritate, &c. do venerabili viro Aygulpho Abbati, &c. Data
sub die Calendarum Octobris. Nos ergo Vulcasinenses patrimonium
eramus ab antiquo Regiæ Francorum, antequam Carolus Simplex
Rolloni nos & nostra dedisset & eius Successoribus Ducibus Nor-
manis. Apud Cæsarem Pagi Heluetiorum sunt quos hodie appella- 18. Pagi Heluetiorum dicuntur Cantones.
mus Cantones, quos ille diuidit in quatuor partes seu Balliagia aut
præfecturas. Ager quoque ditionis Romanæ à Numa Pompilio Re-
ge distributus in Pagos, ex Dionysio Halicarnaceo, διελὼν τὴν χώραν
ἅπασαν, εἰς τοὺς καλουμένους πάγους: quibus Pagis atque territoriis Præ-
fectos & Bailliuos imposuit qui dicti Pagorum Magistri; facitque ad Adrianus Turnebus lib. 9. Aduersar. cap. 7
propositum lex secunda Codice de susceptoribus, Innocentius Papa
secundus in Diplomate suo, quod inscripsit Suggerio Abbati San-
dionysiano VII. Idus Maij 1131. quo confirmat dictæ Abbatiæ pos-
sessiones & iura: inter Prioratus enumerat Prioratum Argentolii in 19.
Parisiacensi Pago ad flumen Sequanę & cellam nouam in Pago Me- Pagus pro Diœcesi, pro territorio.
tensi, vel Pagus vtroque loco pro Diœcesi ponitur. Carolus Caluus
Imp. & Rex Francorum anno regni sui 24. apud vrbem Compen- Pontisara de loco Vulcasino.
dium Kalend. Februarii, *nos Beato*, inquit, *Dionysio contulimus in*
Vulcasino Pago, in loco qui dicitur Pontisara, quę noscuntur hactenus at-
tenuisse Comitatui Vulcasinensi. Idem in alio Diplomate 4. Aprilis Omissio Cl. Roberti in Gallia Christia.
regni sui anno vigesimo nono, cum ageret apud sanctum Dionysium
Abbas Gerardus (omissus à Cl. Roberti in Catalogo Abbatum di-
cti loci.) *Qui*, inquit, *nostram humiliter magnificentiam petijt, qua-* Le marché de Cormeilles en Vexin le Mardy.
tenus hebdomadalem mercatum in Pago Vulcasino in villa quam Cormeil-
les dicunt, concedere dignaremur tertia hebdomadę feria, &c. Hugo pri-
marius institutor Prioratus S. Audoëni apud Gisortium olim extra
vrbem, nunc in vrbe aucto pomœrio in contractu dotationis 24. Iu-
nii 1066. donat præsentationem Ecclesiæ Parochialis Abbati Ma- & lib. 6. locus Montifortis dicti in Pago Oximensi.
ioris Monasterii quam asserit sitam in Pago Rothomagensi idest
in Diœcesi. Guillelmus Vticensis lib. 7. Historiæ Eccles. anno 1087.
ait Henricum Regem inuasisse Pagum Rothomagensem. Neubri-

gensis lib. primo de rebus gestis Anglorum cap. 31. Sigebertus in Chronico ad annum 1088. eodem sensu vtitur vocabulo Pagi, & Flodoardus passim in Historia Rhemensi, & Dudo libro tertio de Moribus Ducum Normanorum scribit Arnulphum Comitem Flādriæ & Ludouicum Regem Transmarinum sibi occurrisse in Pago Vormandensi in villa Restibulis & Gemeticensis lib. 4. cap. 5. Guillelmus Pictauiensis lib. de Gestis Guillelmi Conquestoris, de eius filio Henrico primo: de Castro Herlæ in Pago Andegauensi, idest in Diœcesi: Vetus Chronicon M. S. Normaniæ in Bibliotheca Victorina ad annum 1148. *Dux Gaufridus*, inquit, *Castellum Monasteriolum in Pictauiensi Pago obsedit.* Dies me deficeret in locis transcribendis consimilibus: ex quibus apparet prudenter adnotatum à Ioanne Molano in Indice ad Vsuardi Martyrologium, Pagum accipi pro territorio, Prouincia, ditione, districtu & Diœcesi in Martyrologiis.

21. *Infideles dicti Ethnici Gentiles.* Ex Superioribus obseruare licuit Rollonem & Northmarinos dictos fuisse Gentiles qui Græcis essent ἐθνικοὶ Ethnici ab ἔθνος, idest gens, soliti SS. Patres infideles appellare Ethnicos & Gentiles ex sancto Hieronymo apparet lib. contra Iouinianum: *si*, inquit, *ducendę vxores, Christianas tantum accipi iuberet, at non Ethnicas*, vbi Christianæ mulieres vt vides opponuntur Ethnicis. *Iidem dicti Pagani.* Iidem SS. Patres infideles & alienos à lege veri Dei & à fide Christiana seu Catholica appellauere Paganos quod vt benè intelligatur hoc Paragrapho explico diuersas Pagi & Pagani acceptiones varias apud prophanos, & apud Scriptores sacros. Glaber Radulphus libri primi Historiæ Sanctorum caput quintum inscribit, *de plagis Paganorum, idest de malis quę fecere Northmanni & alij Gentiles*:

22. *Northmāni dicti pagani.* legimus in præcedentibus capitibus passim Normanos hoc nomine appellatos, quibus addo Guillelmum Britonem temporibus Philippi Augusti & filii eius Ludouici octaui florentem Poëtam lib. octauo Philippidos de nostro Rollone hoste Caroli Simplicis Regis Francorum. *Rollo dict' Paganus.*

Tempore quo Simplex in Sceptris Carlus agebat,
Northmannos patriam Noruegia misit in istam,
Grandibus euectos Duce sub Rollolione,
Qui Paganus erat, vir prudens, strenuus armis.

Dixerat idem vates libro primo Philippidos, vbi de baptismo Clodouei Regis Francorum occurrit sermo, de Francis adhuc Gentilibus conuersis ad Deum viso miraculo Ampullæ sacræ per Angelum in specie Columbæ ad sanctum Remigium delatæ. *Franci dum Gentiles dicti Pagani.*

Nam cum Pagani, miracula tanta viderent,
Se faciunt omnes renouari fonte perenni.

23. Tomo primo Bibliothecæ SS. Patrum B. Salonius Viennensis Archiepisc. in explicatione mystica parabolarum Salomonis. *Pagani*, inquit, *vt sępè legimus, Dijs suis deuouerunt sanguinem Christianorum;* *Pagani dijs deuouent sanguinem*

rum. Alio sensu vsurpatur nomen Pagi & Pagani apud Græcos & apud Latinos tum Grammaticos tum Poëtas. Græcis πάγος prima syllaba contrahitur apud Homerum Odyssea ἒ ψιλὸν seu quinta: Poëtis vero Latinis Pagi nominis prima producitur apud Virgilium libro secundo Georgicon. Christianorum. 24. πάγος prima breui, Pagus prima longa, origo nominis vtriusque.

—— ingentes Pages & compita circum.

Apud Horatium lib. 1. Epistolarum.

—— rigosus frigore Pagus.

Græcis πάγος ex Aoristo secundo ἔπαγον à verbo πήγω pro quo πήγνυμι compingo. Pagus autem Latinorum ex diuersa origine Græca ἀπὸ τῶν πηγῶν, Doricè πάγαν à fontibus, eo quod circa fontes ponerentur Pagi vt eadem aqua conciues & consortes vterentur. Suydas in Dictionario Græco & cum eo cætera Lexica & Onomastica πάγον sæpè vertunt Pagum Latinè impropriè loquentes iuxta vulgi imperiti sermonem. Nam πάγος Græcorum propriè loquendo est Latinis agger, vel terra eminens, seu collis, & à seipso dissidet Suydas in voce ἀρειόπαγος collis Martis, vel tumulus Martius quia in rupe & loco esset situs Atheniensium Areopagus, Gallis, *vn tertre, vne colline, vne eminence*, aliquot milliaribus vicus est *Villetertre* seu villa in colle constituta à Gisortio euntibus Pontœsiam ad læuam stratæ publicæ. Antiquiori vsu loquendi, Pagi & παγαὶ à fontibus dicti vt cœperam referre, & παγὴ Latinis est fons, & Paganos vocabant, quasi dicas cohabitatores loci commodi ad rusticationem & vitam campestrem propter viciniam aquæ. A fontibus quia circa fontes positi Pagi pro communi aqua. πάγος propriè est agger & eminens terra. Ἀρειόπαγος collis Martis. La Villetertre. 25. παγὰ fons.

26. Ad hoc vitæ genus olim à Romanis cogebantur plures, ne assueti armis contra ciuitates insurgerent, ideoque in iure ciuili Pagani militibus opponuntur: ac proinde diuersi generis peculia Romani constituebant, Pagana scilicet atque Castrensia l. vlt. Cod. de inofficioso Testam. Sicque Paganus est idem quod homo qui non militat, & vsus ille qui in legem transierat atque ius inter huiusmodi homines consuetudine introductum, vocabatur lex Paganica apud Plinium seniorem Historiæ naturalis libri vigesimi octaui capite secundo. Pagani iure Romano qui l. 1. §. ff. de seruis fugit. l. 14. ff. de pœnis peculia Pagana alia à Castrensibus.

27. Verum est quod ante tempora Plinii sub priscis Quiritibus Paganus ille censebatur qui aspirabat ad militiam. Scæuola Iurisconsultus ad legem Falcidiam: *Si*, inquit, *dum Paganus erat, fecerit testamentum, & militiæ tempore Codicillos, lex Falcidia in Codicillis locum non habet, in testamento locum habet*. Vulgo Romanis vir priuatus dicebatur Paganus. Paganis qui aspirat ad militiam. Vir priuatus Paganus dictus.

28. Lepidè & iocosè Persius Poëta ingeniosus qui animi gratia volens dissimulare se perfectum esse Poëtam aut versificatorem neque se sufficienter potatum Helicone aut Caballino fonte, profitetur velle se appellari Semipaganum & Semipoëtam: quasi dicat se non esse omnino, sed accedere ad vatem. Festa illa Pagorum aut Paganorum dicta Paganalia. Festa Pagorum aut Paganorum Paganalia.

29. Pagani nomen sunt qui vsurpent instar nominis proprii non secus ac Mœnii, Titii, Sempro- Paganus an nomen proprium sit an commune?

nii, Scæuolæ, &c. Et in hoc nonnulli Gallici Historici hallucinati sunt cum Pagani nomen sit commune his qui alicuius Pagi sunt Domini, Rectores, aut Præfecti: puta Paganus de Gisortio: apud Ordericum Vitalem in Historia Ecclesiastica, idest, Theobaldus de domo Mommorentiana, qui erat Paganus seu Præfectus de Gisortio sub dominatu Archiepiscopi Rothomagensis Domini tunc olim Gisortiani: pari sensu Paganus de Nealpha, idest, Simon Dominus Nealphæ: Amalaricus Paganus de monte Caio seu Gaio. Non ignoro plerumque nobiles omisso nomine proprio aut Gentilitio subscribere Dominiorum nomina pro *Sublet Noiers*, pro *d'Orleans Rothelin*, &c.

Amaury sieur de Montgay.

30. Nullus sanctus nominatus legitur Pagan⁹. Vnus Paganus Bergomensis Ord. Fr. Præd. 1500.

30\. Quæsiui & non inueni apud Martyrologia aliquem Sanctum, cui Pagano nomen fuerit: legi recentiorem Scriptorem, de quo Antonius Posseuinus in Apparatu sacro: vocatum Paganum Bergomensem Ordinis Fratrum Prædicatorum inquisitorem in Gallia Cisalpina circa annum MD. quique pro fide Catholica multis vulneribus acceptis, lancea transfossus migrauit in cœlum, de cuius ingenii dotibus & de eius scriptis plura eo loci:

31\. Paganus pro Infideli & Gentili.

31\. Venio ad Patres sanctos Christianorum Magistros, apud quos Pagani nomen significat Infidelem, Gentilem seu Ethnicum, Deo vero iniuriosum, Deos falsos & simulacra colentem, cuius acceptionis infinita sunt exempla in omnibus Martyrologiis, Romano, Vsuardi, Bedæ, Adonis, Vuandelberti & aliorum. Propono Natalem diem sancti Metramni trigesima prima Ianuarii, quo loci Paganus idem est quod Idololatra, parili sensu apud Eusebium libri sexti Historiæ Ecclesiasticæ capite sexto & apud sanctum Hieronymum notatu dignus locus mihi transcribendus ex Commentario in Psalmum quadragesimum primum in hæc verba Dauidis. *Dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus. Pagani*, inquit, *digito Deos suos demonstrant, & ob hoc ingerunt mihi improperia, unde sciunt quia ego mente Deum meum reconditum teneo, & per interiorem hominem cum ipso habito.*

Psal. 41. *Ioan.* 4. Deus Spiritus est & eos qui eum adorant oportet in Spiritu adorare.

32\. Optatus Mileuitanus creditur à Card. Baronio primus nomen Pagani pro Infideli vsurpasse: probatur in vsu fuisse ante Optatum. Episcopus vocat Papam Romanum suum sociom nam & vsus sanctus Hieronymus Optato antiquior.

32\. Concurrunt Scriptores primorum sæculorum nascentis Ecclesiæ, inter quos doctrina & pietate cõspicuus Aurelius Prudẽtius in suis passim Hymnis Ecclesiasticis & Poëmatibus, quę extãt Tomo primo Bibliothecæ SS. Patrum editionis secundæ Parisiensis Margarini Bignei. Optatus Mileuitanus gente Afer qui se scribit vixisse sub Cyricio summo Pontifice qui Damaso successerat lib. 2. aduersus Parmenionem, existimatur à Cardinale Baronio in notis ad diẽ 31. Ianuarii ad Martyrologium Romanum Princeps, & primus qui inter Patres tum loco supra citato, tum libro tertio vsus sit Pagani voce pro Gentili & à fide Catholica extraneo, quique ignorat Deum quem venerantur Christiani, & nescit Iesum Christum humani generis esse saluatorẽ. Quod vtrum vero sit consentaneum prodeat ipse Optatus libro secundo. *Damaso*, inquit, *successit Cyricius, qui est noster socius*: Episcopali puta charactere, qui est æqualis omnibus Episcopis, quia omnes sunt magni Sacerdotes charactere, etsi non æquali iurisdictione

cum quæ à Deo sunt ordinata sint, & vnus alteri subesse debeat, vsque ad vnum caput ad quod cætera membra ordinentur. Atqui sanctus Hieronymus vita functus est sub Damaso Papa Antiquiore Siricio. Sanctus Eusebius Siemonensis Episcopus, Beati Hieronymi Discipulus & Auditor Epistolam scripsit de morte Magistri sui ad præfatum Siricium Papam, atqui supra laudauimus dictum sanctum Hieronymum Commentario in Psalmos vtentem verbo Pagani pro Idololatra, & Paganos digito sua simulachra ostendere, ergo salua pace Illustriss. Cardinalis ante Optatum, vox Pagani pro Gentili erat in vsu. Ipse quoque Eusebius Epistola ad Damasum Antecessorem Siricij quæ inserta legitur tomo nono operum sancti Hieronymi in editione Mariani Victorini Reatini Episcopi Amerini, vbi apertè & disertis verbis Paganus opponitur Christiano & credenti in vnum Deum. *Heu*, inquit, *quot hodie sacro renati sunt baptismate, ex Christiano nomine funguntur, quibus foret melius non fuisse: est enim gehennalis pœna Paganorum, infinito minor quam malorum Christianorum.* Compatriota Optati & coæqualis sæculo, ætate Paulo Senior. B. Augustinus tractatu quadragesimo quarto in Ioannem. *Interroga hominem*, inquit, *Christianus es? si Paganus aut Iudæus, Cathecumenus aut fidelis?* & tractatu sequenti & libro secundo retractationum Paganum cum Idololatra confundit & pluries in Codice Theodosiano & in Iustinianeo. Edicta pleraque Imperatorum contra Idololatras & Paganos & toto iure titulis de Paganis. Adde Paulum Orosium Hispanum qui suasu Beati Augustini scripsit libros septem Historiarum contra Idololatras, & eosdem inscribit contra Paganos: transcribo initium libri sexti. *Deum*, inquit, *quilibet hominum contemnere ad tempus potest, nescire in totum non potest: vnde etiam nunc Pagani, quos iam declarata veritas de contumacia magis quam de ignorantia conuincit, cum à nobis discutiuntur, non se plures Deos sequi sub vno Deo magno plures ministros venerari fatentur.* Placet sancto Isidoro Episcopo Hispalensi libro octauo Etymologiarum dictos esse Paganos ab Atheniensium Pagis, in quibus luci & delubra constituta à superstitiosis Gentilibus. Dionysius Halicarnaceus in Historia Romana sancto Isidoro præiuerat ad hanc sententiam referens libro primo, in Pagis singulis seu mansionibus rusticorum Romanorum locum fuisse dicatum Deo tutelari: quo loci Dionysius plurima habet de Paganis & de festis Paganalibus. Quas superstitiones suo adhuc tempore quibusdam locis superstites condolet sanctus Augustinus Sermone sexto de verbis Domini, & Patres Concilii Carthaginensis quinti, communibus suffragiis postulandum censent ab Imperatore vt Paganas de medio tollat Reliquias. Sanctus Zeno Episcopus Veronēsis qui coronatus est martyrio sub Galieno Imperatore cuius liber insertus tomo secundo Biblio-

33. Pagani minùs à Deo puniuntur quam mali Christiani. tractatu 44 in Ioannem.

34. Deum ad tempus contemnere nescire in totum non potest homo.

Et Pagani sub vno Deo plures Deos sequuntur.

35. Pagani ab Atheniensium Pagis.

36. In singulis mansionib. rusticorum locus Dei tutelaris. Adhuc tempore B. Augustini.

thecæ sanctorum Patrum, viuebat autem tertio Christi sæculo ante sanctos Hieronymum & Augustinum & Optatum Mileuitanum, inuehitur in Pagana sacrificia Idololatrarum suo tempore nimis frequentia in sermone de triplici genere sacrificiorum. Atque ne nostra non omittamus, legere est in Caroli Magni Capitularibus libri quinti capite duodecimo Paganias dici ritus prophanos Ethnicorum. Alius Princeps Francorum Carolomannus Patruus dicti Caroli Imp. & Regis Francorum, qui inter beatos veneratur ex Rege factus Monachus Cassiniensis pro amore Dei prospera mundi despiciens: dum adhuc in sæculo Principem ageret, interfuit Concilio Episcoporum, vt quæ audisset à sanctis Pontificibus Decreta, sua auctoritate muniret & executioni demandari per Officiales suos curaret. Placuit ergo edicto suo promulgare Sententiam & Decretum Concilij Moguntini quod sic habet. *Statuimus*, inquiunt, *SS. Patres vt populus Dei non faciat Paganias.* Huic Concilio præfuerat sanctus Bonifacius Metropolita Moguntinus, scripsitque de quibus actum Epistolam ad Zachariam Papam eo tempore in Cathedra Petri sedentem, admonetque illum adhuc superesse in Germania huiusmodi superstitiones Paganorum, & fieri sacrificia in festis Paganiarum, quas de toto penitus orbe aboleri quotannis orat sancta Mater Ecclesia in die sancta Parasceues qua lugubris fit commemoratio passionis Christi. *Oremus*, inquit, *& pro Paganis, vt Deus omnipotens auferat velamen à cordibus illorum, vt relictis Idolis suis conuertantur ad Deum viuum, & verum vnicum filium tuum Iesum Christum, Deum & Dominum nostrum.* Tomo quarto Bibliothecæ SS. Patrum Philastrius Episcopus Brixiensis quem sanctus Augustinus scribit se vidisse cum sancto Ambrosio in vrbe Mediolani, quemque Trithemius testatur inter alia opera scripsisse librum de Hæresibus: quo libro Hæresi sexagesima secunda. *Est Hæresis*, inquit, *quæ dicit Paganos non naturaliter Christianos, idest in rerum natura, corpus & animam hominis, non adeo per Christum creari quotidie, sed per vanitatem Paganam ita progredi arbitratur. Cum ab Adam vsque ad Abraham & postea vsque ad Iudam, qui post Abraham quartus est in generatione, Pagani non fuerint nec Iudæ appellati, sed gentes à Prouinciarum nomine & diuersitate nuncupati. Pagani autem*

(Ritus Gentilium Paganiæ dicti, quas Concilium Moguntium prohibet, & pro eis abolendis orat Ecclesia die Parasceues.)

37\. *post Iudæos sunt à Pago idest loco siue à Prouincia vna [vides Pagum & Prouinciam hîc confundi vt supra monui] dicti sunt: siue à Pagano Rege, quod verum esse, vt ait Hesiodus Poëta, manifestum est. Si ergo à Pago, loci est iudicium, sicut & nunc dicitur aliquis esse de Pago illo: si autem de Idolis, quod ea colentes sculptilia ita nominabantur Pagani*

(Pagani à Pago seu à loco vel Prouincia aut à Rege Pagano.)

38\. *idest Gentiles: quia non à Deo Idola sed ab hominum prauissima inuenta sunt voluntate, qui Paganum Regem filium Deucalionis & Pirrhæ colentes vsque in hodiernum diem mendacium nominis detinent, percolentes: sicut ab Italo Itali & Romani à Romo seu Romulo, & Latini à Latino nomen acceperunt, non ab Idolorum impietate.* Paganorum templa

(Paganus filius Pirrhæ & Deucalionis inuentor Idololatriæ.)

Claudi iussit Imperator Constantinus sacris quoque eorum vetitis publicè, vnde illi petiere loca secreta Vicorum & Pagorum, vt 39.

Gentilibus eiectis ex vrbibus Pagos petiere, vbi Deos suos colebant vndè Pagani.

Deos suos colerent in Pagis iuxta morem antiquorum rusticorum Gentilium, vt dixi, ex Cicerone libro secundo de Legibus apparet, & ex Varrone libro quinto de lingua Latina, Censorino libro de die Natali, Plinio iuniore in Epist. ad Imp. Traianum, vbi conqueritur cultum Deorum multum decrescere non tantum in ciuitatibus sed etiam in Pagis seu villis rusticanis. Poëtæ Prudentio Gentilis est homo Pago deditus & implicatus. Iurisconsulti Romani qui Christiani Deo non militantes Paganos dixere. B. Martinus nolens esse Paganus deseruit militiam Iuliani Apostatæ & Constantis Ariani impiorum Imperatorum, testibus Sulpitio & Paulino in eius vita. E contrario Iulianus Apostata in contemptum Christianorum noluit eos admittere ad militiam. Apposite ex opposito Lactantius pronuntiat omnes Christianos semper militare Deo quorum iustitia perpetua sit pro Deo militia. Factum est postmodum rusticos assuetos Idololatriæ posteriores fuisse in conuersione ad fidem Catholicam quam ciues vrbium & inter ingenuos viuentium & tardius remanserunt in agris Paganalia quam in 40.

Rustici fuere vltimi Idololatræ.

vrbibus quia vt plurimum imperiti sui moris sunt tenacissimi & suæ religionis custodes. Singularis apud Metaphrastem in actis sanctæ Cæciliæ cap. 20. & 21. *Venerandi*, inquit, *& gloriosi Christi Martyres Valerianus & Tiburtius adducti sunt à Maximo Præfecti Almachij cubiculario, in locum qui dicitur Pagus, locus autem ille erat Situs quarto ab vrbe lapide, ad quem erat transeundum propè portum Templi, vt quicumque illac pertransibat, nisi Iouis simulachro thus offerret, puniretur.* 41.

Imperiti sui moris sunt tenacissimi.

Locus qui dictus Pagus vbi thus Ioui oblatum.

Quemadmodum, inquit Conanus Gallus Iurisconsultus homines agrestes vocamus quicumque sunt ignari ciuilioris vitæ, nec melioribus inuentis volunt acquiescere, sic Paganos dixerunt qui vanam illam sed tamen antiquam & vsitatam Deorum superstitionem, in cultu Idolorum positam retinuerunt.

Catechismus Rollonis Ducis & Northmannorum.

CAPVT NONVM.

EX Tomo tertio Conciliorum præmitto summi Pontificis Ioannis Noui Papæ Diploma. *Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei Reuerendissimo confratri nostro Herueo*
1. *Rhemorum Archiepiscopo, Vestræ fraternitatis vestræque Re-*
Viden quam reuerenter Papæ Episcopis loquuntur. *uerendæ Sanctitatis mellifluas litteras, libentissimè suscipientes ac diligentissimè pertractantes, & tristes admodum & vehementer extitimus exultantes. Mœrentes itaque de tantis calamitatibus [puta quas Northmanni suscitauerant] tantisque pressuris atque angustijs, non solum Paganorum, verum etiam Christianorum [Hastingi Apostatæ Campam & sociorum eius] in vestris partibus vt tua assertio litterarum edocet, acciden-*
2. Conuersio Northmannorum. *tibus. Gaudentes siquidem de ipsa Northmanna gente, quæ ad fidem diuina inspirante Clementiâ, conuersa: quæ olim humano sanguine grassata lætabatur, nunc vero vestris exhortationibus Domino cooperante, Ambrosio Christi sanguine se gaudet fore redemptam atque potatam: vnde*
Gaudium Papæ Ioannis IX. eius oratio pro Normanis. *multipliciter ei à quo procedit omne quod bonum est, immensas gratiarum actiones rependimus, suppliciter obsecrantes vt eos in soliditate veræ confirmare, & æternæ Trinitatis gloriam agnoscere faciat, atque in visionis inenarrabile gaudium introducat. Nam quod de his vestro eloquio nobis*
3. Anabaptismus. *innotuit fraternitas, quid agendum sit, qui fuerint baptizati & rebaptizati, & post baptismum gentiliter vixerint, atque Paganorum more Christianos interfecerint, sacerdotes trucidauerint, atque simulacris immolantes Idolothyta comederint. Equidem si tyrones ad fidem non forent, Cano-*
4. Nequitia Normana in infidelitate. *nica experirentur iudicia: vnde quia ad fidem rudes sunt, vestro vtique libramini vestræque censuræ committimus experiendos. qui & illam gentem vestris confinijs vicinam habentes, studiosè aduertere, vt illius mores actusque omnes pariter & conuersationem agnoscere præ cęteris valea-*
5. Aliter agendum cum verè Christianis aliter cum Neophytis. *tis. Quod enim sit agendum mitius cum eis, quam sacri censeant Canones, vestra satis cognoscit industria, ne fortè insueta onera portantes, importabilia illis forè, quod absit videantur, & ad prioris vitę veterem quem exspoliauerant hominem, antiquo insidiante aduersario, relabantur. Et*
6. Prudentia quàm sit necessaria Euãgelistis. *quidem si inter eos tales inuenti fuerint, qui secundum Canonis instituta, se per pœnitentiam macerare, & tanta commissa scelera dignis lamentationibus expiare maluerint, eos Canonicè iudicare non respuatis. Ita in omnibus erga eos peruigiles existentes, vt ante tribunal ęterni Iudicis cum*
7. Sanctus Remigius Episcopus munera mittit Pa- *multiplici animarum fructu venientes, gaudia ęterna cum Beato Remigio adipisci mereamini. Munus vero quod nobis vestra Sanctitas dirigere dignata est ex dilectionis amore suscepimus quod à vobis fuit destinatum. Diuina Majestas vos vobisque omnes subjectos ita concedat temporaliter*

viuere, vt intercedente B. Petro Apoſtolorum Principe, peccatorum ve-ſtrorum omnium vincula ſoluat, & ad regni cœleſtis gloriam ſine vlla offenſione perducat: Optamus ſanctitatem veſtram bene valere & ad piiſ-ſimum Dominum pro nobis pijs ſupplicationibus intercedere, &c.

Papa ad illum appreeatio Apoſtolica.

8. Papa Epiſcopi ſalutat ſanctitatē.

Ex reſcripto ſeu Epiſtola Ioannis noni Papæ oportet diu ante pacem cum Rollone compoſitam Catecheſes præceſſiſſe Northmannorum & ipſius Rollonis antequam conuerterentur ſerio & abſque vlla ter-giuerſatione ad fidem Catholicam. Ioannes Baptiſta Platina in vi-ta Ioannis noni Papæ poſtquam retulit Carolum tertium Impera-torem (puta ex gente Francorum Ludouici pij filium) mouiſſe Franciam & Lotharingiam contra Northmannos omnia vaſtantes, ſic eos ait domuiſſe vt Rotifredus (vult dicere Godefridum de quo alibi dixi) *eorum Rex pacem petere*, inquit, *& fidem ſuſcipere coa-ctus ſit, quem Imperator in gratiam ſuſcipiens, ex baptiſmatis fonte le-uauit, vt ſcribit Anaſtaſius, qui tam in pretio erat, Romanæ Eccle-ſiæ Bibliothecarius vir Doctiſſimus*, &c. Quæ non conueniunt Decre-tali Epiſtolæ Ioannis octaui ſeu noni Papæ temporibus: vnde idem Platina in Ioanne Pontifice Max. quem appellat decimum, alii no-num numerant, hunc vixiſſe ſcribit tempore Caroli Simplicis Re-gis Francorum, ſeu vt loquitur eo loci Platina, Stolidi: cui conuenit ſæculum Heruei ad quem miſſum Diploma antea tranſcriptum & Platina vir Italus appellauit Northmannos Hungaros gentem in-quit feram & indomitam. Repetendus eſt baptiſmus Normanorum ſatis diu ante Rollonem, nam Ioannes Scotus (antiquior Doctore ſubtili) tempore Caroli Calui cum Elphredo multitudinem ma-gnam Northmannorum ad fidem conuerterant, ex manuſcripto Codice de Geſtis Dominorum Ambaſienſium, & Platina concur-rit ipſi anteriori Scriptori Genaldo Fuldenſi Monacho, qui anno Chriſti octingenteſimo octogeſimo ſecundo ſui Chronici memo-riæ tradidit, Carolum Caluum ſuſcepiſſe de ſacro fonte Sigebertum Regem Normanorum, qui tunc, inquit, Chriſtianitatem profeſſus eſt, & ad annum octingenteſimum quinquageſimum ſcripſerat Ro-rich natione Northmánum Regis Danorum iram fugientem de ba-ptiſmatis aqua per Ludouicum Pium Imper. ſuſceptum. Annalis Hiſtoria manuſcripta Monaſterii ſancti Stephani Cadomenſis in Normania Gallica tardius & alij quoque Scriptores referunt Ca-techiſmum Rollonis & Normanorum commilitonum ad annum Chriſti nongēteſimum decimum, alii duodecimum, aliqui vt ille ad decimum tertium: quod nobis incumbit examinandum: & primo de Catecheſi ex profeſſo, deinde de baptiſmo (etſi vtrumque ſæpè miſceatur) tractare. Theodoro Cameracenſi Epiſcopo Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus ſcribebat, monebatque curaret apud Roricum Northmannum nuper ad fidem conuerſum bene viuere. *Rorico Northmanno*, inquit, *ad fidem conuerſo vt ſemper in Dei vo-luntate, & mandatorum illius obſeruatione proficiat, ſicut eum velle ac*

Baronius tomo decimo Annal. ad annum 905. refert.

9. Godefridus ſeu Rotifredus Rex Norman. baptizatus tempore Caroli Calui.

10. Carolus Simplex ſeu Stolid⁹ rex.

11. Normani pro Hungaris apud Platinam.

12. Multi Normani conuerſi ante Rollonem.

13. Sigebertus idem qui ſupra Godefridus.

14. Roricł Normanus baptizatus tēpore Ludouici Pij. Annalis Cadomenſis de Baptiſmi Rollonis Catechiſmo

facere per multos audiebat, vt nemo illi persuadere valeat quod contra
15. Non sufficit bene credere. *Christianos Paganus [idest licet ipse esset gente Normana Paganus] consilium aut adiutorium præstet, quia nihil ei prodiderit baptismum suscepisse Christianitatis, si contra Christianos vel per se vel per alios quoscumque peruersa vel aduersa fuerit machinatus.* Post tempora Ludouici Pij & Caroli Calui vsque ad Carolum Simplicem cum quo concordauit Rollo, multas locis intercessisse opportunis Catecheses, conuersiones & Northmannorum diuersi temporis baptismata ad quæ non possit referri ætas Heruei & Ioannis Noni siue Decimi: nam ex breui Chronico Pontificum Romanorum qui solet apponi Platinæ quod Digestum à Doctissimo Augustiniani Ordinis Eremita Onuphrio Pannuino Ioannes Nouuel Romæ sedebat sub Arnulpho Imp. qui ex illius sententia sedit tantum annos duos & quindecim dies (Cardinali Baronio circa tres annos) obiitque anno Christi octingentesimo nonagesimo nono, creatus quinto Idus Septembris, mortuus nono Calendas Octobris, quem sequutus in Papatu Benedictus quartus qui obiit nongentesimo tertio anno Christi, cuius fuit successor Leo quintus, sequuti Christophorus, Sergius tertius, & Anastasius tertius paucorum dierum Pontifices: huius tempore baptizatus Rollo anno salutis nongentesimo duodecimo (nam sequenti decimo tertio Anastasius terram reliquit) per Franconem Rothomagensem Archiep. quem in sede præcesserat sanctus Leo cognomento Vitto seu Victo, Vittus quibusdam, sub vtroque enim nomine Catecheses, conuersiones, & baptismata Northmannorum & Cantabrorum & Baiocensium factæ quasi ab eodem & vno Pontifice referuntur, & interualla temporum apprimè succedũt & conueniunt in rebus & circumstantiis, & qui antea sub nomine Archiepiscopi Rothomag. præluxit Northmannus, Neustriæ Occidens sol factus, sol Oriens Cantabris atque Baiocensibus seu Baiocassibus, legatione accepta à præfato Ioanne nono, qui est aliis decimus, computantibus pro vno Ioanne fabulosam Ioannam Papissam, quam tam copiosè, eruditè & sapienter explodit, & de Catalogo Pontificium obliterauit. Sapientissimus Regis Consiliarius in Senatu Burdegalensi Florimundus Raymondus, vt obturauerit ora Leonum contra Ecclesiam Catholicam rugientium opus cœptum à sancto Leone perfecit Franco cum Herueo Archiepiscopo Rhemensi ad quem rescripsit de conuersione Normanorum, legiturque hoc rescriptum Tomo tertio Conciliorum & apud Cardinalem Baronium Tomo decimo Annalium Ecclesiasticorum, qui testatur à se desumptum ex Codice manuscripto Antonii Augustini. Ex cuius Diplomatis lectione apparet referri primum ad tempora Hastingi Apostatæ Galli Campani Anabaptistæ & sociorum eius in iniquitate, & quid agendum de istis qui bis baptizati vt Ecclesiam fallerent, & qui post baptismum fidem fregerant, & ad vomitum redierant: non ita factum in Rollone, qui quo lentius egit & remissior fuit

Notent magistri Christiani qui fauēt Hæreticis non licere malis fauere.

16. Tempus Ioannis Noni Papæ, qui sedit annus duos 15. dies Benedictus IV. successor eius.

17. Baptizatus Rollo sub Papa Anastasio tertio ex supputatione Baronij sub Laudo qui vix 7. menses sedit.

18. Leo Victo seu Vittus Archiep. Rothomag. Apostolus Baiocēsium & Cantabrorum.

19. Fabulosa Papissa Ioanna. Florimundus Raymundus vit laudatiss.

20. Leo cœpit, Franco & Herueus perfecerunt Catechesin Normanorum.

21. Rollo, cæteris religiosior Normannis.

fuit in subeundo iugo Christi, eo cum cœpit conuerti perseuerantior fuisse legitur. Herueus Heriueus, seu Heruieus vulgo *Heruiew*, Regis Caroli Simplicis post Fulconem Archiepisci Rhemensem suum in dicta Cathedra Antecessorem, fuit Cancellarius. Huius extat epistola ad Vvalconem Archiep. Rothomag. quæ est trigesima nona inter epistolas quæ insertæ post Hincmari Rhemensis Archiepiscopi opera de eo in Chronologia Lerinensi mentio fit, & apud Aymonium Monachum libri quinti de gestis Francorum, vbi transcribit Diploma Caroli Simplicis Regis, vbi meminerat de terra ab eo data. *Normanis*, inquit, *Sequanensibus Rolloni suisque Comitibus pro tutela regni*: ad calcem & post subscriptionem dicti Regis hæc verba leguntur Gozlinus Notarius ad vicem Heruei Archiep: summique Cancellarii recognouit pro Abbate de Cruce sancti Leofredi in Neustria seu Normania: Herueus ille fuit filius Vrsi & Berthæ frater Eudonis seu Eudi de Castellione (à quo familia Castellionum ad fluuium Matronam in Monte propè Espernacum in Diœcesi Suessionensi) Comitis Trecensis. Sedere autem cœperat Herueus in sede Rhemensi ex Flodoardo libri quarti Historiarum capitibus vndecimo & decimo quarto, anno Christiano nongentesimo & vno: laudatissimus prædicto Flodoardo, quem facit fuisse amores bonorum, exemplum Seniorum, refugium pauperum & orphanorum, consolationem piorum, Patrem Cleri, protectorem populi.

21\. quis & qualis Herueus qui Catechista Rollonis: alij filium volũt Eudonis filij Vrsi, cœpit esse Archiep. Rhemensis anno 901. laus eius. Encomium Rhemensis Ecclesiæ.

Sanctus quoque Iuo Carnotensis ante Episcopatum & priusquam esset Abbas sancti Quintini apud Bellouacenses Pastor & Rector quondam Parochus Gisortianus epistola quadragesima octaua verificatum fuisse affirmat in dicto Herueo, Rhemensem sedem habere regni diadema, & omnibus penè Ecclesiis Gallicanis exemplum ruinæ vel etiam resurrectionis existere Gregorius Coluuetius in Catalogo Archiepiscoporum Rhemensium. *Herueus*, inquit, *Canonicus Rhemensis filius Vrsi Comitis Campaniæ & Berthæ sororis Huebaldi Comitis (nepotis Caroli Calui ex eius filia Cisla) ordinatur anno nongentesimo primo: Pallium accepit à Benedicto Papa quarto anno nongentesimo quinto: Duas Synodos habuit, tertiam anno nongentesimo nono, quartam nongentesimo vigesimo primo. Sudauit plurimum in conuersione Northmannorum: qua de causa à Sergio tertio Papa creatus est Legatus Apostolicus, à Carolo Simplice (filio Ludouici Balbi Imp. & Regis Francorum.)* Factus regni Cancellarius Herueus porro summis Pontificibus charissimus erat trigesimus tertius Rhemensis Archiepisc. qui prius fuerat Notarius seu Secretarius Regis Caroli Simplicis: scripsit epistolam quandam de pœnitentia (quæ legitur post Hincmari Epistolas) vt dixi ad Valonem seu Vvictonem seu Vvictum quadragesimum Archiepisc. Rothomagensem editam à Cordesio: de eodem Vvittone qui idem cum Leone Antecessore Franconis & Collega Catech. Northmannorum cum Herueo. Flodoardus lib. 4. Historiæ Rhemensis cap. 12.

23\. Ecclesiæ metropolitæ causa boni vel mali.

24\. Herueus sudauit in cõuersione Normanorum, creatus Legatus Apostolicus Herueus 33. Episcopus Rhemensis prius Caroli Simplicis Secretarius scripsit Epistolam de Pœnitentia.

Herueus de conuersione Normanorum laborauit ad Vvictonis Rothomag. Archiep. petitionem. *De Northmanorum, inquit, mitigatione, atque conuersione multum laborauit (puta iuxta quod nonitus epistola Ioannis Papę supra transcripta) donec tandem post bellum quod Robertus Comes contra eos gessit, fidem Christi suscipere cœperunt, concessis sibi quibusdam Pagis, ac Rothomagensi quam penè deleuerant vrbe, & eisdem subiectis. Ad petitionem quoque Vvictonis tunc Episcopi Rothomagensis, collecta ex diuersis Authoritatibus sanctorum Patrum viginti tria capitula, qualiter ipsi Normani tractari deberent, eidem Archiepiscopo delegauit, insuper etiam Romanum Pontificem super hac conuersione, quæ exequenda forent, insinuare non destitit.* Paulo aliter hunc textum alibi transcriptum apud Chronicon venerabilis Ioannis Dadræi Canonici & pœnitentiarii Rothomagensis, in Vvictone pro Ioanne nono Papa male legitur Leo Papa, sed credo quod voluit dicere quod Vvitto aut Vvittus qui alias dictus est Leo sub Ioanne nono Papa sedit, & Leo Vvittus in sede Rothomagensi successit Ioanni trigesimo nono Archiepiscopo, non anno octingentesimo septuagesimo quinto. Nam teste Claudio Roberti in Gallia Christiana, Ioannes eius Antecessor interfuit Concilio Pontigonensi Congregato (ex Aymonio & Tomo tertio Conciliorum) anno Christi DCCCLXXVI. vbique error in annis eo loci à Dadræo adnotatis: Odoramus alias Oderamus Monachus Senonensis sancti Petri, in Chronico rerum in Orbe gestarum (florebat post annum Christi millesimum) *Sancta Synodus, inquit, quę in nomine Domini vocatione Domini Ioannis ter beatissimi & vniuersalis Papę, & iussione Domini Caroli perpetui Augusti, Congregata est in loco qui vocatur Pontigonij anno Incarnationis Dominicę octingentesimo septuagesimo sexto, indictione nona,* &c.

25. Corrigitur Chronicon Dadræi.

26. S. Leo Vvittus Archiep. Rothomag.

Lib. 5. Hist. cap. 32. & 33.

Quo tempore floruerit, & Ioannes Papa IX. vel X.

Hæc sub Carolo Caluo & Ioanne octauo, hoc Papa, illo Imperatore. Atqui diu postea regnauere Carolus Rex Simplex & Ioannes nonus Papa, qui, vt dixi, numerando fabulosam Papissam, esset decimus. Ille rescripsit Herueo, & Herueus Victoni seu Leoni Vvictoni Archiepiscopo Rothomagensi successori Ioannis, quos oportet ex illo calculo euidenti sedisse Rothomagi (aliter quam computauerunt Dadræus & Claudius Roberti) vsque ad annos Ioannis Papæ noni qui obiit vno anno ante millesimum Christi & regnauit tantum circa tres annos, ex quo sequitur si Benedictus quartus succesor Ioannis coætaneus fuit Vvictonis, & hic à Leone quinto Papa succesore Benedicti quarti missus est ad Baiocenses & Cantabros, luce clarius apparet non nisi post illos annos inchoandum esse Franconis Pontificatum qui Rollonem baptizauit, cuius Catechista fuerit sanctus Leo Vvictus eius immediatus præcursor: & sic pugnat contra rationem temporum Chronologia & supputatio Dadræi facientis sedere Franconem anno octingentesimo septuagesimo quinto pro nongentesimo quinto, quia constat Leonem quintum in Cathedra Petri claues moderatum fuisse anno nongentesimo tertio.

27. Corrigitur Chronicon Dadræi.

Corrigendus quoque Antonius Monchianeus, Demochares Reſſo-
naeus Doctor Sorbonicus Tomo ſecundo de diuino Miſſæ Sacrificio
in tabulis Rothomagenſium Archiepiſcoporum qui duxit funem
qué Dadræus & Robertus ſecuti ſunt; vterniq; ſit de ſupputatione
annorum conſenſus eſt in Hiſtorica veritate, & benè obſeruauit Da-
dræus Vvictonem magnum fuiſſe Theologum, aptumque erudien-
dis & conuertendis ad fidem populis idoneum, obiter tamen falſus
eſt Dadræus Iſoardum laudans pro Flodoardo. Dico ergo cum con-
ſtet ex actis Rothomagenſis Eccleſiæ maritatis cum Eccleſiæ Bayo-
nenſis Actis, vnum eſſe & eundem qui dicatur Leo, Vvicto & Vvi-
ctus ſeu Vvitto & Vvittus duarum Diœceſeon Rothomagenſis &
Bayocenſis ſucceſſiuè Epiſcopum: hunc eundem eſſe qui frater fue-
rit natu ſoli terreſtris & Natalitii cœleſtis Philippi & Gerüaſii
Chriſti teſtium & Martyrum pro fide apud Cantabros ſodalium
Apoſtolicorum ſancti Leonis quibus tribus commune agnomen
Vvitti ſeu Vvittonis quibus glorietur Neuſtria, quæ illis Natalitia
vitæ mortalis contulerit. Apud oppidum Carentonum, cuius op-
pidi adhortor Clerum, ciues & populum cum ſui Reuerendiſſimi
Antiſtitis licentia à Bayona petere eorum Officium Eccleſiaſticum
depoſitionis & tranſlationis ſuóque Calendario inſerere & pro eo
ac debent Reliquiarum partem humiliter expoſcere: ſacella, alta-
ria, & imagines extruere, & Feſta eorum ad Dei & Sanctorum glo-
riam ſolemni ritu concelebrare. Eundem eſſe Leonem & Vvicto-
nem tempora cum rerum geſtis coëuntia Regum & Pontificum
conuincunt: Vvicto legitur miſſus ad Cantabros à Ioanne nono,
vel vt Dadræo placet à Leone quinto, de vtroque conſenſus eſt fuiſ-
ſe Succeſſorem Ioannis, Anteceſſorem Franconis, Catechiſtam
Normanorum, domitorem Infidelitatis Bayonenſium, & vter-
que quoad nomen diuerſus videatur, qui vnicus quoad res aſſeratur
vtriuſque ſedis Antiſtes Normanorum & Bayonenſium Paulus
& Doctor gentium illarum. Adde quod nullus alius circa ea
tempora & ſub illis Romanis Pontificibus & Rege Francorum
Carolo Simplice legitur miſſus ad Cantabros, neque feciſſe Ca-
techeſim pro Normanis, niſi ille ipſe Vvicto cum Herueo, & idem
Leo ſub Ioanne nono miſſus Dei legatus. Ergo vel in omnibus ta-
bulis Rothomagenſis Eccleſiæ, Dadræi, Claudii Roberti, Anto-
nii, Democharis & aliorum omiſſus eſt cum ingenti oſcitantia
& Hiſtoriæ inaudita ignorantia magnus ſanctus Leo: vel
Leo ille, eſt idem cum Vvitto aut Vvictone, quod ego inten-
do & credo eſſe veriſſimum, cum & Leonem & Vvictonem con-
ſentiant Scriptores fuiſſe Carentonenſem ciuem & indigenam;
ſicque omnia concordabunt in geſtis, in loco natali, in tem-
pore, ſi Leo & Vvicto pro vnico Rothomagenſi Archiepiſ-
copo Rollonis & Northmannorum Catechiſta fuiſſe concedatur.

28\. Corriguntur tabulæ Democharis, & Claudij Roberti qui eum ſecutus eſt.

29\. Sanctus Leo Vvitto magnus fuit Theologus.

30\. Dadræus Iſoardum pro Flodoardo accepit.

31\. Idem Leo eſt & Vvitto ſeu Vvictus aut Vvittus: cognomen Vvictonis commune tribus fratribus.

32\. Adhortantur Carentoni Clerus & populus ſuos ciues ſanctos venerari.

33\. Probatur quod Leo & Vvicto ſunt idem.

S. Leon naſtif de Carentan en baſſe Normandie.

Quapropter comperto quod Leoni Vvictoni benè cessisset diuina

34\. Vvascones vicini Hispaniæ, penè obliti Christianæ fidei propter vicinos infideles quos S. Leo erudiuit.

institutio Northmannorum, placuit Apostolicæ Sedi mittere & trasmittere illum ad Vvascones Hispanis conterminos, vtilem vineæ Domini operarium, ad populos pene antiquæ fidei Christianæ oblitos, excursionibus Piratarum, inuasionibus Saracenorum, & Mahumetanorum, eorumque lolio semen Euangelicum antiquitus disseminatum erat penè suffocatum. Agrum sterilem fœcundauit sanctus Leo Vvicto cum duobus Carentonensibus fratribus Geruasio & Philippo: de Vvictone Clerus Rothomagensis olim cecinerat apud Ordericum Vitalem in Historia Ecclesiastica.

Vvicto commissum conscendens Pontificatum,
Claruit in populo, vir prudens dogmate sancto.

Leo, Franco, Herueus socij in conuersione Normanorum. Leo cœpit, Herueus scripto adiuuit, Franco perfecit.

Quod ergo quidam conuersionem Rollonis & baptismum Northmannorum tribuunt Franconi, alij Leoni Vvictoni seu Vitto, nonnulli Herueo, totum verum est, quia omnes illi suam opem & denarium in sacrum reconciliationis diuinæ Gazophilacium immiserunt, & agentia singularia concurrerunt in eundem effectum genericum Christianitatis Northmannorum. Leo Vvittus inchoauit, Franco perfecit, Herueus scripto adiuuit. In conuersione Beati Regis Clodouei Christianissimi sanctus Vedastus cœpit eius Catechesim apud Tullum Leucorum, sanctus Remigius Remis ad perfectum deduxit tempore nostri Archiepiscopi Rothomag. Gundebaldi ordine trigesimi tertii, de quo scribitur apud Vticensem Monachum.

—— iusta tenuit moderamina vitæ,
Prospiciens populo: ——

35\. Archiepiscopi Rothomag. septé, passi infideles Normanos.

Ante hunc Catechismum Northmanni Infideles Hastingo Apostata instigatore & promotore mali totius Rothomagum combusserant, succedente temporum varietate, Paulus, Venilo, Adilardus, Riculphus, Ioannes, Leo Vvicto & Franco Northmannos feroces paulatim iugo Christi sua pietate atque prudentia subegerunt, vsque dum Rollo in vrbem admissus promisit se leges patrias Neustriorum conseruaturum. Cœpitque Rollo tunc Rothomagi habitare eo loci quo est hodie Ecclesia appellata sancti Petri de Castro.

36\. S. Pierre du Castel locus vbi Rollo habitabat.

In gratiam Catechistæ primarij Ducis nostri Rollonis sancti Leonis Vvictonis Rothomag. Antistitis: obseruo de eo esse intelligenda pauca verba Petri de Natalibus Episcopi Equilini in Italia vitæ sanctorum, quem inscripsit Catalogum libri vndecimi capite centesimo trigesimo Paragraphis octogesimo primo & secundo de Martyribus qui passi sunt Calendis Martii. *Leo Martyr*, inquit, *eodem die passus est. Natalis quippe nostri sancti Leonis Vvictonis incidit in Calendas Martias, eoque die cum fratribus suis Geruasio & Philippo fidei Christianæ suo sanguine testimonium perhibuerunt, aut saltem perhibuisse eadem die venerantur.* Vita sancti Leonis Vvictonis à viro laudatissimo Papyrio Massono laudatur in docto illo opere de Galliæ flumi-

37\. De S. Leone Vvicto Petrus de Natalibus in Catalogo Calendis Martij.

Vita sancti Leonis Vvictonis.

nibus quà Francia est, ex cuius vitæ lectione testatur se didicisse fluuium qui alluit Bayonam vocari Adurum: didici, inquit; *in vita sancti Leonis Niuum [vulgo le Nibe] nomen suum perdere in exitu vrbis Bayonæ, vbi in Adurum [alias Adurim] influit.* Vita illa concinnata fuit per Sampsonem Canonicum Bayonensem: illamque ego esse suspicor quam memini me legisse & selegisse, quam profitetur depromptam ex Archiuo Ecclesiæ Cathedralis B. Mariæ Bayonensis procurante capitulo, & iubente Reuerendissimo Antistite Ioanne Fraxineo, qui scripsit de statu familiarum Illustriorum orbis Christiani.

Le Nibe riuiere à Bayone, se perd dans le Dour. Niuo in Adurum influit.

Supplementum Gallici Martyrologii nuper editi ad Calendas Martias reducit quoque festum diem sancti Leonis. *Calendis Martij*, inquit, *Passio sancti Leonis Bayonensium Apostoli, Fulgentis dono perpeti opitulationum in suis finibus, hunc enim mulieres in puerperio inuocantes, à periculo liberantur: nautæ à naufragio, & prædonum potestate seruantur: animalia ipsius tutelæ commendata à luporum rapacitate, & varijs infirmitatibus eruuntur, & alia innumera, præstante Domino nostro Iesu Christo [quem in vita & in morte clarificauit Beatissimus Athleta] incolis eius intercessione impenduntur solatia.* In eodem Martyrologio quinto nonas Martii: apud Castrum Lampurdum seu apud Bayonam Lampurdensium sub Metropoli Auscensi in Aquitania secunda: *Sancti*, inquit, *Leonis Episcopi & Martyris, qui in Pago Carentaniaco [intelligit vrbem Carentonum Normaniæ] Prouinciæ Rothomagensis, præuio Angelico Vaticinio, ex pijs parentibus genitus, mira ab infantia futuræ sanctitatis specimina edidit. Postea Zelo Dei feruentissimus, castitate eximius, Doctrina Eminentissimus, virtutibus ornatissimus, cum inter coæuos floreret, Clero Rothomagensi adscriptus, & per gradus meritorum ad Sacerdotij fastigium euectus, Euangelij sacram Sementem vt spargeret ex Celtica Gallia (dicere debuit ex Belgica Gallia, vel ex Lugdunensi secunda) in Nouempopulaniam Prouinciam tenebris adhuc Infidelitatis obcæcatam, cum duobus Germanis Philippo & Geruasio, Apostolica fretus auctoritate, profectus: mira ibi subruendo falsorum numinum delubra, & Christi erigendo trophæa, exercuit conaminum piorum facinora: quibus exacerbati Martis Dei vmbratilis Sacrifici, in virum Dei turbam concitauerunt. At ille fusis ad Deum precibus solo flatu Martis Idolum in puluerem conuertit. Hocque miraculo attonitam multitudinem ipsosque sacerdotes à Dæmonum nefando cultu ad Verbi Incarnati fidem & adorationem perduxit. Sic Bayona penitus Christo subiugata, in Bearnum Nauarramque perrexit: Hispaniæque etiam quadam oppida penetrauit, Christianam Religionem in populos obuios Spiritu Apostolico propagans, quousque à Piratis quibusdam Ethnicæ impietatis cultoribus ad Niuum fluuium comprehensus cum socijs dirèque ob fidei prædicationem ab iisdem verberatus: primumque sub eius oculos Germani ipsius ambo obtruncati sunt, deinde ipse & à satellite irruente caput amputatum, quod in humum decidens fontem illico excitauit. Corpus vero erectum primum persistens sub ipso lethalis*

38. Epitome vitæ S. Leonis Normani de Carentono terria die Martij.

Carentiniacus patria S. Leonis titoli sancti Leonis Vvlctonis.

Martis Sacerdotes caussa Martyrij S. Leonis & fratrum, conuertit Bayonam, Bearnum, Nauarram.

Obtruncati duo fratres S. Leonis & ipse Leo, cadens fontem excitat caput, portat caput, Bayonam delatum,

mucronis ictu, deinde se inclinans caput decisum collegit, atque Comite Angelo ad vnum hinc stadium euexit. Ibi trophæum Martyris postea extitit clarißimum, nam eo loco Aceruus testimonij tanto Christi Athletæ à Fidelibus erectus est: in quo honoro loculo conditus requieuit vsque dum furentibus vniuersam per Galliam nuperis Hagiomachis, huic ne profanæ sectæ subiaceret, Bayonam delatum, in summo Deiparæ Virginis templo collocatum fuit, vbi nunc vsque & miraculis coruscat, & debita fruitur veneratiône. Passus est temporibus Caroli Simplicis, Stephano septimo post formosum Sedi Apostolicę presidente. De tempore Caroli Simplicis concedo, sed tempus Stephani Papæ omnino discordat cum supra citatis: & pro me facit contra Auctores cum quibus disputaui.

Passus sub Garolo Simplice, an sub Papa Stephano septimo controuertitur? multi vitam S. Leonis scripserunt.

Elegantia Sermonis & longa Historia bene abbreuiata suasit pro solatio Rothomagensium transcribere Epitomen rerum gestarum sancti Leonis primarii Doctoris nostri Rollonis, vitam ampliori narratione descriptam præter illam quam supra designaui, legi in vitis

39. Sáctorum Gallico sermone Lutetiæ Parisiorum editis anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo quinto Henrico tertio Francorum & Poloniæ Regi dicatis: vbi fœlix transitus S. Leonis adnotatur & describitur Calendis Martii, non autem die tertia: & ad Calendas quoque refert Petrus de Natalibus in Catalogo: canonizatum refert Auctor vitæ illius à Gregorio Papa quem non nominat, sed coniicere licet fuisse Gregorium quintum gente Germanum, qui Romæ eminebat circa annum Christi nongentesimum nonagesimum quintum ante millesimum Christi B. Leo priusquam ascendisset ad Episcopatum ab adolescentia sua circa annum Incarnati Verbi octingentesimum quinquagesimum sextum cum suis fratribus Geruasio & Philippo (quem vtrumque pro Sancto coli idem Auctor scribit, sed vult Geruasium solum cum Leone Piratica manu Martyrio coronatum vno milliario ab vrbe Bayona, Philippum vero beato fine in pace quieuisse esseque Confessorem non Martyrem) aduocatus ex Neustria in Germaniam à Ludouico Iuniore Germaniæ Rege: eoque tempore sanctum Leonem tantum fuisse natum annos duodecim, & Germanum Regem impulsum ad se adolescentem sanctum aduocare propter diffamatam vbique in tam tenera ætate eius Sanctitatem: rogatu postea Leonis missus est Lutetiam Parisiorum, vbi regiis facultatibus omni generi bonarum litterarum sedulam operam nauaret: nec ipse spem conceptam vanis elusit auenis, factus grandior Musarum amantissimus euasit in virum eruditissimum in multifaria doctrina. Euocatus Romam, non legi quo anno, fama creuit doctrinæ & Sanctitatis post Pontificatum Rothomagensem, & postea quam ab Herueo collaudatus apud Ioannem nonum Papam vel eo viuente destinatus ad Bayonenses conuertendos, & ab eodem Papa, vel vt vult Dadræus à Leone qui non diu (successor Benedicti quarti paucorum dierum Pontificis) post Ioannem præsidebat Cathedræ Petri, missus ad mes-

Natalis S. Leonis Cal. Martij. Canonizatus est à Gregorio V. Papa. 995.

856. Leo aduocatus fuit in Germaniam.

Ludouicus Iunior Imp. dilexit Leonem ætatis anno 12. fama iam celebris Mœcenas eius Lutetiæ fuit Rex Germaniæ: euasit in virum eruditissimum Romam euocatus.

ſem Cantabrorum Bayonæ & vicinarum regionum. Vix pedem iis locis fixerat prima concione, legitur fidem Catholicam inſinuaſſe ſeptingentis octodecim auditoribus ſuis: altera concione centum quadraginta tres Deo lucratus fuiſſe narratur, & exinde vniuerſum populum Religioni Catholicæ acquiſiuiſſe in regno Nauarræ paſſimque oram Hiſpanicam pietatis ſterilem vomere Euangelico excultam fœcundaſſe. In Legenda S. Leonis V victonis plurima eius leguntur miracula quæ indicaſſe ſufficiat. Eo quoque loci legere eſt ſanctum Leonem Neuſtrium poſt mortem apparuiſſe in vrbe Rothomagenſi ſuo Vicario quondam Generali Venerabili Ioanni *de Palieu*, quem peregre profectus (antequam Franco conſulto Papa ſubſtitueretur abeunti ad Cantabros) gregi ſuo præfecerat cum alio viro bono & prudenti Eccleſiaſtico nomine Godefrido (ex quo apparet non nouum eſſe plures Pontificum eſſe Vicarios generales) qui rebus bene conſtitutis apud Rothomagum, ſeu ab ipſis, ſeu à Francone ſucceſſore Diœceſano profecti ſunt ad ſepulchrum ſancti Martyris ſui Pontificis, venerabiles Reliquias inuiſuri & pro cultu honoraturi: plura omitto quę in illa Legenda conducunt honori tam glorioſi Martyris. Andreas *du Cheſne* ſeu Quercetanus noſtri ſæculi Gallici ornamentum & apicula Hiſtorica in Antiquitatibus Galliarum, vbi occurrit ſermo de Bayona, & de Baſilica S. Leoni dicata ad vrbem Bayonam, refert eam deſtructam anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, tranſlatis Reliquiis ad Epiſcopalem B. Virginis Mariæ Bayonenſis in loculo pretioſo. Stupendum ſanè tam diu Præſulis cultum ignoratum in Rothomagenſi vſu Breuiarij & Miſſalis & Martyrologij nuper ſicut & ſancti Prætextati Archiepiſcopi Rothomagenſis cœpiſse omiſso ſancto Claro peregrinatione toto anno celeberrimo apud Pagum Vulcaſinum Martyre & in vico cognomine quieſcentis: glorioſus Deus in Sanctis ſuis, honorantes ipſos honorat, & ſibi imputat venerationem illis redditam, quam non ignorant Martyrologia & Diœceſes remotiſſimę, noſtra cæcutiſse Diœceſis videbatur & oculos exſpectaſse ab Hiſpanis, Cantabris, Bayonenſibus, qui cum Geruaſio & Philippo Feſtis honorantur & Patronatu, nuper additus S. Leo Rothomagenſi Calendario & Officio Eccleſiaſtico (me inſtigante) Calendis Martii liber Antiquitatum vrbis Rothomagenſis opus fratris Natalis Taillepied Pôtœſiani Franciſcani, capite decimo nono; paucis attingit ſanctum Leonem Archiepiſcopum Rothomagenſem quem natum facit apud Normaniæ oppidum Carentonum, fuiſséque Doctorem Pariſienſem Theologum & ſacræ paginæ Lectorem (quid conuenientius quam Doctores in Cathedris Epiſcopalibus ſedere cum proprium Epiſcoporum ſit docere iuxta Diuum Paulum?) miſſum à Papa, non dicit à quo, in Hiſpanias pro conuertendis Paganis, cumque rediret prope Narbonam vel Narbonæ (poſuit Narbonam pro Bayona) interceptum à Pyratis, quem poſt tormenta va-

Tempus miſſionis Cantabricæ vbi prima concione conuertit 718. animas ſecũda 143.

40. Ioannes de Palleu S. Leonis Vicarius Rothomagenſis cum Godefrido.

Vicarij ad ſepulchrum S. Leonis peregrinantur.

Baſilica S. Leonis ab Hæreticis deſtructa 1557: ex illa Reliquiæ tranſlatæ Bayonam.

41. Omiſſiones Rothom. Breuiarij de ſanctis ſuis quos externi venerantur.

42. S. Leo Norman. fuit lector Theologus Pariſienſis. 1. Timoth. 3.

41. ria decollarunt cum duobus illius fratribus. Quidam ſanctum Leonem Vvictonem ſeu Vittum venerantur ſub nomine Vvictonis aut Vuittonis: quod impoſitum in baptiſmate ex eo ſatis apparet, quod poſt tempora ſancti Vvictonis Archiepiſcopi noſtri habuerit ſanctum æquiuocum ſanctum Vvitonem, cuius honori inſtituta eſt Abbatia Verduni leucorum illiuſque cœnobii fuit quondam Abbas beatus Ricarius: Beatus Leo Vvicto à Ludouico Iuniore Rege euocatus in Germaniam ſui nominis reliquit venerationem, eiuſque æquiuocus ſanctus Vvitho Abbas Friſius Vltraiecti eruditus à ſancto Vvilebrordo qui euaſit in primum Epiſcopum Onaburgenſem in Saxonia, de quo meminit Suffridus Petrus libro de Scriptoribus Friſiæ. Nomine quoque Vvictonis ſeu Vitti inſignitus fuit Vittus Maternus Apulus (in qua prouincia Normani dominantes nomen Vvitti & Vvittonis detulerunt) Ordinis Fratrum Prædicatorum Profeſſor Theologus Neapoli. His adde inſignem Scriptorem Vvittum Miletum Germanum Theologum Vratiſlauienſem Canonicum Auctorem occultæ demonſtrationis: nunc conuerto ſermonem à Catecheſi ad baptiſmum.

Corrigēdus Taillepied.

S. Leo etiam ſub nomine Vvictonis veneratur.

Germanis Vvitho: Italis Vvittus nomē in Italia à Normanis principibus veneratum.

Vvittus auctor occultę demonſtrationis.

De Baptiſmate Rollonis Ducis & Northmannorum per Franconem Archiepiſcopum Rothomagenſem, & de nomine Roberti illi impoſito.

CAPVT DECIMVM.

1. SAPIENTER monuit ſanctus Auguſtinus Commentario in Pſalmos non eſſe putandum, *gratis malos adeo pati & ſufferri in hoc mundo, nihilque boni de illis agere Deum: Omnis malus*, inquit, *aut ideo viuit vt corrigatur, aut ideo viuit vt per illum bonus exerceatur: & quamdiu ita ſunt vt exerceant nos, non eos oderimus, quia in eo quod malus eſt quis eorum, vtrum vſque in finem ſit perſeueraturus, ignoramus. Et plerumque cum videris tibi odiſſe inimicum, fratrem odiſti & neſcis.* Confirmat ſancti Auguſtini Doctrinam exemplum Rollonis toto orbe Chriſtiano notiſſimum. Poſt pacem apud ſanctum Clerum ſeu Clarum firmatam inter Carolum Regem & Rollonem factum Ducem, Dudo libro ſecundo, *Rex Carolus*, inquit, *ad ſua remeauit, Robertus (Comes Pariſienſis) & Franco remanſit cum Rollone.*

2. Antiquitas rudis conuerſionem Rollonis carmine cecinit alludens ad illius ſomnium.

Rollo tui viſus capies en myſtica ſenſa,
Eccleſia ſtabis precelſi vertice montis,

Mali non ſufferuntur gratis à Deo, ſed vt corrigātur, aut per eos bonus exerceatur, probatur exemplo Rollonis.

Conuerſio Rollonis conformis eius ſōnio.

Fonte

Fonte ſalutifero ſcelerum purgabere lepra,
Nunc homines volucrumque loco tibi ſiuta gerentes,
Se Eccleſiæ montem ſcandentes Fonte piabunt,
Dux bone; duxque pie Patrici, ſemperque verende,
Obſerua mandatorum præcepta ſuorum,
Da leges populo, &c.

Anno ergo Incarnationis Dominicæ nongenteſimo duodecimo Franco Archiepiſcopus, Catholica ſanctæ Trinitatis fide imbutum Rollonem Baptizauit, duxque Francorum Robertus de Fonte Saluatoris eum ſuſcepit, nomemque ſuum illi impoſuit, magniſque donis & muneribus honorificè ditauit. Robertus vero, qui & Rollo, Comites ſuos, & Milites, omnemque manum exercitus ſui Baptizari fecit, atque Chriſtianæ Religionis fide per Prædicatores inſtrui. Adſtipulatur Gemeticenſis libri ſecundi capite decimo octauo, & Vticenſis libro tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſub initium. *Anno, inquit, ab Incarnatione Domini nongenteſimo duodecimo, Dux Rollo à Domino Francone Rothomagenſi Archiepiſcopo Baptizatus eſt, idoliſque contemptis, quibus antea deſeruierat, cum toto exercitu ſuo deuotè Chriſtianitatem ſuſcepit.* M. S. Chronicon Normaniæ Baptizatum Rollonem à Francone vult accepiſſe nomen Patrini ſui Roberti Pariſienſis Comitis, quem eo loci & ſæpè alibi appellat Mareſchallum Franciæ: ſcribit quoque Rollonem magna cum pietate in ſe admiſiſſe ſanctum Baptiſma, & cum Francone ſecreta habuiſſe Conſilia, & valde humiliter ab eo quæſiuiſſe, quænam Eccleſiæ ipſo competente Iudice in terra ſibi à Franco Rege conceſſa dignitate & auctoritate ſacra præeminerent: ſeu, vt loquitur Veromanduenſis Decanus, ſciſcitatur quæ Eccleſiæ venerationes in ſua terra haberentur, & quæ merito potentiores, & patrocinio Sanctorum dicerentur. Sciebat Franco fugatum Rollonem, & ſocios vrgente patrocinio B. Virginis Mariæ inuocato per afflictos cladibus Northmannorum Chriſtianos: ipſumque Rollonem, pluresque ſociorum commilitonum obcæcatos à Deipara in obſidione Carnotenſis Parthenopolis. Franco ante & ſupra omnes Eccleſias commendauit Rolloni Metropolim Rothomagenſem, deinde Sedes Pontificales Baiocenſem, & Ebroicenſem, ſingulas ſanctæ Dei genitricis nomini intitulatas: addidit in termino terræ ipſi conceſſæ celeberrimam eſſe peregrinationem & Eccleſiam ſancti Michaëlis de Monte, Angeli cuſtodis & Patroni regni Francorum, cuius portio eſſet noua Normania, quæ nuper vocaretur Neuſtria, inuocatione illius tutelaris & honorificentia omnia proſpera illi ceſſurum: inque ſuburbio Rothomagenſi (ſic erat illo tempore auctum Pomerium) eſſe Eccleſiam ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, in qua olim ante Northmannorum aduentum requieſcebant

912.

3. Rollo in Baptiſmo Robertus dictus.

4. Dominus Domini diminutium.

5. Rollo cum magna pietate Baptizatus ſatisfacere incipit Rollo.

Commendatæ Rolloni Eccleſiæ à Francone inter quas ſancti Michaëlis de Monte.

SS. Apoſt. Petri & Pauli Rothomagi.

sacræ Exuuiæ sancti Audoëni, vnius ex sanctis suis Antecessoribus, metuque Northmannico deportatum in interiorem sinum Franciæ. Non prætermisit adnotare primam Rollonis stationem per ostium & alueum Sequanæ in terram nunc suam primo aduentu fuisse Monasterium Gemeticum, cœli claugero Petro dicatum, vbi sanctæ Aldetrudis Reliquias cum honore, etsi adhuc Gentilis, reposuisset super altare sancti Vedasti ex aduersa parte fluminis, quas ex terra Comitis Raynerii Hainoniensis ex Abbatia Malbodii detulerat, in feretro & portatili tumba argentea inclusas.

5. Abbatia sancti Dionysii in Francia.

Quia vero beneficio Regis Francorum, partem Neustriæ dono, & dotis nomine ducendæ Gislæ Principis Regiæ accepisset, non abs re fore si Rollo Apostolo Francorum, & sancto Sodali sanctorum Nicasii, sociorumque, Neustriæ per Euangelium primorum patentum, Areopagitæ Dionysio se munificum & liberalem exhiberet.

6. Rollo erga Deum & sanctos liberalis.

Tunc Robertus seu Rollo, inquit, *antequam diuidatur terra meis Principibus, Deo, & sanctæ Mariæ, Sanctisque denominatis desidero partem istius terræ dare, vt dignentur mihi in auxilium subuenire. Ad quem Franco, Utere*, inquit, *consilio diuinitus inspirato, congruumque est*

7. Chrismatis & olei vestes in Baptismo.

tibi his diebus septem quibus Chrismate unctus es & oleo, vestibus albatis indutum fieri? dedit itaque Robertus [*Rollo*] *prima die Baptisterij, Deo & sanctæ Mariæ Rothomagensis Ecclesiæ terram permagnam Canonicis possidendam in perpetuum. Secundo die sanctæ Mariæ Baiocensis Ecclesiæ, Tertio die sanctæ Mariæ Ebroicensis Ecclesiæ, Quarto Archangeli Michaëlis Ecclesiæ vicibus inundationis procellarum maris circumseptæ secundum Lunæ cursum incrementati septenarij numeri dispositione.*

8. Prius cœlo quam hominibus partitur Rollo terrā. Rollo septē diebus in albis.

Quinto sancti Petri, sanctique Audoëni Ecclesiæ: sexto sancto Petro sanctoque Aicadro Gemeticensis Ecclesiæ: Septimo Brenenal cum omnibus appendicijs sancto Dionysio dedit. Octauo die expiationis eius, vestimentis Chrismalibus & Baptismalibus exutus cæpit metiri terram suis Comitibus atque largiri fidelibus. Calculus libri secundi capite decimo octauo.

Efficax Rollonis donatio verbalis.

Rollo autem postquam Baptizatus est: *per septem dies*, inquit, *quibus in Albis mansit; Deum & sanctam Ecclesiam datis muneribus honorauit*, & capite decimo nono.

Rollonis verba pro Diplomatibus habita.

Octauo, inquit, *die expiationis eius vestimentis Chrismalibus exutus, cæpit verbis acquisitam terram metiri, Comitibusque suis & cæteris fidelibus largiri. Videntes autem Pagani* [*idest cæteri Northmanni nondum Baptizati*] *Ducem suum esse Christianum, relictis Idolis nomen Christi suscipiunt, ac vnanimes ad Baptismum conuolant.*

9. Incuria Historiarum non adnotantium.

Grande dictu neque diem, neque mensem ipsius Baptismatis à nullo horum Scriptorum adnotari: in solo anno Christiano nongentesimo duodecimo conueniunt.

Eius Baptismum in Vigilia Paschæ vel Pentecostes.

Crediderim ego rem quasi vulgo fieri solitam non indicasse, quia veteri more in Vigilia Paschatis vel Pentecostes id fieri solebat, diximusque ex illa consuetudine Rollonem septem diebus vestibus olei & Chrismalibus vestitum

vſque ad Dominicam in Albis, quo die octauo veſtes albas exuerit: adhuc tamen difficultas eſſet an Sabbatho ſancto Baptizatus Rollo, an in Vigilia Pentecoſtes: exiſtimem Sabbatho ſancto vt die ſolemniori, quod ſi in Pentecoſte id fuiſſet factum, Scriptores ad diſtinctionem non omiſiſſent. Moris erat antiquis & adhuc viget mos in vrbibus, & oppidis quibuſdam, vnicum tantum per vrbes ſingulas conſtituere Baptiſterium ſeu Baptiſmatis Fontem propè ſingularum ciuitatum maiorem Baſilicam conditam: quæ Baptiſteria ſuperſunt in multis Italiæ ciuitatibus, in quo omnis ætatis, ſexus & conditionis conferebatur Baptiſma hominibus. Sanctus Gregorius Nazianzenus oratione quadrageſima quæ eſt in ſanctum Baptiſma, monebat Patritios diuites & magnos Dominos, ne alienum à dignitate ſua ducerent, vna cum pauperibus & ſeruis aut ignobilibus Baptizari. Baptiſterium publicum non dubito Rollonis tempore Rothomagi fuiſſe, illudque pro eius Baptiſmo pietate Franconis & Rothomagenſis Cleri ornatiſſimum fuiſſe, & frequentiſſimum Chriſtianorum alacri ſtudio ad tam optatum effectum concurrentium.

Rollo Sabbatho ſācto Baptizatus.

10\.
Olim vnicū in vrbibus Baptiſterium in quo omnes Baptizabātur paupet & diues.

Baptiſteriū adornatum.

Vnde ſacrum referat regali Chriſmate ſignum.

Inquit Prudentius contra Symmachum in libro de Romanis Pontificibus, qui Papæ Damaſo tribuitur, quo loci agitur de ſancto Syluestro. *Magna*, inquit, *cura, & ſollicitudine Religionis noſtræ Principes ſacros Fontes ſeu Baptiſteria exornabant.* Aſſueuerant aureas & argenteas columbas in figuram ſancti Spiritus quondam ſuper Chriſtum in Iordane Baptizatum deſcendentis in columbæ ſpecie, ſupra diuinos collocare Fontes & ſuſpendere ex ſecunda Nicena Synodo; Baptiſterium in quo Clodoueus à S. Remigio eſt Fonte ſacro expiatus ornatum & decore compoſitum fuiſſe teſtatur ſanctus Gregorius Turonenſis libri ſecundi Hiſtoriæ Francorum capite ſecundo, non eo inficias Neuſtrios nihil debuiſſe Campanorum pietati & Franconem imitari voluiſſe præſumendum eſt, ſanctitatem Remigii Rollo appellare potuit Eccleſiam Rothomagenſem τὴν μητέρα τῆς υἱοθεσίας Matrem adoptionis ſuæ in filium Chriſti, quibus verbis vtitur ſanctus Dionyſius Areopagita in ſua Eccleſiaſtica Hierarchia: ſacrum Fontem communi nomine appellauit Baptiſterium Socrates libri ſeptimi capite decimo ſeptimo, & Zonaras in Leone Tauro dixit κολυμβήθραν. Sancti Patres poſt exacta tyrannorum tempora, elapſiſque perſecutionibus, duo tempora extra caſum mortis & neceſſitatis pro ſuſcipiendo Baptiſmate, vt dicere cœperam, conſtituerunt, Paſchatis & Pentecoſtes, ex Tertulliano libro de Baptiſmo & libro de Corona Militis: & Can. non ratione. De conſecratione diſtinctione quarta, & ſancto Hieronymo in caput decimum quartum Zachariæ, & Epiſtola ad Pammachium. *An non*, inquit, *tu ſcindis Eccleſiam qui præcepiſti Bethleem Presbyteris, competentibus noſtris in Paſcha & circa dies Pentecoſtes*;

Aureæ & argenteæ columbæ in miniſterio Baptiſmatis.

Ornatum Clodouei Baptiſteriū.

Rothomagum Rolloni Mater diuinæ filiationis.

11\.
Varia nomina ſacri Fontis.

12\.
Duo tempora Baptiſmi ſolemnia, (& cur duo tempora.)

13\.
Competentes erant Baptiſmi candidati & exſpectātes.

ne baptiſmum traderent: Longa opus eſſet catena qui Græcos & Latinos Patres vellet in medium adducere & Concilia.

14\. Rollo in quadrageſima Catechiſatus. Dubium proponitur. Obijt vero Carolus magnus 814. Christi.

14\. Si Rolloni ſanitas integra fuit & nullum periculum in mora nihil vetat Rollonem toto tempore Quadrageſimali Catechiſatum in Sabbatho ſancto baptizatum fuiſſe: coniecturam propono, non audeo affirmare & ſollicita manu tenebras exploro inertes. Quodque me dubium facit illud eſt: quod duo illa tempora Paſchæ & Pentecoſtes perſeueraſſe lego tantum vſque ad tempora Caroli Magni Regis Franc. & Imperatoris, & filij eius Ludouici Pij apud Anſegiſum Abbatem. Ottonem Friſingenſem & Aymonium Monachum, & de eo ritu pluribus agit Doctiſſimus Præſes Senatus Pariſienſis Barnabas Briſſonius ad L. Dominico Cod. Theodoſ. de ſpectaculis.

15\. Cur abrogata duo ſingularia baptiſmatis tempora?

15\. Abrogata tandem conſuetudo duorum temporum tum ob multitudinem innumeram Chriſtianorum, tum ob pericula emergentia ex dilatione baptiſmatis. Suſceptores, Sponſores, & Patrimi dati ſunt Rolloni ex antiqua praxi Eccleſiæ apud ſanctum Dionyſium Areopagitam in Hierarchia Eccleſiaſtica capite de baptiſmo: hos ille Sanctus appellat fideiuſſores,

ἀναδόχους.

Iuſtinus Martyr offerentes quæſtione quinquageſima ſexta. Tertulliano ſunt Sponſores libro de Baptiſmo. Sancto Auguſtino Epiſtola ad Bonifacium fidei Doctores, quippe qui obligantur Baptiſatum in fide quantum fuerit neceſſarium docere &

16\. Patrini ſeu Patrimi duo neſcitur ſecundus Patrimus & Matrima Rollonis.

16\. ſpondere ipſum promiſſa ſeruaturum & pacta Conuenta in Baptiſmo. Neſcio quare tam multi & tanti Scriptores omiſere ſecundum Patrimum & Matrimam contēti nomine Robertum Comitem, aliis Ducem Pariſienſem Franciæ Mareſchallum. Nouum eſt enim inſtitutum Concilii Tridentini ſeſſione vigeſima quarta capite ſecundo ob impedimenta affinitatis ſpiritualis, vt vnus deinceps Patrimus & Matrima vna baptizatis dentur.

Diligendi ſunt ſponſores Baptiſmi, inſtar parentum.

Nicolaus Papa ad conſulta reſpondens Bulgarorum capite ſecundo. *Ita*, inquit, *diligere debet homo, eum qui ſe ſuſcepit ex ſacro fonte ſicut Patrem: quinimo quanto præſtantior eſt Spiritus carne, tanto magis ſpiritalis Pater in omnibus eſt à filio ſpiritali diligendus. Eſt inter illos gratuita & ſancta communio, quæ non eſt dicenda conſanguinitas, ſed potius eſt habenda ſpiritalis proximitas.*

17\. Probat Rollo innocentiam vitæ poſt Baptiſmum.

17\. Innocentiam vitæ poſt Baptiſmum probauit Rollo, nam cum ex zelo iuſtitiæ duos Equites Gallos clanculum ad Giſlam coniugem ſuam venientes, & cum vxore eius locuti inconſulto & neſciente Domino & Marito Rollone, eos iuſſit decollari & capita eorum in foro appendi.

Verba vet. Chronici Robert Sire de Paris fut meſlé au Roy.

Robertus Comes Pariſienſis Patrimus Rollonis (ex Chronico M. S. Normaniæ ſimultates habens & bellum in animo contra Carolum Simplicem Regem à quo Rollo Ducatum Normaniæ acceperat eique iuramento fidem ſpoponderat, & fidelitatem promiſerat: credidit Robertus Pariſienſis Comes, ex decollatione Equitum domeſticorum Regis irritatum eſſe Rollonis animum: ergo ſciſcitatus à filiolo ſuo Rollone Roberto ſecum arma ſi vellet iungere & commune bellum moliri contra Carolum Regem,

ô dignum Chriſtiano viro & Principe Catholico reſponſum. *Domine mi Patrime, inquit, Rollo non eſt amplius qui fuerat : hic Paganus diſsimilis ab illo baptizato, fidem Regi terra pace iuraui, fidelitatem acceptatione Feodi promiſi : baptiſmate veterem iniquitatis hominem ſepeliui in ſanguine Chriſti : mortuum peccato & viuentem Deo noli ſollicitare ad fœdifragium Chriſti & ad Apoſtaſiam ſpiritualem : viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus Deus pacis & amoris. B. Virgo Maria Domina mea, Mater pulchræ dilectionis, fœderis Arca, quæ me ſuo filio & per filium Deo reconciliauit, non patitur vt conuerſus ad preces tuas, auertar à diuina clementia : ſic me Deus adiuuet, & ſanctum quod credo Euangelium, diligo te Patrimum meæ ſaluti profuturum, diſpendium æterni regni procurantem audire non poſſum, p(r)ęi ad bonum te ſequar, ſequi volentem Dei mandata ama, & qua potero, ego & mei ſeruiemus tibi. Vale.* Interea vos ô Northmanni videte legiones ſi non regiones veſtras, quia iam albæ ſunt ad meſſem ; non enim ſoli Northmanni qui nunc incolunt Neuſtriam, ſed qui per Europam ſunt diſperſi, & qui in Septentrione reſident, exemplo Rollonis meditabuntur conuerſionem ad Chriſtum, Regem omnium ſæculorum, cuius poteſtas eſt à mari vſque ad mare, & vſque ad cardines orbis terrarum. Vide & tu Rollo, exulta contemplando turbam magnam ex omnibus Aquilonis partibus quæ breui tempore amicientur ſtolis albis, & dealbabunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Gens prius ferox & ſanguinolenta dentes habitura lacte candidiores, ſubſecutura te Ducem, qui olim illis præiueras ad impietatem : candoris tui pulchritudinem admirabitur oculus, téque baptizato aperientur cæli, & ſpiritus Dei deſcendet ſuper te, & erit, ô Rollo, columba cœleſtis ſuper tuum caput : eſto ſicut columba habitans iuxta fluenta Sequanæ, vide accipitrem à longè, prouide tentationes futuras, & qui captus à diabolo, aliis diaboli muſcipula fuiſti, eſto columba quæ alias aues ad columbarium Eccleſiæ trahas, non ad rapinam ſed ad reſtitutionem, quas ſuâ Deus recreet gratiâ, & pabulo æternæ vitæ. Inter grana poſitus & in abundantia rerum nunc conſtitutus elige meliora, omnia probans quod melius eſt tene. Vnam pete à Domino hanc require vt habites in domo Dei omnibus diebus vitæ tuæ. Alienos pullos columba nutrit, alienos pullos accipiter deuorat, hactenus fuiſti prædo alienorum, donatus hæreditate magna, eleemoſynis peccata tua redime, & alienæ intende ſaluti, bene de tua ſperans & de diuina lætare erga te miſericordia: compenſa in futuro & in præſenti damna præterita, quorum cauſa fuiſti, quia tu olim accipiter multos roſtro laceraſti quos pabulo ſatagere debes refici. Tu vir ſanguinum toto vitæ curſu nunc ſenior eſto à modo columba felle carés & mitior agno exemplo Chriſti in quo tu baptizatus es : deieciſti templa, profanaſti Sanctuaria, ſubditus eſto anima Pontificibus tuis, Sacerdotes & Deo ſacratos viros venerare animo pio & humili, & ſubmitte collum Crucifixo.

Vos ô reges & Principes obſeruate ſanctiſſimũ Rollonis reſponſum.

18\. Epiſtola reſponſoria Rollonis ad Robertum Comitem Pariſienſem ſanctitate plena.

Ioann. 4.

19\. Rollo præit multis ad conuerſionem.

Apoc. 7.

Geneſ. 49.

Eccleſ. 43.

Math. 3.

Rollo factꝰ columba miris.

20\. Columbæ proprietates ex D. Thoma 3. parte queſt. 39. art. 6.

21\. Status peccati & gratiæ diuerſitas.

22\. Anima ſancta debet amare pe... [illegible]

Patere te Regi, & esto instar columbæ quam imitaberis recogitando annos tuos in animæ tuæ amaritudine, in gemitu columbæ. *Iob 29.* Columba in cauernis terræ nidificat; Ecclesia Catholica nidus tuus, in nidulo hoc opta mori vt multiplices sicut palma in sancta æternitate dies tuos: gemitum habeto moriturus pro cantu & roga Deum *Psal. 6.* vt sæpè si fieri potest laues per singulas noctes lectum tuum, lachrymis tuis stratum riges, *Psal. 93.* vt secundum multitudinem dolorum tuorum in corde tuo consolationes Dei lætificent animam tuam.

23. **Nominis impositio in Baptismate.** Nomen in Baptismate sicut olim in Circumcisione imponitur, in quo concordat Testamentum nouum veteri: non est locus dicendi de Circumcisione sed de Baptismo. Apud Euangelistam Ioanni Baptistæ nomen inditum in tempore Circumcisionis, & Iesum nominatum esse in ipsa Circumcisione quod ab Angelo intimatum fuerat *Lucæ cap. 1. & 2.* priusquam conciperetur. Primarij Christiani ob suam in sanctos Apostolos propensionem Apostolorum nomina sæpè dabant Baptizandis, & Nicephoro libri sexto cap. vigesimo secundo, & Eusebio **Durantus lib. 1. de ritibus.** Historiæ Ecclesiasticæ libri septimi cap. 20. Aliquando imponebant nomina Prophetarum: quod si paruulis nondum Fonte sacro **Nominis Gentilis mutatio.** renatis, Gentiles Idolorum imposuissent nomina, adulti in Baptismo mutabant nomina: quod etiam nunc iubent Rituales libri nostri & Manualia. Cuius praxis præcepti legitur apud eundem Eusebium libri octaui Historiarum cap. 21. & in Synodo Nicena trigesimo Canone, Veterum ne fideles nomina Gentilium filiis suis imponant. **Cur in Baptismo fidei professio & nominis impositio.** Professio autem fidei & nominis impositio fieri solet in Baptismo, ex eo quod qui Baptizantur, debeant cum abrenuntiatione prioris dominationis diaboli, Deo dare nomen suum, vt albo militiæ eius adscribantur. Rolloni porro datum est in Baptismo nomen Roberti, quod secundum viros eruditos idem est cum Rod-

24. **Robertus, Rodbertus, Rodobertus, & Rupertus idem nomen.** berto, Rodoberto & Ruperto, Ioanni Trithemio, Ioanni Molano, Laurentio Surio, Antonio Posseuino & aliis Ecclesiasticis Scriptoribus. Molanus quidem in Indice Sanctorum quod anteposuit Vsuardi Martyrologio ad dies Aprilis vigesimam quartam & vigesimam nonam & Martij vigesimam septimam, & eadem die apud Surium **Robertus Rex Franc. dictus Rupertus.** in vitis Sanctorum: & in Apparatu sacro Posseuini in vocabulis Robertus & Rupertus: apud Trithemium de viris Illustribus capitibus quinquagesimo nono, centesimo nono & decimo 276. & libro de Scriptoribus Ecclesiasticis; & alibi passimque vult Robertum Regem Francorum etiam appellari Rupertum. *Rupertus Rex*, inquit, *Franciæ, Nobilis, Fortis, Iustus, Doctus & Religiosus inter Ecclesiasticos Scriptores, locum merito recipit.* Robertus Cardinalis Bellar-

25. **Octoginta nouem sacri Scriptores nomine Roberti.** minus sui sæculi Achilles Christianorum contra Hæreticos lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis ad annum MCCLXXX. Rupertus, inquit, seu Robertus de Russia Ordinis Fratrum Minorum. Idem Ruperto seu Roberto Hoschoth. Posseuinus in Apparatu sacro recenset inter Scriptores Ecclesiasticos octoginta nouem nomine Roberti, in-

ſignitos, inter quos Robertum de Sorbona, ſeu de Sorbonia aut 25. Octoginta
Sorbonio, natione Gallum, à ſancto Ludouico Rege accitum ob fa- nouem ſacri
mam Doctrinæ eius & Sanctitatis, quem ſuæ conſcientiæ conſtitue- Scriptores
ret œconomum, cuius pauca opuſcula tranſcribuntur Bibliothecæ nomine Roberti.
ſanctorum Patrum Tomo ſeptimo editionis Margarini Bignæi
alumni Sorbonici qui de eo pauca præclara præfatur, & nuper Mar- 26. Roberti de
tyrologium Gallicum ad vigeſimam quintam Auguſti, qua obiiſſe Sorbona
memoriæ tradit, & Papyrius Maſſonus cum elogio de tanto viro commen-
meminit in Annalibus Francorum: & Ioinuilla Cubicularius ſan- datio.
cti Ludouici & Gaufridus de Bello-loco ſucceſſor eius audiendis
ſancti Regis Confeſſionibus: Ex arboris fructu quantæ bonitatis
fuerit apparet, & tanta fama pauperis domus ſatis conuincit meri- Collegij
tum Sanctitatis eius. Eſtque multa admiratione dignum, quod Sa- Sorbonici
cerdos pauper & paupertatis zelator, meruerit vno Collegio abs ſe fama.
vili ſchemate quantum ad lapides & ligna, ſed viuis ſpiritualibus
lapidibus extructo habere tantum in orbe Chriſtiano nomen, quale Superat
nulli ſummorum Pontificum, Imperatorum, Regum aut Princi- formam
pum contigerit, nec tanta gloriæ & æſtimationis fœlicitas. Neque Collegiorū Regiorum
vnicum Collegium quod ſciatur in vllo regno tam multos & tam & Pontifi-
inſignes viros protulerit, licet amplioribus prouentibus ſit dota- calium.
tum. Domus Sorbonica, quæ antiquo titulo Sociorum pauperum Paupertas
decorata, quandiu modeſtiam vanitati ſæculi, & honeſtam pauper- & modeſtia columnæ
tatem diuitiarum ſuperfluitati prætulerit, optimi parentis veſtigiis Sorbonæ.
inſiſtens, gloria & honore coronabitur, ponetque Dominus virtu-
tutum in capite eius coronam de lapide pretioſo meritorum: filij
eius, ſicut nouellæ oliuarum erunt in circuitu menſæ, ex qua franget
panem eſurientibus & ſitientibus iuſtitiam, & vitæ fideique inno-
centiam. Rigobertus idem quoque quod Robertus apud Surium 14. Sancti
4. Ianuarij: & numerare eſt XIV. Sanctos ſub nomine Roberti, aut nomine Roberti.
ſaltem Beatos in Martyrologio Gallicano Audreæ Sauſſæi. Apud
me aliquoties recogitaui, ſi quo modo poſſem ſcrutari & inuenire 27.
qua de cauſa Roberti nomen in Baptiſmate Rolloni impoſitum fue- Cur Rolloni impoſitum
rit, & quis ille Sanctus Robertus, cuius appellatione fuit inſignitus nomen Ro-
Robertus Comes Pariſienſis Franciæ Mareſchallus: nec potui inue- berti.
nire antiquiorem huius nominis ſanctificationem quam in perſona
Rudberti ſeu Roberti Vangiorum, deinde primi Saliſburgenſium
Epiſcopi, de quo Martyrologium Romanum ſexto Calendas Apri- 28. Primus qui
lis ſeu vigeſimo ſeptimo Martii. *Saliſburgi*, inquit, *ſancti Ruperti* ſub nomine
(*dixi Rupertum & Robertum eſſe idem*) *Epiſcopi & Confeſſoris, qui* Roberti fuit ſanctus
apud Bauaros & Noricos Euangelium mirificè propagauit. Molanus in Rupertus,
Additionibus ad Vſuardi Martyrologium eadem die. *Uvormatiæ*, Robertus,
inquit, *ſancti Ruperti Epiſcopi & Confeſſoris, qui temporibus Childe-* Robertus.
berti (*Regis Francorum*) *in Bauaria, Auſtria, ſtiria & toto Norico* Childeber-
doctrinam Chriſti propagauit. Adde & temporibus Theodoberti filii tus II. Rex
Childeberti floruiſſe & meruiſſe. Illum ſanctum dixi Bauariæ Francorum.

29. Sancta Erentrudis prid. Calendas Iulij neptis sancti Ruperti seu Roberti.

Apostolum, de quo plura in Annalibus Boiorum, apud quos legitur fuisse quoque sanctitate conspicua neptis eius Erentrudis Abbatissa, de qua Trithemius de Viris Illustribus Ordinis sancti Benedicti libri tertij cap. ducentesimo sexto. Res gestas sancti Ruberti seu Ruperti transcripsit Laurentius Surius post Henricum Canisium Tomo sexto antiquæ lectionis capite secundo. *Tempore*, inquit, *Hildeberti* [*alias Childeberti Regis Francorum*] *circa annum Christi quingentesimum octogesimum, anno scilicet regni eius secundo Rudbertus in Vvormatia habebatur Episcopus qui ex regali prosapia Francorum nobilitate ortus*, &c. Trithemius in Chronico Spanhemensi ad annum Christi millesimum centesimum quinquagesimum refert colloquium sancti Bernardi cum sancta Hildegarda in Monte sancti Ruperti seu Roberti apud Bingas, pro obtinenda aliqua parte eius Reliquiarum.

580. Christi vixit sanctus Robertus ex regia prosapia Francorum.

Non fuerit ergo mirum si Robertus Comes Parisiensis ex regio genere Francorum & Saxonum ortum trahens, nomen Roberti Rolloni imposuerit, quod erat frequens & familiare genti Germanicæ, & Saxonicæ vicinæ Northmanniæ. Nam ex testimonio Appendicis ad Aymonium, Iuonis Carnotensis, Guillelmi Nangii, & nuper ex Historia Genealogica Regiæ domus Francorum edita per Fratres Sammartanos, nostri Reges ortum traxere à Principibus Saxonum ex quibus Hugo Capetus Rex: ita quoque placuit Francisco Balduino in Panegyrico Caroli noni Regis Francorum: quorum Saxonum Vvitchindus oriundus ab alio anteriore Vvitchindo, quem victis Saxonibus sæpè repetitis victoriis Carolus Magnus in ordinem redegit, eisque fidem Catholicam pio iugo imposuerit, Ex Eginhardo Secretario dicti Caroli Imperatoris. Vetus Chronicon Senonense vult quoque Hugonem Capetum ortum trahere à Saxonibus & à Carolo Magno ex secunda vxore.

30. Historia Genealog. Sammartanorum.

Rupertum seu Robertum esse ortu Saxonē.

31. Anno Christi septingentesimo sexagesimo quarto Duces erant in Neustria, sub Regibus Franc. qui concedebāt Ducibus tertiam partem prouentus.

Ante Rollonem Chronicon Northmannorum, & Tilletus ad annum Christi septingentesimum sexagesimum quartum Duces fuisse referunt in Neustria tempore Pipini, inter quos Ausbertus, cuius castrum non procul à Rothomago: illique commissa erat Neustriæ administratio sub auctoritate Pipini qui totius Prouinciæ gubernatori concedebat tertiam partem prouentuum & vectigalium. Huic vxor valde pia Yda Ducis Burgundiæ soror, ex quibus genitus Robertus ille, qui Diaboli cognomē tulit propter infrunitā & effrenē adolescentiam, qui tamen Dei gratia ad meliorem conuersus frugem ex iniquo factus vir bonus, & ex Diaboli mancipio factus seruus Iesu Christi, & domicilium Spiritus sancti, Pœnitentiæ ergo non dubitauit subire longam ad limina Petri & Pauli Romanam peregrinationem, in cinere & cilicio seueram vitam trahens, factus opprobrium abundantibus Christi pauper; & despectio, superbis, nescientibus manna eius absconditum, eligentis abiecte viuere in Dei domo magis, quàm habitare amplius in tabernaculis peccatorum: per septennium ignotus, nisi summo Pontifici, & Pœnitentiario eius, seruauit durum silentium, omnis humani

32. Robertus filius Ausberti Ducis ex Yda Burgunda. Robert le Diable deuenu sainct.

humani ſolatii deſpiciens conſortium, vt ſoli vacaret Diuinitati, in longa patientia poſſidens animam ſuam. Quo expleto pœnitentiæ mirabilis ſeptennio adiit loca ſancta Hieroſolymorum, Bethleem, Nazareth & aliorum huiuſmodi, vbi reliquum vitæ tempus compleuit in amaritudine animæ ſuæ, dicens Deo noli me condemnare, cur non tollis peccatum meum, & non aufers iniquitatem meam, ecce in puluere non dormio, ſed die nocte ad te vigilo, dum ſitit anima mea ad te Deum fortem pro infirmitate mea, viuum pro iuſtificatione mea, quando veniam & apparebo ante faciem tuam in gloria, ſunt fueruntque lachrymæ meæ panes die ac nocte, hoc habens ſolatium internum; quod non amplius anima mea conturbat me, ſperans in Deum quoniam in æternum confitebor illi, ego quondam Dux & ille eſt Rex meus & nunc & in æternum Deus meus & ſalutaris meus in quo ſperaui, credens quod qui ſperant in illum non confundentur.

Per ſeptennium ignotus Romæ niſi ſoli Papæ, miram egit pœnitentiam.

Iob. 7.

Mortuus in terra ſancta.

Pſal. 62.

Multi multa inſtigante Diabolo de hoc ſeruo Dei fabulati ſunt: ſed ô beata anima quæ ſciens quod peccatores narrauerunt iniqui fabulationem ſed non vt lex Dei, quæ immaculata conuertit tuam animam, & ſapientiam illi præſtitit qua perueniret ad regnum cœlorum.

Multi inſtigante Diabolo de Roberto illo fabulati ſunt.

33. Rollo Robertus dictus non ab illo Roberto Neuſtrio vt credo, ſed à Ruperto ſeu Roberto Bauaro. Nam cæteri ſanctitate conſpicui quos obſeruare potui inferiores ſunt à ſæculo Rollonis. Martyrologium Gallicum ſub nomine Roberti quatuordecim ſanctos & beatos enumerat: quibus adde ſanctum Robertum Anglum Abbatem contemporaneum ſancti Bernardi, apud quem diffamatus vir innocens, ſatisfactionem à S. Bernardo accepit, poſtquam multo labore ex Anglia in Galliam traiiciens præſentem eſt teſtatus vitæ innocentiam.

Rollo dictus Robertus à ſancto Roberto Bauaro.

Alij ſancti Roberti iuniores æuo Rollonis.

34. Math. Pariſius in Annali Anglorum ad annum 1238. meminit ſancti Roberti Eremitæ, cuius fama clarebat apud Kuareburg, & ex tumba eius oleum medicinale fluebat.

xvi. ſancti Roberti nomine.

Redeo ad Rollonem qui mutato nomine aut certè adſcito nouo nomine appellatus eſt Robertus in Baptiſmate, quo

35. peracto ex priſco more Archiepiſc. Rothomag. Franco Robertum baptizatum oſculatus eſt: ſolitus enim Baptizans olim hoc amicitiæ atque beneuolentiæ ſignum exhibere Neophyto cui diceretur, Pax tibi. Quantum tibi acceſſit ô Rollo beneficium à Deo, quod tu qui turbaſti hactenus orbem Chriſtianum, reconciliatus Deo pacem habes cum eo cum anima tua & cum proximo tuo. Sanctus Cyprianus lib. tertio Epiſtolarum Epiſtola octaua. *Recentes*, inquit, *Dei manus exoſculamur, cogitantes quas in homine modo formato & recens nato quodam modo exoſculamur, quando id quod Deus fecit amplectimur.*

Franco oſculatus Rollonem Baptizatum.

36. Iuſſus quoque Rollo per ſeptem dies à Baptiſmate ſuo albam veſtem indui & quocumque iret priuatus aut in publicum prodiret cādidatus domeſticis & populo apparere, innocētię ſibi à Deo per aquam ſacri

Per octauā Rollo albatus eſt de candore Baptizatorū.

Fontis concessæ externum Symbolum. De hoc ritu ſanctus Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia capitibus primo & ſecundo, & libro de his qui initiantur Myſteriis. *Accepiſti*, inquit, *veſtimenta candida, vt indicium eſſet, quod exueris inuolucrum peccati, & indueris innocentiæ caſta velamina*. Arnobius explicans illud Pſalmi centeſimi decimi quarti Commentario in Pſalmos: *eduxit populum ſuum in exultatione* ideſt *in albis veſtibus*. Hanc veſtem Baptizatis conuenientem fuiſſe innuit Socrates & Theodoretus libri tertii Hiſtoriæ Eccleſ. capite tertio, appellatque pretioſam ſtolam, & Hiſtoria Tripartita meminit libri vndecimi capite decimo quarto. Lactantius in Poëmate de Reſurrectionis Chriſti feſto & præfeſto, ſcilicet de Sabbatho ſancto,

Cum puras animas ſacra lauacra beant,
Candidus egreditur nitidis exercitus vndis,
Atque vetus vitium purgat in amne nouo:

Dominica quaſi modo & in Albis.

Sanctus Paulinus alludens ad illud Scripturæ ſacræ ex quo Introitus Miſſæ Paſchatis candidi: *Quaſi modo geniti infantes*, &c. comparat recens Baptizatos modo genitis infantibus.

Inde parens ſacro ducit de Fonte Sacerdos,
Infantes nitidos corpore, corde, habitu.

Idem lib. primo de vita Martini,

—— ſancto renouata lauacro,
Membra nitent, ſumuntque parem cum corde nitorem.

37. Codratus Rex Saxonum Romæ Baptizatus. Vetus Chronicon M. S. Normanniæ, depuis que Rou fut Chreſtienné & deſaubé.

Socrates Hiſt. Eccleſ. lib. 7. c. 17. Sanctus Gregorius Turonenſis libro quinto Hiſtoriæ Francorum capite vndecimo Baptizatos vocat Albatos: Paulus Diaconus libri ſexti Hiſtoriæ Longobardorum cap. 15. meminit Codrati Regis Anglo-Saxonum, qui Romę Baptizatus à Sergio Papa, à quo nomine Petri inſignitus, cum adhuc eſſet in Albis vita præſenti functus, migrauit ad æternam patriam. Venerabilis Beda lib. 5. Hiſt. Anglicanæ meminit de Beato Ceadual Rege Saxonum Orientalium in Anglia anno Chriſti DCLXXXX. Baptizato ab eodem Sergio Papa qui dum eſſet in Albis mortuus eſt, & in Epitome Hiſtoriæ de eodem anno 688.

38. Angelus candidus apparet, Baptizato albis induto. Cum Lilijs & Roſis in Nouembri.

Simeon Metaphraſtes in actis ſanctæ Cæciliæ cap. 3. ſcribit miſiſſe ſanctam Cæciliam ſponſum ſuum Valerianum ad Papam ſanctum Vrbanum, vt ab eo Baptizaretur, & his compellat ſponſum verbis: *quando*, inquit, *te luſtrauerit, induet te indumentis nouis & ſplendidis cum quibus illicò veniens in cubiculum videbis ſanctum Angelum [cuius videndi cupiditate ſuaſus fuerat Baptizari inſtigante ſponſa B. Cæcilia]* & cap. 5. *Cum autem*, inquit, *Valerianus veniſſet in indumentis candidis, inuenit Cæciliam orantem in cubiculo, & Angelum ſtantem propè eam fulgentem pennis flammeis, & ſcintillanti ſpecie, duas coronas in manibus habentem refulgentes, roſiſque & lilijs ſplendentes (puta menſe Nouembri quo inſolita Roſa & Lilia florida videri.)*

Idem Metaphraſtes capite ſexto explicat ſenſum Myſticum Roſarum & Liliorum : *in Roſis*, inquit, *ſanguis floret, & in Lilijs dealbat anima.* Idem capite decimoquarto de Tiburtio Valeriani fratre ab eodem Vrbano Baptizato. *Valerianus*, inquit, *deduxit fratrem ſuum ad ſanctiſſimum Urbanum, acceptum autem cum omni gaudio & exultatione Tiburtium cum admonuiſſet, & Catechiſmo inſtituiſſet, & Baptizaſſet in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, iuſſit ſecum eſſe donec ea deponeret* [*ideſt veſtes candidas*] *quæ recentis ſunt illuminationis, & poſt ſeptem dies* [*nota tempus quo veſtis alba ferebatur à nuper Baptizatis*] *Chriſti militem dimiſit.* Romani priſci, etiam Pagani ſibi valde complaciti in veſte alba, ſeu quia ſuadente Platone color iſte lætitiæ accedit & albo Deos delectari Symbolo immortalitatis. Euangelium multis nos locis docet poſt immortalis Dei Incarnationem humanitate paſſa, in puncto Reſurrectionis noſtri Saluatoris Angeli ad eius ſepulchrum viſi in veſte candida & alba. Seu quod albedo in lana ſibi innatum colorem ſimplicem retineat. Romani propter amorem candoris & ſimplicitatis, veſte alba ; & lanea vſi & tunica etiam in quotidiana toga & in ſuis calceis: manuducor à Sapientiſſimo Magiſtro meo Iuſto Lipſio. De toga alba Titinnius vetus Poëta.

39. Pagani etiā ſibi complacīti in alba veſte.

S. Ambroſ. lib. de his qui initiantur. c. 7.

40. Angelus in albis reſurgente Chriſto.

Lib. 1. Electorū. c. 13.

Qui in togis candidis, tunicis ſunt ſordidis.

Agellius de Africano, qui etſi delatus inter reos non depoſuit veſtes candidas. Tertullianus de Reſurrectione carnis : *Si famulum tuum*, inquit, *libertate mutaueris, & veſtis albæ nitore, & annuli aurei honore, & Patroni nomine, ac tribu menſaque honoratur.*

Statius in Syluis,

—— Albentique humeros induxit amictu.

togam appellans eo loci albentem amictum, quem Perſius circumſcripſit,

—— totaque impunè Suburra;

Permiſit ſparſiſſe oculos iam candidus vmbo.

Synecdochicè vmbo pro ipſa veſte, nam vmbones in toga agnoſcit, Tertullianus lib. de Pallio : Martialis.

41. Candor natiuus pauperum, artificioſus illuſtrium.

Et toga non tactas vincere iuſſa niues;

Vouet idem amicum ſuum eſſe candidum,

Viuat & Urbanis albus in officijs.

Cum hac diſtinctione quod vulgus albas togas habuit in colore natiuo lanæ : at candidæ veſtes & ſplendentes ab arte Illuſtriorum quas Græci diſtinguebant & Polybius λάμπραν togam ſplendentem λευκὴν albam : illi candidati erant, hi albi, illi Iſidoro teſte albedini natiuæ appoſuere cretam : alluſit Perſius.

λάμπροι λευκοὶ candidati & albi.

—— quem ducit hiantem

Cretata ambitio,

& Liuius lib. 4. Hiſt. oportuiſſe lege promulgata coërcere curioſitatem vulgi Illuſtriorum candorem affectantis: ſed præcipuè in Fe-

42. Præcipuè in Feſtis candor affectatus à Romanis.

stis candor affectatus à Romanis apud Horatium.

—— natales aliosque dierum,

Festos albatus celebret.

Conspicui veste niuea Senatores. Latinus Pacatus in Panegyrico ad Theodosium, *quid ergo*, inquit, *referam Festum liberæ nobilitatis occursum, conspicuos veste niuea Senatores.* Vopiscus in Floriano, *Senatores omnes*, inquit, *in ea lætitia elati vt domibus suis omnes albas hostias caderent, albati sederent.* Videor mihi videre lætitiam populi Christiani in Baptismate Rolloni vestem albam gestantis per dies septem, omnia alba in Ecclesia & in altaribus fuisse:

Prudentius côtra Symmachum.

43. Per 7. dies à Baptismate Rollonis omnia læta.

Exultare Patres videas pulcherrima mundi
Lumina, conciliumque senum gestare Catonum
Candidiore toga, niueum pietatis amictum
Sumere.

Noster Rollo vno tantum lustro vixit post amictum album & professionem Christianitatis, in qua sese legibus Catholicis totum submisit in nominis & vestis mutatione. Rhabanus Mauous libri de Institutione Clericorum capite decimo nono. *Post Baptismum*, inquit, *traditur Christiano vestis candida designans puritatem Christianam, quam post ablutas veteres maculas studio sanctæ conuersationis debet seruare immaculatam, ad præsentandum se ante Tribunal Christi.* Renati Baptismatis Fonte in Christo albis quoque induuntur ad repræsentandum Mysterium resurgentis Ecclesiæ sicut Christus in veste resurrexit candida: aut non secus ac transfigurati Christi vestimenta apparuere candida sicut nix: sic & transfiguratus in nouum hominem & primam imaginem ad similitudinem Dei factam resumens debet esse exterius candidus quem Deus totum interius dealbauit gratia. Cantici Canticorum capite quinto. *Expoliaui me tunica mea, laui pedes meos, quomodo inquinabo illos*: & de his qui in gratia mortui resurgent in gloria scribitur Apocalypsis capite octauo, *mecum*, inquit *Christus, ambulabunt in Albis, quia digni sunt*: dixerat priùs cap. 3. qui vicerit vestimentis albis induetur. Poëta Romanus quem post obitum credidit beatum in hæc verba de eo dixit quod,

44. Albedo signum Resurrectionis vitæ & vestis Transfiguratio.

45. Baptizatus non debet inquinari.

Æneid. *Candidus assuetum miratur limen Olympi.*

Hæc vero albedo per septem dies completos durabat non computato die assumptæ vestis, nec quo deponebatur: verbi gratia Sabbatho sancto, qui baptizabatur, induebatur alba quam non nisi Dominica in Albis idest in octaua Paschæ deponebat ex Rhabano libri secundi de Institutione Clericorum capite trigesimo nono, & Amalario Treuerensi de diuinis officiis libri primi capite vigesimo nono. Ideoque depositio illa solemnis & primis Ecclesiæ temporibus ordinaria appellationem dedit Dominicæ in Albis, ex sancto Augustino Sermone ad competentes. Cuius albæ vestis restat vestigium in cæremonia Baptismatis, quando linteum superponitur album Baptizato dicente Ministro Baptismi; *Accipe vestem candidam, sanctam,*

46. Dies vestis assumptæ & qua deponebatur non computabantur.

47. Dominica in Albis.

Vestigium albæ vestis in baptismo.

immaculatam, quam perferas ante Tribunal Domini noſtri Ieſu Christi, & viuas in ſæcula ſæculorum. O Rollo monente Baruch Propheta capite quinto, *exue te ſtola luctus, & vexationis tuę, & indue te decore & honore.* Noli bone Princeps, peſſimis Conſultoribus credere qui ſuadent Principibus ad decipiendum atque ineſcandum populum, ſimulare candorem fidei, parum verò referre ſi intus ſint ſimiles illis de quibus Chriſtus Matthei vigeſimo tertio ſepulchris dealbatis, *quę à foris hominibus ſpecioſa apparent, intus autem plena ſunt mortuorum oſſibus & omni ſpurcitia: ſic & vos*, inquit, *à foris quidem paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.* Eo ſenſu ſanctus Paulus in Actis Apoſtolorum cap. 23. Ananum impium Sacerdotem appellauit parietem dealbatum. Horum ſimulata opera comparantur à Ioële Propheta capite primo ramis ficus decortatæ, cuius rami facti ſunt albi ad interitum ipſius arboris. Albedo enim interior debet velari externi boni operis cortice cuius ſuccus ſit vera & non fucata virtus. Impiorum quoque etſi Baptizatorum ante oculos hominum albedo inſtar eſt albedinis Leproſorum. Leuitici capite vigeſimo tertio: quod experimur quotidie in perſona Hæreticorum, qui perſonant vbique reformationem morum, quibus in anima nihil eſt deformius, quique nihil magis intendunt quam morum & fidei corruptionem. Suaſus eſt Rollo per Franconem Archiepiſcopum Rothomagenſem veſtimentis albis iuſtificationis prius indui quam externo candore, & lauare peccata ſua in ſanguine Agni & tot Chriſtianorum armis Northmannicis occiſorum: vt ſicut nix dealbaretur cum ſuæ gentis Collegio. Veteres Ethnici ſacrificabant fidei cum manu albo panno veſtita quo Acro & Porphirius Scholiaſtæ alluſiſſe volunt Poëtam Horatium cum dixit.

48. Exuit ſe Rollo ſtola luctus, & induit ſe decore.

49. Principes eſſe debent verè Religioſi non apparenter vt paries dealbatus.

Hipocritæ rami ficus decortatæ.

Impiorum albedo Leproſorum & Hæreticorum.

Apoc. 1[?] *Iſa.* 1.

Fidei veteres ſacrificabant in manu albo panno veſtita.

——— *& Albo,*

Cana fides velata panno,

& Seruius in Commentario ad illud Virgilii,

Cana fides & Veſta, &c.

Oportet etiam Chriſtianum potiori titulo (cuius fides eſſe debet candida & ſincera) non eſſe fallacem in operibus ſuis, ſed candidum & ſincerum non inſtar impii Caluini,

50. Chriſtianus debet eſſe in moribus candidus.

Qui Curios ſimulans & Bacchanalia viuens.

ſeipſum effingi & delineari fecit ante ſuam effigiem venuſto illo & magnifico apophthegmate, Candide & ſincere, qui fuit vir ſupra omnes ſui ſæculi Hęreticos vafriſſimus & fraudulentiſſimus: ego aliquando viſa oſtentatione illius tabulæ ſubſcripſi: Candide & ſincere inſtar veteris Simiæ. Candor Chriſtianus teſtimonio omnium Scriptorum refulſit mirum quantum in Rollone ad fidem conuerſo & in Baptiſmate nouum hominem induto, & in Succeſſoribus eius vſque ad generationem ſeptimam candor iſte perſeuerauit. Ita vt in illis conſecutus dici poſſit benedictionem datam Iacob à Laban ſo-

Niger candor Caluini, ſinceri inſtar veteris Simiæ.

51. Candor Rollonis usq; ad eius generationem septimam. cero suo Genesi trigesimo primo, *alba quaque accipies pro mercede tua.* Flodoardus in Chronico ait Baptizato Rollone qui ex Normanis Baptizati noluerunt recessisse circa fluenta Ligeris, vbi sibi arces fecère, ex quibus irruptiones facerent circa viciniam, vsque dum pars fugata eorum, alteri coacti ad Baptismum per Robertum Comitem Parisiensem: Porro post Baptismum Rollo nesciuit iustitiæ zelator Normanorum, Dux pallio simulationis aliis noxiam velare iniquitatem, malitiam fouere, peccata dissimulando ad alia inuitare.

52. Northmani conuersi in Septentrione tempore Guillelmi filij Rollonis. Rollo & commilitones in Galliæ Belgicæ parte, quæ Neustria antea vocabatur. Baptizati, circa viginti annos sequaces postea habuere pietatis, quibus exemplo præiuerant ipsosmet Septentrionales Northmannos, qui ad fidem sunt conuersi tempore Henrici Germaniæ Regis & Guillelmi de Longa Spata Normaniæ Gallicæ Ducis filij Rollonis, regnante Ludouico Transmarino Francorum Monarcha Caroli Simplicis filio circa annum Christi nongentesimum

930. alijs 935. Abroditæ. trigesimum, si creditur Sigeberto in Chronico, si aliis post quinque annos: Abroditarum quoque Principes Christianitatem professi:

53. Chuina Normanus Rex Baptizatus. (Ex Northmannis *Dani*, inquit *Sigebertus*) *qui Frisones incursabant victi ab Henrico Rege Germaniæ quibus & pacem concessit Baptizato eorum Rege cui nomen Chuina.* Ex Gerebrardi supputatione etiam anno Christi octingentesimo vigesimo octauo Herioldus Rex Da-

54. Herioldus Rex Danorum Baptizatus 820. Fronto 870. Rex Baptiz. norum cum vxore & liberis iam Baptizati fuerant. Moguntiæ in Ecclesia sancti Sebastiani teste Moguntino Pontifice Rhabano: & anno octingentesimo septuagesimo alius Rex Daniæ cui nomen Fronto de sacro quoque Fonte leuatus est. Sic est vt nullo tempore, nullo loco, nationem vllam aut gentem à sua repellat misericordia Deus optimus.

De Matrimonio Rollonis, & an potuerit legitimè repudiare Popam Christianam Principem primariam vxorem, de quâ liberos susceperat: & post Baptismum Popa viuente ducere Gislam, eáque sine liberis mortuâ redire ad Popam tutâ conscientiâ?

CAPVT VNDECIMVM.

1. Maritatur Rollo tempore obsidionis Parisiensis. QVINTINIANVS Veromanduensis Decanus libro secundo de Moribus Northmannorum, de primo Rollonis Matrimonio scribens, *Circumstante*, inquit, *Parisius obsidione, Rollo Baiocas petijt, eamque violenter cepit, totamque funditus subuertit, captiuos & prædam totius regionis sibi vindicauit, quinetiam quandam Popam Virginem, specie de-*

toram superbo sanguine concretam [Thomas Uualsingam in Neustria Hypodig. malè scripsit Popam fuisse filiam Guidonis Syluanectetensis Comitis, item alij qui Nannetensis, atque illi qui Berengarij Bellouacensis quod credidit Ludouicus Guichardinus in sua Selandia] praualentis Principis Berengarij [Comitis Bessini & Baiocarum] filiam secum latus adduxit, eamque sibi connubio adsciuit, & ex ea filium nomine Guillelmum genuit (adde & filiam Gerloc) non dicit si Popa volens an coacta Rollonem, Christiana Paganum duxerit. Idem de secundo connubio Rollonis eodem libro agens de pace inita inter Carolum Francum & Rollonem Northmannum consilio omnium Ordinum regni non valentis Paganis, vt ille ait, resistere. *Carolus*; inquit, *Rex his consultis misit Franconem Archiepisc. Rothomag. ad Rollonem Paganorum Ducem: qui eo audito conuocauit Maiores Dacorum. Daci verò reminiscentes somnij (puta Rollonis commorantis in Anglia) interpretationem, videtur salubrius, inquiunt, nobis consilium & in melius profuturum si requiescamus: & fructibus terræ patienter fruamur, si dederit Rex filiam suam vxorem, &c. deditque Rex filiam suam Gislam in coniugem Duci Rolloni.* Eo loci narratur Baptismatis ceremonia, donaria per Rollonem facta Ecclesiis, & partitio Normaniæ nouæ inter Comites & Milites Rollonicos: *& post hæc denique*, inquit, *præparato magno nuptialium rerum cultu; filiam regis Gislam vxorem sibi duxit, pro qua se Francis conciliando pacificauit.* Gemeticensis Monachus libri secundi capite vigesimo secundo. *Rollo autem Dux*, inquit; *qui & Robertus, postquam vxor eius (quam dixerat capitibus decimo septimo & decimo nono fuisse Gislam Christianam Rolloni nuptam) morte præuenta, sine liberis mortua est, repudiatam Popam ex qua filium nomine Uvillelmum iam adultum genuerat, iterum repetens sibi copulauit.*

2. Secundum connubium Rollonis.

Melior pax quàm bellum.

Nuptiarum apparatus.

Moritur Gisla absque liberis.

Præmisi has veterum authoritates quæ conueniunt cum Chronicis omnibus Normaniæ; vt constituatur casus quæstionis in titulo huius capitis propositæ. An Rollo qui duxerat Popam Christianam Principem (nam multis sæculis ante Rollonem tota Gallia & ipsa Neustria erat Christiana, & per omnes regiones Catholica, & Baiocensis Diœcesis dudum fuerat vomere Euangelico exculta quod docet liberalitas Rollonis post Baptismum collata septem Ecclesiis inter quas adnumerata Episcopalis B. Mariæ Baiocensis) legitimè eam repudiare potuerit propediem futurus Christianus, & an suscepto Baptismate Popa viuente Christiana muliere aliam mulierem Christianam superinducere, Gislaque mortua post diuturnum diuortium redire ad Popam. Gentilibus satis frequens fuit vsus repudiationis, diuortij, & dissolutionis Matrimonij, non solum quoad thorum & cohabitationem secundum quod loquuntur Theologi, sed etiam quoad vinculum contractus Iurisconsultorum toto titulo Digestis de diuortiis. Obseruo tamen obiter cum illis diuortium ambos respicere coniuges, repudium verò ad solam vxorem attinere. Verbi gratia si Rollo dixerit Popæ vxori (loquor cum Iuris-

3. Rollo repetit repudiatam Popam.

Popa vxor Christiana fuit.

4. Neustria ante Rollonem tota Christiana erat.

Popam an potuerit repudiare.

5. Gentilibus repudiatio frequens.

Diuortium ambos respicit repudium solam vxorem.

6. consultis l. secunda ff. de diuortiis.) *Heus Papa conditione tua non utor, res tuas tibi agito.* Alphonsus quem vult cognomine Tonstatum Cardinalis Bellarminus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis ad annum 1440. natione Hispanum Episcopum Abulensem sub Papa Eugenio quarto. Antonius Posseuinus in Apparatu non Tonstatum sed Tostatum vocat ex oppido de Madrigal qui propemodum puer in Collegium sancti Bartholomęi ad Laurum seruiendo Scholasticis adscitus. Opera quæ penes me habeo impressa in Hispania super Matthęum præ se ferunt in titulo El Tostado sobre saunt Matthęo, vulgare indicant agnomen fuisse de Madrigal pauperi vulgo datum ex oppido vnde ortus, sicut Hadriano (pauperi qui postea fuit Papa) agnomen Vltraiectensis: nam Tostati nomen est Scholasticum dicterium & Scomma, quia inseruiens culinæ Scholari, quod sæpè ad ignem torreretur, Tostatus à ridiculis Scholaribus dictus est, meritis suis consecutus Episcopatum Abulensem: hinc est quod alternantibus appellatiuis nominibus laudetur hinc Tostatus, inde Abulensis sui sæculi miraculum, qui ætatis anno vigesimo secundo omnes penè scientias assecutus prodigiosus memoria, iudicio incomparabilis quem pluma ingenii non obstante paupertatis pondere leuauit, cum puritate mentis & corporis viuens & moriens virgo anno quadragesimo ætatis, duplo plura reliquit volumina quam sanctus Augustinus, qui penè duplicatos habuit annos Tostati: prodeat in medium tantus vir & primus Sententiam ferat de Matrimonio & de diuortio Rollonis.

Alfonsus Tonstatus sed verius Tostatus. 1440. quis & qualis ex oppido de Madrigal.

Tostati cognomen est Scholasticũ Scomma.

Fuit vir sui sæculi miraculum ex paupere Abulensis Episcopus, Tostatus in caput 19. Matthei.

7. Tostatus inquam in Florilegio suo super caput decimum nonum Matthęi quæstione vigesima sexta, quærit, an inseparabilitas Matrimonii quæ opponitur libello repudii sit de naturali iure, respondetque accipiendo ius naturale prout est ius diuinum, inseparabilitatem esse de naturæ iure: & antequam Christus pronuntiasset capite quinto Matthęi: *quod Deus coniunxit homo non separet*, adhuc antea inseparabilitatem fuisse de diuino iure: si verò ius naturale accipiatur pro eo quod competit homini, non in quantum homo, sed in quantum animal, & iuxta quod illi conuenit cum cæteris animalibus, quia in cæteris animalibus non inuenitur, inseparabilitas illa non erit de iure naturæ: accipiendo verò ius naturale pro eo quod est de dictamine rationis siue aliqua lege positiua: potest dici quod inseparabilitas sit de iure naturæ; secundum finem educationis prolis & instructionis eius. Homini enim necessaria est educatio in quantum animal, instructio autem in quantum est homo, & ad vtrumque requiritur inseparabilitas: quippe dum vnus filius educatur alius gignitur: & anterior his instruitur, pro quorum quolibet tempore, opus est ad educationem atque instructionem, & sic oportet parentes cohabitare, nihilque prodesset cohabitatio sine educatione nec educatio sine instructione ad quæ requiritur indiuidua habitatio & communicatio coniugum ex Aristotele libro octauo Ethicorum, & vt acquirant bona

An inseparabilitas sit de naturali iure.

Ius naturale prout est ius diuinũ.

Ius naturale quod cõpetit homini vt est animal.

Prout est de dictamine rationis.

Educatio animali, instructio humani debentur.

Cohabitatio, educatio, & instructio cohærent.

Ad quæ requiritur indiuidua cõiugum communicatio.

quæ relinquant filiis suis, docente Apostolo gentium Paulo primæ
ad Corinthios decimo tertio, *debent parentes thesaurizare filiis suis.*
Neque coniuges fideliter intenderent communicationi laborum suo-
rum, si crederent quod inter ipsos aliquando futurũ esset diuortium:
itaque communicatio est per se intenta, à coniugibus ex eodem Ari-
stotele libro quarto Ethicorum. Cùm ergo ita se res habeat, non vi- 8.
detur posse nec debere permitti diuortium, nec est ratio cur ius ali-
quod singulare concedatur Rolloni Northmanno potius quàm alte-
ri homini: multò minus Pagano accedere volenti ad Baptismum
quàm viuenti in infidelitate: vt potuerit Popâ contemptâ ducere
Gislam, & simul vno tempore vxores duas Christianas viuentes ha-
bere. Maturo igitur opus consilio ante condemnationem accusati,
ne dum in reum prætensum accusandum propensi fuerimus, inno-
centem condemnemus. Nosse operæ pretium fuerit, in repudio vxo- 9.
ris duo esse consideranda, vnum in denegatione debiti coniugalis &
cohabitationis, ita vt liceat alteri eam habere: alterum in significa-
tione libelli repudii ex charta. Secundum communem regulam na-
turæ repudiare non licet, nisi sit aliqua specialis causa, sic quod ali-
quando sine peccato licitum fiat, ex dispensatione, à lege à qua dis-
pensatur recedere, si illa esset legitima, à communi legis vsu secun-
dum mutationem cursus naturalis, qui mutatur dupliciter. Primo 10.
ex eo quod aliqua naturalis causa per aliam causam naturalem im-
peditur à cursu suo in minore parte causaliter, puta quòd homo ha-
beat in vna manu sex digitos, vel quòd aliqua membra non sint in
proportione formata, qualia esse deberent iuxta communem inten-
tionem & cursum naturæ, quæ raro variatur, nisi quando virtus for-
matiua & regulatiua materiæ impeditur vel per multitudinem aut
paucitatem materiæ, vel per morbum quo impedimentum ponatur,
ne regulariter talia formentur, secundum quod communiter solent.
Per istum modum cursus non variatur rerum naturalium quę sunt
vt semper, sed earum quæ sunt vt frequenter. Secundo modo varia-
tur res naturalis à cursu suo per causam penitus supernaturalem, vt
accidit in miraculis, tunc mutatur cursus naturalis non solùm qui est
ordinatus naturaliter vt frequenter, sed etiam qui vt semper: sicut
est circa habitudinem primorum corporum naturæ, quæ sunt cœli,
astra, aut ipsa elementa, quæ sicut prima sunt in natura quantum ad
substantiam, sunt etiam ideo inuariabilia. Prima hæc præcepta iu-
tis naturalia sunt principia & naturalis cognitionis circa directio- 11.
nem actionum, & talia sunt quod sine aliqua deductione per se co-
gnoscantur, verbi gratia nulli esse sine iusta causa nocendum: non
esse occidendum hominem, quæ audita mox quilibet approbat, li-
cet inter hæc quædam sint magis nota quàm alia & magis vniuersa-
lia; vt bonum esse eligendum, malum esse fugiendum, talia dicun-
tur esse in primo præceptorum naturalium gradu. Secundaria præ-
cepta sunt, quæ dictat ipsa ratio, etiam nulla positiua existente lege,

Vt acquirãt & relinquãt bona liberis, per se intenditur à coniugibus.

Videatur Rollo nõ potuisse diuortium facere, & vnó tempore duas Christianas vxores habere.

Tostatus quæst. 27. In repudio duo consideranda.

Licet à lege recede cum dispensatione legitima.

Cursus naturæ in parte minore, variatur quando virtus formatiua impeditur, in iis quæ sunt vt frequenter vel per causam supernaturalem.

In iis etiam quæ vt semper.

In primis corporibus naturæ, alias inuariabilibus.

Prima per se cognoscuntur iuris præcepta; ex his alia sunt alijs magis nota, alia quæ ipsa ratio dictat.

& tamen non sunt per se nota, nec quilibet ea audiens statim approbat, sed ex primis principiis præsuppositis iuris naturalis deducuntur & per actum rationis quæ nobis inest dictatur nobis id esse naturale & de iure naturali largè sumpto: prima se habent vt semper, secunda vt frequenter. Dispensatio in istis sequetur variationem cursus rerum naturalium: sicut autem variatio cursus in naturalibus rebus quæ se habent vt semper non potest fieri nisi per causam supernaturalem: ita dispensatio in primis præceptis naturalis iuris quæ sunt vt semper manentia, non potest fieri nisi per caussam penitus supernaturalem puta Deum, idque non sæpè sed raro, & non vbique sed propter aliquod singulare intentum diuinum, non ad omnes sed quantum ad aliquas personas. Exemplum in immolatione Isaac propter Mysterium futuræ in Christo Redemptionis fuit dispensatum à Deo in Abraham in homicidio proprij filij; sic dispensatio in furto Hebræorum contra iuris naturalis præceptum, quo suum cuique conseruari debet: fiuntque miracula non semper, nec pro omnibus: & Sol tantum bis cursum legitur variasse pro Iosué tardando cursum & stando, & pro Ezechia Rege retrogrediendo decem gradibus à cursu suo, signata retrogradatione in Horologio Achab. Positis his principiis respondetur primò generaliter, secundò applicabitur in particulari Matrimonio Rollonis. Dico ergo de inseparabilitate Matrimonii, si pertineret ad præcepta primaria iuris naturalis non esset possibilis dispensatio nisi per Deum & non circa omnes, sed circa personas aliquas & propter singularem caussam: posito autem quod sit inseparabilitas de secundis præceptis naturalis iuris, poterit fieri per aliquem, & extendi ad omnes: atqui illa inseparabilitas pertinet ad secunda præcepta, eo quod illa non sit necessaria ad procreationem, nec ad educationem atque instructioné, quasi sine inseparabilitate ista fieri nequeant: non enim semper vir & vxor cohabitant, quorum mulier erit ægrota, alterius vir erit miles, nauta, mercator, & sæpè absens: educatio quoque frequenter & minus frequenter fit à mutuatis nutricibus, & aluntur Grandiorum liberi alibi quam in domo paterna: idem est de instructione quæ vt plurimum fit in Scholis externis, & non inter priuatos parietes: sed hæc tria, cohabitatio, educatio, & instructio, vt ad melius ordinátur, & in iis dispensari potest, sicut quotidie dispensatur. Et ante legem Christi dari poterat libellus repudii sine aliqua dispésatione in personis gentilibus, qui se nesciebant obligatos ad inseparabilitaté. Post prædicationé verò Christi diuulgatá operata per ipsum redemptione humana, Christoq; in cælum recepto cœperunt Iudæi ex diuulgatione Euangelicæ legis per Apostolos & Discipulos Saluatoris, qui Dominum suum prædicauerunt nouum legislatorem & eius præcepta palam fecere, eaque obligare auditores, tunc Iudæi cœperunt peccare vtendo repudij libello. Repudium ex se est contra legem naturæ si sit perpetuum, nisi ex dispensatione in lege scripta, qua per Christum sublata res rediit ad primum statum legis naturalis, sed post legem Christi mœchatur qui alteram duxerit ipso Christo pronuntiante Mathæi quinto,

Marginalia:

12. Dispensatio sequitur iuris variationem, & in primis præceptis non fit nisi per causam supernaturalem Deum, raro & ad aliquas personas.

Exodi cap. 3. & 10.

Regum 20. Iosué 10.

13. Respondetur ad quæstionem de inseparabilitate, primo esse de secundis præceptis, nec esse necessariam ad procreationem, educationem & instructionem, absolutè sed secundũ quid.

14. Ante legem Christi dabatur libellus repudij in Gentilibus legem nescientibus, Tostatus quæst. 28.

Post legem Euangelicá Iudæis prohibita repudiatio.

Quæ dimissio non intelligitur quoad vinculum sed quoad thorum non enim peccaret, qui illam duceret, nisi adhuc esset alteri alligata viro: alias si liceret dimissam ob fornicationem ducere, melior esset conditio fornicariæ quam innocentis & castæ, cui nubere non liceret etsi dimissa esset: lex verò prohibet fornicariã non nubere quamuis ob peccatum dimissam in pœnam peccati: etsi nubat, peccat & adulteratur. Erasmo, Caietano, Cathatino, Luthero, Brentio, Caluino, Melanctoni & aliis fautoribus repudiorum respondêre viri doctissimi viri Ioannes Ecchius, Ricardus Taperus, & Alphonsus à Castro, Martino verò Kemnitio qui post alios Hæresiarchas colluuiem illorum in suam cloacam recepit, & argumenta singulorum in vnum collegit, plenè & superabundè satisfecit eminentissimus sapientia, & dignitate clarissimus Robertus Cardinalis Bellarminus, Tomo tertio Controuersiarum, libro de Matrimonio. Apud Eusebium libri tertii capite decimo nono ex antiquis Hæreticis qui probauerunt diuortia & iis subscripserunt Ebionitæ & Marcionistæ, & quidam alii tempore Origenis ex eius Homilia septima in Matthæum, & Messalini apud Socratem pro nihilo habebant diuortia, inter quos Pollentus contra quem disputabat Socrates, sanctusque Augustinus duos libros scripsit de hoc argumento & contra nuptias adulterinas. Stultissime Caluinus in suis profanis institutionibus imputat tyrannidi prohibitionem diuortii, quasi in Deum impiam & in homines iniquissimam legem: malebat ille vir bonus scilicet bis nubere quam semel vri: hos omnes tacere oportet loquente Euangelio apud Marcum capite decimo: *quicumque dimiserit vxorem suam & aliam duxerit, adulterium committit super eam, etsi vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur*, & apud Matthæum legislator & legifer noster Christus, *Ego autem*, inquit, *dico vobis omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis caussa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat*. Sanctus Paulus Epistolæ primæ ad Corinthios capite septimo: *ijs autem*, inquit, *qui Matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari, & vir vxorem non dimittat*. Idem Apostolus Epist. ad Romanos cap. 7. *Quæ sub viro est mulier*, inquit, *viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir, liberata est à lege viri: igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro*. Sanctus Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ conformis est Scripturæ sacræ: *Aliæ sunt*, inquit, *leges Cæsarum, aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus noster* (dixit nostrũ quia fuit vnus anterior S. Hieronymo Iurisconsultus Paulus, quem Digestorum leges loquuntur passim) *apud illos viris impudicitiæ frena laxantur soloque stupro & adulterio condemnato passim per lupanaria & ancillulas libido permittitur: quasi culpam dignitas faciat, non vo-*

15. Dimissio post Euang. legem est quoad thorum non quoad vinculum. Alias melior esset conditio fornicariæ quàm innocentis.

16. Moderni fautores repudiorum habuere qui eis responderent. Antiqui Hæretici fautores diuortij quib. SS. Doctores responderunt.

1. Corinth. 7.

17. Vxorem dimittere licet quoad thorum non quoad vinculum.

18. S. Paulus Apostolus, & Paulus Iurisconf. differentes in consiliis. Culpam facit voluntas non dignitas.

19. Florente aep. roman. repudia illicita. *luntas.* Apud plures sapientiorum inter Ethnicos repudia non laudabantur ex Tertulliano in Apologetico capite sexto, *per annos*, inquit, *ferè sexcentos ab vrbe condita nullum scriptum fuit repudium: deinde vero euersa disciplina, cum alijs vitijs etiam repudia introducta sunt.* Quid ad hæc Aduocatus quispiam Rollonis respondebit? quid dicere poterit Herueus Rhemensis Archiepiscopus & plurimi Francorum Pontifices, & quid Franco Archiepiscopus Rothomagensis cum suis sex suffraganeis, si patiantur dari libellum repudij Popæ Christianæ Principi & suæ Diœcesanæ? Consulamus iterum Catholicos Doctores antequam determinatè ad quæstionem propositam respondeamus. Granatensis patria sed Tolossæ Theologiæ professor Ioannes Vviguerius in institutionibus Theolog. in fauorem diuortij Rollonis cum Diuo Thoma fert sententiam cum pluribus aliis Doctoribus, quos post pauca referam, dicentes impedimentum dirimens Matrimonium esse cultus disparitatem, etsi non illud soluat disparitas infidelitatum aut diuersæ idololatriæ: quia Mahumetanus contrahere potest cum fœmina Persa: Iaponensis cum Iudæos sicque de cæteris, cum inter eos nullum sit Sacramentum, sed solum officium naturæ: nec inter se nubere à Deo prohibeantur, quia apud Deum non refert qualiter quis à fide deuiet: nec infidelis peccat cognoscendo vxorem suam propter bonum prolis, aut propter fidem sibi mutuò promissam, estque actus Iustitiæ. Neque obstat illud Apostoli ad Romanos capite decimo quarto, *Omne*, inquit, *quod non est ex fide, peccatum est*, nam illa verba explicat sanctus Augustinus sic non esse intelligenda, quod in quolibet actu infideles peccet, sed quia per id quod agunt non possunt à seruitute peccati liberari, vt falsò putabant quidam, omnes posse in sua saluari fide, non est tamen inter infideles perfectum Matrimonium, nec est Sacramentum, nec habet indissolubilitatem talem, qualis est apud fideles.

20. Cur Rolloni repudiatio licuerit. Disparitas cultus fidelis cum infideli, & infidelis cum fideli.

Rom. 14. Vers. vlt. Soto infra in 4. Sētent. Omne quod non est ex fide est peccatum.

21. Disparitas cultus tempore contractus facit nullum matrimonium. Per disparitatem porrò cultus, intelligitur diuersitas cultus fidelis & infidelis mariti vel vxoris: sic quod si alter coniugum contrahentium tempore contractus Matrimonii sit Christianus vel vxor Christiana, & alter Iudæus vel Iudæa, vel Paganus vel Pagana contrahunt cum viro vel fœmina Christianis, Matrimonium inter illos diuino iure est nullum & inefficax: neque absque peccato Christianus potest consummare istud Matrimonium cum infideli, aut Christiana cum Pagano coniuncti, docente Apostolo gentium sancto Paulo Epistolæ secundæ ad Corinthios capite primo: *quæ conuentio*, inquit, *luci ad tenebras*: atqui maxima est conuentio in Matrimonio, ergo ille vel illa, qui vel quæ est in luce fidei Christianæ, non potest conuenire cum illo vel illâ, qui vel quæ est in tenebris infidelitatis. Malachiæ capite secundo, *contaminauit*, inquit, *Iuda Domini sanctificationem.* Quæ prohibitio nubendi fidelis cum infideli est de iure diuino naturali & in eo non dispensatur nisi rarò, idque in aliquo speciali euentu & tam vrgente causa concurrente, vt recta ratio sua-

Quæ conuentio luci ad tenebras. *S. Thomas. in 4. Sent. dist. 39. quæst. 1.*

22. In disparitate cultus raro dispensatur nisi ex vrgente caussa, exē-

deat Matrimonium tale ineundum pro Dei gloria & pro bono publico regni totius, aut Christianæ Religionis, ex Dominico Soto Segobiensi Theologo Ord. Fr. Prædicatorum Confessario Caroli quinti Imperatoris in quartum librum Magistri Sententiarum distinctione trigesima nona quæstione vnica. Petrus de Ledesma & Bartholomæus eiusdem cognominis in tractatu de Matrimonio. Exemplum de Clodoueo primo Rege Francorum cui nupsit sancta Clothildis annuente Papa Hormisda in spem conuersionis mariti eius ab infidelitate, sicut euenit. Idem contigit ex parte Rollonis consentientibus Episcopis Franciæ & Neustriæ consulto prius Ioanne Papa, quia Rollo promiserat se Baptismum suscepturum, alioqui lege generali & communi prohibetur connubium fidelis cum infideli. Deuteronomii capite septimo, Deus interdicit Matrimonium Hebræorum cum Gentilibus: *quia*, inquit, *seducet filium tuum ne sequatur me, & vt magis seruiat Dijs alienis*: & locum Diui Pauli secundæ ad Corinthios sexto explicat sanctus Hieronymus de prohibito Matrimonio fidelis cum infideli, libro primo contra Iouinianum, & Epistola ad Geruntiam: exemplum in Salomone ante Matrimonia cum infidelibus piissimo principe & sapientissimo, postea à fœminis Idololatris seducto, vt ad earum complacentiam Idola cum illis veneraretur. De Popa prima vxore Rollonis dici potest bellica vi raptam domito eius Patre Comite Baiocensi & vsurpata ditione quæ adducta ex necessitate legi obediuit victoris mariti, intra se proponens nunquam à vera fide recedere, & marito quantum posset illi conatura suadere Christianitatem: fortè etiam vt Patri suo seruaret vitam incolumem & Reliquias patriæ superstites saluas faceret, victoremque ferocem compesceret, qui nollet tamen eam ad fidem negandam cogere. Talis quippe disparitas est contra bonum principalius Matrimonij quod est educatio prolis ad cultum Dei: quod bonum non videtur Rolloni defuisse: quia Guillelmum ex Popa susceptum & Gerlonem filiam arbitrio Christianæ Popæ commisit siue ante secundas nuptias, siue post secundas id factum. Constat prolem vtramque professam fuisse fidem Christianam, alias in cultus disparitate cum educatio fiat per Patrem & Matrem, secundum communem fidem solent intendere prolem suam educare; in disparitate cultus, interueniunt contrariæ intentiones, & per consequens non educatur proles concorditer inter diffidentes mores vtriusque parentis: hinc est quod Abraham suadente Sara & ex præcepto diuino eiecit Agar & Ismaëlem puerum Isaac subornare conantes specie lusus, proponens paruulo Isaac nequior Ismaël Idola ad venerationem matre instigante. Nam etsi Moyses nupserit Ægyptiacæ filiæ Ietro Sacerdotis Madian, Esther Assuero nupsit, libri Esther capite secundo, respondetur id factum à sanctis illis ex speciali Dei instinctu, à quo edocti prolem superuenturam non retrahendam à cultu veri Dei; & Deuteronomij capite vigesimo

Plum in Clodoueo primo Rege Francorum: & in Rollone Northmanoo.

Lege communi prohibetur fideli nubere infideli: probatur expeditione Salomonis olim sapientissimi.

23. De primo Rollonis matrimonio Resp.

24. Disparitas cultus contra educationis bonū.

Sara eiicit Agar.

Genes. 19. & 41. Esdra 2. 3. Reg. 3.

25. Specialis instinctus Sanctorum.

ftis candor affectatus à Romanis apud Horatium.

—— natales aliosque dierum,
Festos albatus celebret.

Conspicui veste niuea Senatores. Latinus Pacatus in Panegyrico ad Theodosium, *quid ergo, inquit, referam Festum liberæ nobilitatis occursum, conspicuos veste niuea Senatores.* Vopiscus in Floriano, *Senatores omnes*, inquit, *in ea lætitia elati vt domibus suis omnes albas hostias caderent, albati sederent.* Videor mihi Prudentius côtra Symmacham. videre lætitiam populi Christiani in Baptismate Rolloni vestem albam gestantis per dies septem, omnia alba in Ecclesia & in Altaribus fuisse.

43. Per 7. dies à Baptismate Rollonis omnia læta.
Exultare Patres videas pulcherrima mundi
Lumina, conciliumque senum gestare Catonum
Candidiore toga, niueum pietatis amictum
Sumere.

Noster Rollo vno tantum lustro vixit post amictum album & professionem Christianitatis, in qua sese legibus Catholicis totum submisit in nominis & vestis mutatione. Rhabanus Mauous libri de Institutione Clericorum capite decimo nono. *Post Baptismum*, inquit, *traditur Christiano vestis candida designans puritatem Christianam, quam post ablutas veteres maculas studio sanctæ conuersationis debet seruare immaculatam, ad præsentandum se ante Tribunal Christi.* Renati Baptis-
44. Albedo signum Resurrectionis vitæ & vestis Transfiguratio.
matis Fonte in Christo albis quoque induuntur ad repræsentandum Mysterium resurgentis Ecclesiæ sicut Christus in veste resurrexit candida: aut non secus ac Transfigurati Christi vestimenta apparuere candida sicut nix: sic & transfiguratus in nouum hominem & primam imaginem ad similitudinem Dei factam resumens debet
45. Baptizatus non debet inquinari.
esse exterius candidus quem Deus totum interius dealbauit gratia. Cantici Canticorum capite quinto. *Expoliaui me tunica mea, laui pedes meos, quomodo inquinabo illos*: & de his qui in gratia mortui resurgent in gloria scribitur Apocalypsis capite octauo, *mecum*, inquit *Christus, ambulabunt in Albis, quia digni sunt*: dixerat prius cap. 3. qui vicerit vestimentis albis induetur. Poëta Romanus quem post obitum credidit beatum in hæc verba de eo dixit quod,

Æneid. *Candidus assuetum miratur limen Olympi.*

Hæc vero albedo per septem dies completos durabat non computato die assumptæ vestis, nec quo deponebatur: verbi gratia Sabba-
46. Dies vestis assumptæ & qua deponebatur non computabantur.
tho sancto, qui baptizabatur, induebatur alba quam non nisi Dominica in Albis idest in octaua Paschæ deponebat ex Rhabano libri secundi de Institutione Clericorum capite trigesimo nono, & Amalario Treuerensi de diuinis officiis libri primi capite vigesimo nono. Ideoque depositio illa solemnis & primis Ecclesiæ temporibus ordi-
47. Dominica in Albis. Vestigium albæ vestis in baptismo.
naria appellationem dedit Dominicæ in Albis, ex sancto Augustino Sermone ad competentes. Cuius albæ vestis restat vestigium in cæremonia Baptismatis, quando linteum superponitur album Baptizato dicente Ministro Baptismi; *Accipe vestem candidam, sanctam,*

immaculatam, quam perferas ante Tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, & viuas in ſæcula ſæculorum. O Rollo monente Baruch Propheta capite quinto, *exue te ſtola luctus, & vexationis tuę, & indue te decore & honore.* Noli bone Princeps, peſſimis Conſultoribus credere qui ſuadent Principibus ad decipiendum atque ineſcandum populum, ſimulare candorem fidei, parum verò referre ſi intus ſint ſimiles illis de quibus Chriſtus Matthei vigeſimo tertio ſepulchris dealbatis, *quę à foris hominibus ſpecioſa apparent, intus autem plena ſunt mortuorum oſsibus & omni ſpurcitia: ſit & vos*, inquit, *à foris quidem paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.* Eo ſenſu ſanctus Paulus in Actis Apoſtolorum cap. 23. Ananum impium Sacerdotem appellauit parietem dealbatum. Horum ſimulata opera comparantur à Ioële Propheta capite primo ramis ficus decortatæ, cuius rami facti ſunt albi ad interitum ipſius arboris. Albedo enim interior debet velari externi boni operis cortice cuius ſuccus ſit vera & non fucata virtus. Impiorum quoque etſi Baptizatorum ante oculos hominum albedo inſtar eſt albedinis Leproſorum. Leuitici capite vigeſimo tertio: quod experimur quotidie in perſona Hæreticorum, qui perſonant vbique reformationem morum, quibus in anima nihil eſt deformius, quique nihil magis intendunt quam morum & fidei corruptionem. Suaſus eſt Rollo per Franconem Archiepiſcopum Rothomagenſem veſtimentis albis iuſtificationis prius indui quam externo candore, & lauare peccata ſua in ſanguine Agni & tot Chriſtianorum armis Northmannicis occiſorum: vt ſicut nix dealbaretur cum ſuæ gentis Collegio. Veteres Ethnici ſacrificabant fidei cum manu albo panno veſtita quo Acro & Porphirius Scholiaſtæ alluſiſſe volunt Poëtam Horatium cum dixit.

48. Exuit ſe Rollo ſtola luctus, & induit ſe decore.

49. Principes eſſe debent verè Religioſi non apparenter vt paries dealbatus.

Hipocritæ rami ficus decortatæ.

Impiorum albedo Leproſorum & Hæreticorum.

Apoc. 3.
Iſa. 1.

Fidei veteres ſacrificabant in manu albo panno veſtita.

—— & Albo,

Cana fides velata panno,

& Seruius in Commentario ad illud Virgilii,

Cana fides & Veſta, &c.

Oportet etiam Chriſtianum potiori titulo (cuius fides eſſe debet candida & ſincera) non eſſe fallacem in operibus ſuis, ſed candidum & ſincerum non inſtar impii Caluini,

50. Chriſtianus debet eſſe in moribus candidus.

Qui Curios ſimulans & Bacchanalia viuens.

ſeipſum effingi & delineari fecit ante ſuam effigiem venuſto illo & magnifico apophthegmate, Candide & ſincere, qui fuit vir ſupra omnes ſui ſæculi Hęreticos vafriſſimus & fraudulentiſſimus: ego aliquando viſa oſtentatione illius tabulæ ſubſcripſi: Candide & ſincere inſtar veteris Simiæ. Candor Chriſtianus teſtimonio omnium Scriptorum refulſit mirum quantum in Rollone ad fidem conuerſo & in Baptiſmate nouum hominem induto, & in Succeſſoribus eius vſque ad generationem ſeptimam candor iſte perſeuerauit. Ita vt in illis conſecutus dici poſſit benedictionem datam Iacob à Laban ſo-

Niger candor Caluini, ſinceri inſtar veteris Simiæ.

51. cero suo Genesi trigesimo primo, *alba quæque accipies pro mercede tuâ.*
Candor Flodoardus in Chronico ait Baptizato Rollone qui ex Normanis
Rollonis Baptizati noluerunt recessisse circa fluenta Ligeris, vbi sibi arces fe-
vsq; ad eius cêre, ex quibus irruptiones facerent circa viciniam, vsque dum pars
generatio- fugata eorum, alteri coacti ad Baptismum per Robertum Comi-
nem septi- tem Parisiensem: Porro post Baptismum Rollo nesciuit iustitiæ
mam. zelator Normanorum, Dux pallio simulationis aliis noxiam velare iniquitatem, malitiam fouere, peccata dissimulando ad alia iuita-
52. re. Rollo & commilitones in Galliæ Belgicæ parte, quæ Neustria
Northmãni antea vocabatur. Baptizati, circa viginti annos sequaces postea ha-
conuersi in buere pietatis, quibus exemplo præiuerant ipsosmet Septentriona-
Septentrio les Northmannos, qui ad fidem sunt conuersi tempore Henrici Ger-
ne tempore maniæ Regis & Guillelmi de Longa Spata Normaniæ Gallicæ Du-
Guillelmi cis filij Rollonis, regnante Ludouico Transmarino Francorum Mo-
filij Rollo- narcha Caroli Simplicis filio circa annum Christi nongentesimum
nis. trigesimum, si creditur Sigeberto in Chronico, si aliis post quinque
930. annos: Abroditarum quoque Principes Christianitatem professi:
alijs 935. (Ex Northmannis *Dani*, inquit *Sigebertus*) *qui Frisones incursabant*
Abroditæ. *victi ab Henrico Rege Germaniæ quibus & pacem concessit Baptizato*
53. *eorum Rege cui nomen Chuina.* Ex Gerebrardi supputatione etiam
Chuina anno Christi octingentesimo vigesimo octauo Herioldus Rex Da-
Normanus norum cum vxore & liberis iam Baptizati fuerant. Moguntiæ in
Rex Bapti- Ecclesia sancti Sebastiani teste Moguntino Pontifice Rhabano: &
zatus. anno octingentesimo septuagesimo alius Rex Daniæ cui nomen
54. Fronto de sacro quoque Fonte leuatus est. Sic est vt nullo tempore,
Herioldus nullo loco, nationem vllam aut gentem à sua repellat misericordia
Rex Danorum Baptizatus 820. Fronto 870. Rex Baptiz. Deus optimus.

De Matrimonio Rollonis, & an potuerit legitimè repudiare Popam Christianam Principem primariam vxorem, de quâ liberos susceperat: & post Baptismum Popa viuente ducere Gislam, eáque sine liberis mortuâ redire ad Popam tutâ conscientiâ?

CAPVT VNDECIMVM.

1. Maritatur Rollo tempore obsidionis Parisiensis.

VINTINIANVS Veromanduensis Decanus libro secundo de Moribus Northmannorum, de primo Rollonis Matrimonio scribens, *Circumstante*, inquit, *Parisius obsidione, Rollo Baiocas petijt, eamque violenter cepit, totamque funditus subuertit, captiuos & prædam totius regionis sibi vindicauit, quinetiam quandam Popam Virginem, specie de-*

toram superbò sanguine concretam [*Thomas Uualsingam in Neustria Hypodig. malè scripsit Popam fuisse filiam Guidonis Syluanectetensis Comitis, item alij qui Nannetensis, atque illi qui Berengarij Bellouacensis quod credidit Ludouicus Guichardinus in sua Selandia*] *praeualentis Principis Berengarij* [*Comitis Beßini & Baiocarum*] *filiam secum latus adduxit, eamque sibi connubio adsciuit, & ex ea filium nomine Guillelmum genuit* (adde & filiam Gerloc) non dicit si Popa volens an

2.
Secundum connubium Rollonis.

coacta Rollonem, Christiana Paganum duxerit. Idem de secundo connubio Rollonis eodem libro agens de pace inita inter Carolum Francum & Rollonem Northmannum consilio omnium Ordinum regni non valentis Paganis, vt ille ait, resistere. *Carolus*; inquit, *Rex his consultis misit Franconem Archiepisc. Rothomag. ad Rollonem Paganorum Ducem: qui eo audito conuocauit Maiores Dacorum. Daci verò reminiscentes somnij* (*puta Rollonis commorantis in Anglia*) *interpretationem, videtur salubrius, inquiunt, nobis consilium & in melius profuturum si requiescamus: & fructibus terrae patienter fruamur, si dederit Rex filiam suam vxorem, &c. deditque Rex filiam suam Gislam in coniugem Duci Rolloni.* Eo loci narratur Baptismatis ceremonia, donaria per Rollonem facta Ecclesiis, & partitio Normaniae nouae inter Comites & Milites Rollonicos: *& post hac denique*, inquit, *praeparato magno nuptialium rerum cultu; filiam regis Gislam vxorem sibi duxit, pro qua se Francis conciliandǫ pacificauit.* Gemeticensis Monachus libri secundi capite vigesimo secundo. *Rollo autem Dux*, inquit; *qui & Robertus, postquam vxor eius* (*quam dixerat capitibus decimò septimo & decimo nono fuisse Gislam Christianam Rolloni nuptam*) *morte praeuenta, sine liberis mortua est, repudiatam Popam ex qua filium nomine Uuillelmum iam adultum genuerat, iterum repetens sibi copulauit.*

Melior pax quàm bellum.

Nuptiarum apparatus.

Moritur Gisla absque liberis.

Praemisi has veterum authoritates quae conueniunt cum Chronicis omnibus Normaniae; vt constituatur casus quaestionis in titulo huius capitis propositae. An Rollo qui duxerat Popam Christianam Principem (nam multis saeculis ante Rollonem tota Gallia & ipsa Neustria erat Christiana, & per omnes regiones Catholica, & Baiocensis Dioecesis dudum fuerat vomere Euangelico exculta quod docet liberalitas Rollonis post Baptismum collata septem Ecclesiis inter quas adnumerata Episcopalis B. Mariae Baiocensis) legitimè eam repudiare potuerit propediem futurus Christianus; & an suscepto Baptismate Popa viuente Christiana muliere aliam mulierem Christianam superinducere, Gislaque mortua post diuturnum diuortium redire ad Popam. Gentilibus satis frequens fuit vsus repudiationis, diuortij, & dissolutionis Matrimonij, non solum quoad thorum & cohabitationem secundum quod loquuntur Theologi, sed etiam quoad vinculum contractus Iurisconsultorum toto titulo Digestis de diuortiis. Obseruo tamen obiter cum illis diuortium respicere ambos coniuges, repudium verò ad solam vxorem attinere. Verbi gratia si Rollo dixerit Popae vxori (loquor cum Iuris-

3.
Rollo repetit repudiatam Popam; Popa vxor Christiana fuit.

4.
Neustria ante Rollonem tota Christiana erat.

Popam an potuerit repudiare.

5.
Gentilibus repudiatio freqnens.

Diuortium ambos respicit repudium solam vxorem.

6. Alfonsus Tonstatus sed verius Tostatus. 1440. quis & qualis ex oppido de Madrigal.

consultis l. secunda ff. de diuortiis.) *Heus Papa conditione tua non vtor, res tuas tibi agito.* Alphonsus quem vult cognomine Tonstatum Cardinalis Bellarminus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis ad annum 1440. natione Hispanum Episcopum Abulensem sub Papa Eugenio quarto. Antonius Posseuinus in Apparatu non Tonstatum sed Tostatum vocat ex oppido de Madrigal qui propemodum puer in Collegium sancti Bartholomæi ad Laurum seruiendo Scholasticis adscitus. Opera quæ penes me habeo impressa in Hispania super Matthæum præ se ferunt in titulo El Tostado sobre saunt Mattheo, vulgare indicant agnomen fuisse de Madrigal pauperi vulgo datum ex oppido vnde ortus, sicut Hadriano (pauperi qui postea fuit Papa) agnomen Vltraiectensis: nam Tostati nomen est Scholasticum dicterium & Scomma, quia inseruiens culinæ Scholari, quod sæpè ad ignem torreretur, Tostatus à ridiculis Scholaribus dictus est, meritis suis consecutus Episcopatum Abulensem: hinc est quod alternantibus appellariuis nominibus laudetur hinc Tostatus, inde Abulensis sui sæculi miraculum, qui ætatis anno vigesimo secundo omnes penè scientias assecutus prodigiosus memoria, iudicio incomparabilis quem pluma ingenii non obstante paupertatis pondere leuauit, cum puritate mentis & corporis viuens & moriens virgo anno quadragesimo ætatis, duplo plura reliquit volumina quam sanctus Augustinus, qui penè duplicatos habuit annos Tostati: prodeat in medium tantus vir & primus Sententiam ferat de Matrimonio & de diuortio Rollonis. Tostatus inquam in Florilegio suo super caput decimum nonum Matthæi quæstione vigesima sexta, quærit, an inseparabilitas Matrimonii quæ opponitur libello repudii sit de naturali iure, respondetque accipiendo ius naturale prout est ius diuinum, inseparabilitatem esse de naturæ iure: & antequam Christus pronuntiasset capite quinto Matthæi: *quod Deus coniunxit homo non separet*, adhuc antea inseparabilitatem fuisse de diuino iure: si verò ius naturale accipiatur pro eo quod competit homini, non in quantum homo, sed in quantum animal, & iuxta quod illi conuenit cum cæteris animalibus, quia in cæteris animalibus non inuenitur, inseparabilitas illa non erit de iure naturæ: accipiendo verò ius naturale pro eo quod est de dictamine rationis siue aliqua lege positiua: potest dici quod inseparabilitas sit de iure naturæ, secundum finem educationis prolis & instructionis eius. Homini enim necessaria est educatio in quantum animal, instructio autem in quantum est homo, & ad vtrumque requiritur inseparabilitas: quippe dum vnus filius educatur alius gignitur: & anterior his instruitur, pro quorum quolibet tempore, opus est ad educationem atque instructionem, & sic oporter parentes cohabitare, nihilque prodesset cohabitatio sine educatione nec educatio sine instructione ad quæ requiritur indiuidua habitatio & communicatio coniugum ex Aristotele libro octauo Ethicorum, & vt acquirant bona

Tostati cognomen est Scholasticū Scomma.

Fuit vir sui sæculi miraculum ex paupere Abulensis Episcopus, Tostatus in caput 19. Matthei.

7. An inseparabilitas sit de naturali iure. Ius naturale prout est ius diuinū. Ius naturale quod cōpetit homini vt est animal. Prout est de dictamine rationis. Educatio animali, instructio humani debetur. Cohabitatio, educatio, & instructio cohærent. Ad quæ requiritur indiuidua cōiugum communicatio.

quæ

quæ relinquant filiis suis, docente Apostolo gentium Paulo primæ ad Corinthios decimo tertio, *debent parentes thesaurizare filiis suis.* Neque coniuges fideliter intenderent communicationi laborum suorum, si crederent quod inter ipsos aliquando futurū esset diuortium: itaque communicatio est per se intenta à coniugibus ex eodem Aristotele libro quarto Ethicorum.

Vt acquirāt & relinquāt bona liberis, per se intenditur à coniugibus.

Cum ergo ita se res habeat, non videtur posse nec debere permitti diuortium, nec est ratio cur ius aliquod singulare concedatur Rolloni Northmanno potiusquam alteri homini: multò minus Pagano accedere volenti ad Baptismum quàm viuenti in infidelitate: vt potuerit Popâ contemptâ ducere Gislam, & simul vno tempore vxores duas Christianas viuentes habere. Maturo igitur opus consilio ante condemnationem accusati, ne dum in reum prætensum accusandum propensi fuerimus, innocentem condemnemus.

8. *Videatur Rollo non potuisse diuortium facere, & vno tempore duas Christianas vxores habere.*

Nosse operæ pretium fuerit, in repudio vxoris duo esse consideranda, vnum in denegatione debiti coniugalis & cohabitationis, ita vt liceat alteri eam habere: alterum in significatione libelli repudii ex charta. Secundum communem regulam naturæ repudiare non licet, nisi sit aliqua specialis causa, sic quod aliquando sine peccato licitum fiat, ex dispensatione, à lege à qua dispensatur recedere, si illa esset legitima, à communi legis vsu secundum mutationem cursus naturalis, qui mutatur dupliciter.

9. *Tostatus quæst. 27. In repudio duo consideranda.* *Licet à lege recede cum dispensatione legitima.*

Primo ex eo quod aliqua naturalis causa per aliam causam naturalem impeditur à cursu suo in minore parte causaliter, puta quod homo habeat in vna manu sex digitos, vel quod aliqua membra non sint in proportione formata, qualia esse deberent iuxta communem intentionem & cursum naturæ, quæ rarò variatur, nisi quando virtus formatiua & regulatiua materiæ impeditur vel per multitudinem aut paucitatem materiæ, vel per morbum quo impedimentum ponatur, ne regulariter talia formentur, secundum quod communiter solent. Per istum modum cursus non variatur rerum naturalium quę sunt vt semper, sed earum quæ sunt vt frequenter.

10. *Cursus naturæ in parte minore, variatur quando virtus formatiua impeditur, in iis quæ sunt vt frequenter vel per causam supernaturalem,*

Secundo modo variatur res naturalis à cursu suo per causam penitus supernaturalem, vt accidit in miraculis, tunc mutatur cursus naturalis non solùm qui est ordinatus naturaliter vt frequenter, sed etiam qui vt semper: sicut est circa habitudinem primorum corporum naturæ, quæ sunt cœli, astra, aut ipsa elementa, quæ sicut prima sunt in natura quantum ad substantiam, sunt etiam ideo inuariabilia.

In iis etiam quæ vt semper. *In primis corporibus naturæ, alias inuariabilibus.*

Prima hæc præcepta iuris naturalia sunt principia & naturalis cognitionis circa directionem actionum, & talia sunt quod sine aliqua deductione per se cognoscantur, verbi gratia nulli esse sine iusta causa nocendum: non esse occidendum hominem, quæ audita mox quilibet approbat, licet inter hæc quædam sint magis nota quàm alia & magis vniuersalia; vt bonum esse eligendum, malum esse fugiendum, talia dicuntur esse in primo præceptorum naturalium gradu. Secundaria præcepta sunt, quæ dictat ipsa ratio, etiam nulla positiua existente lege,

11. *Prima per se cognoscuntur iuris præcepta; ex his alia sunt alijs magis nota, alia quæ ipsa ratio dictat.*

& tamen non sunt per se nota, nec quilibet ea audiens statim approbat, sed ex primis principiis præsuppositis iuris naturalis deducuntur & per actum rationis quæ nobis inest dictatur nobis id esse naturale & de iure naturali largè sumpto: prima se habent vt semper, secunda vt frequenter. Dispensatio in istis sequetur variationem cursus rerum naturalium: sicut autem variatio cursus in naturalibus rebus quæ se habent vt semper non potest fieri nisi per causam supernaturalem: ita dispensatio in primis præceptis naturalis iuris quæ sunt vt semper manentia, non potest fieri nisi per caussam penitus supernaturalem puta Deum, idque non sæpè sed raro, & non vbique sed propter aliquod singulare intentum diuinum, non ad omnes sed quantum ad aliquas personas. Exemplum in immolatione Isaac propter Mysterium futuræ in Christo Redemptionis fuit dispensatum à Deo in Abraham in homicidio proprij filij; sic dispensatio in furto Hebræorum contra iuris naturalis præceptum, quo suum cuique conseruari debet: fiuntque miracula non semper, nec pro omnibus: & Sol tantum bis cursum legitur variasse pro Iosué tardando cursum & stando, & pro Ezechia Rege retrogrediendo decem gradibus à cursu suo, signata retrogradatione in Horologio Achab. Positis his principiis respondetur primò generaliter, secundò applicabitur in particulari Matrimonio Rollonis. Dico ergo de inseparabilitate Matrimonii, si pertineret ad præcepta primaria iuris naturalis non esset possibilis dispensatio nisi per Deum & non circa omnes, sed circa personas aliquas & propter singularem caussam: posito autem quod sit inseparabilitas de secundis præceptis naturalis iuris, poterit fieri per aliquem, & extendi ad omnes: atqui illa inseparabilitas pertinet ad secunda præcepta, eo quod illa non sit necessaria ad procreationem, nec ad educationem atque instructioné, quasi sine inseparabilitate ista fieri nequeant: non enim semper vir & vxor cohabitant, quorum mulier erit ægrota, alterius vir erit miles, nauta, mercator, & sæpè absens: educatio quoque frequenter & minus frequenter fit à mutuatis nutricibus, & aluntur Grandiorum liberi alibi quam in domo paterna: idem est de instructione quæ vt plurimum fit in Scholis externis, & non inter priuatos parietes: sed hæc tria, cohabitatio, educatio, & instructio, vt ad melius ordinatur, & in iis dispensari potest, sicut quotidie dispensatur. Et ante legem Christi dari poterat libellus repudii sine aliqua dispésatione in personis gentilibus, qui se nesciebant obligatos ad inseparabilitaté. Post prædicationé verò Christi diuulgatá operata per ipsum redemptione humana, Christoq; in cælum recepto cœperunt Iudæi ex diuulgatione Euangelicæ legis per Apostolos & Discipulos Saluatoris, qui Dominum suum prædicauerunt nouum legislatorem & eius præcepta palam fecere, eaque obligare auditores, tunc Iudæi cœperunt peccare vtendo repudij libello. Repudium ex se est contra legem naturæ si sit perpetuum, nisi ex dispensatione in lege scripta, qua per Christum sublata res rediit ad primum statum legis naturalis, sed post legem Christi mœchatur qui alteram duxerit ipso Christo pronuntiante Matthæi quinto,

12. Dispensatio sequitur iuris variationem, & in primis præceptis non fit nisi per causam supernaturalem Deum, raro & ad aliquas personas.

Exodi cap. 3. & 10.

Regum 20. Iosué 10.

13. Respondetur ad quæstionem de inseparabilitate, primo esse de secundis præceptis, nec esse necessariam ad procreationem, educationem & instructionem, absolutè sed secundú quid.

14. Ante legem Christi dabatur libellus repudij in Gentilibus legem nescientibus, Tostatus quæst. 28. Post legem Euangelicá Iudæis prohibita repudiatio.

Quæ dimissio non intelligitur quoad vinculum sed quoad thorum 15.
non enim peccaret, qui illam duceret, nisi adhuc esset alteri alligata
viro: alias si liceret dimissam ob fornicationem ducere, melior es-
set conditio fornicariæ quam innocentis & castæ, cui nubere non lice-
ret etsi dimissa esset: lex verò prohibet fornicariā non nubere quam-
uis ob peccatum dimissam in pœnam peccati: etsi nubat, peccat &
adulteratur. Erasmo, Caietano, Catharino, Luthero, Brentio, Calui-
no, Melanctoni & aliis fautoribus repudiorum respondêre viri do-
ctissimi viri Ioannes Ecchius, Ricardus Taperus, & Alphonsus à
Castro, Martino verò Kemnitio qui post alios Hæresiarchas collu-
uiem illorum in suam cloacam recepit, & argumenta singulorum 16.
in vnum collegit, plenè & superabundè satisfecit eminentissimus
sapientia, & dignitate clarissimus Robertus Cardinalis Bellarmi-
nus, tomo tertio Controuersiarum, libro de Matrimonio. Apud Eu-
sebium libri tertii capite decimo nono ex antiquis Hæreticis qui
probauerunt diuortia & iis subscripserunt Ebionitæ & Marcio-
nistæ, & quidam alii tempore Origenis ex eius Homilia septi-
ma in Matthæum, & Messalini apud Socratem pro nihilo habe-
bant diuortia, inter quos Pollentus contra quem disputabat So-
crates, sanctusque Augustinus duos libros scripsit de hoc argu-
mento & contra nuptias adulterinas. Stultissime Caluinus in suis
profanis institutionibus imputat tyrannidi prohibitionem diuor-
tii, quasi in Deum impiam & in homines iniquissimam legem:
malebat ille vir bonus scilicet bis nubere quam semel vri: hos om-
nes tacere oportet loquente Euangelio apud Marcum capite deci-
mo: *quicumque dimiserit uxorem suam & aliam duxerit, adulterium*
committit super eam, etsi uxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, 17.
mœchatur, & apud Matthæum legislator & legifer noster Christus.
Ego autem, inquit, *dico vobis omnis qui dimiserit uxorem suam, exce-*
pta fornicationis caussa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit,
adulterat. Sanctus Paulus Epistolæ primæ ad Corinthios capite sep-
timo: *ijs autem*, inquit, *qui Matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego*
sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere
innuptam, aut viro suo reconciliari, & vir uxorem non dimittat. Idem
Apostolus Epist. ad Romanos cap. 7. *Quæ sub viro est mulier*, in-
quit, *viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir, libera-*
ta est à lege viri: igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum
alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, ut 18.
non sit adultera si fuerit cum alio viro. Sanctus Hieronymus in Epi-
taphio Fabiolæ conformis est Scripturæ sacræ: *Aliæ sunt*, inquit,
leges Cæsarum, aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus noster (dixit
nostrū quia fuit vnus anterior S. Hieronymo Iurisconsultus Paulus,
quem Digestorum leges loquuntur passim) *apud illos viris impudicitiæ*
frena laxantur soloque stupro & adulterio condemnato passim per lupana-
ria & ancillulas libido permittitur: quasi culpam dignitas faciat, non vo-

Dimissio post Euang. legem est quoad thorum non quoad vinculum.

Alias melior esset conditio fornicariæ quàm innocentis.

Moderni fautores repudiorum habuere qui eis responderent.

Antiqui Hæretici fautores diuortij quib⁹ SS. Doctores responderunt.

1. Corinth. 7.

Vxorem dimittere licet quoad thorum non quoad vinculum.

S. Paulus Apostolus, & Paulus Iurisconf. differentes in consiliis.

Culpam facit voluntas non dignitas.

19. Florente rep. roman. repudia illicita.

luntas. Apud plures sapientiorum inter Ethnicos repudia non latidabantur ex Tertulliano in Apologetico capite sexto, *per annos*, inquit, *ferè sexcentos ab vrbe condita nullum scriptum fuit repudium: deinde vero euersa disciplina, cum alijs vitijs etiam repudia introducta sunt.* Quid ad hæc Aduocatus quispiam Rollonis respondebit? quid dicere poterit Herueus Rhemensis Archiepiscopus & plurimi Francorum Pontifices, & quid Franco Archiepiscopus Rothomagensis cum suis sex suffraganeis, si patiantur dari libellum repudij Popæ Christianæ Principi & suæ Diœcesanæ? Consulamus iterum Catholicos Doctores antequam determinatè ad quæstionem propositam respondeamus.

20. Cur Rolloni repudiatio licuerit. Disparitas cultus fidelis cum infideli, & infidelis cum fideli.

Granatensis patria sed Tolossæ Theologiæ professor Ioannes Viguerius in institutionibus Theolog. in fauorem diuortij Rollonis cum Diuo Thoma fert sententiam cum pluribus aliis Doctoribus, quos post pauca referam, dicentes impedimentum dirimens Matrimonium esse cultus disparitatem, etsi non illud soluat disparitas infidelitatum aut diuersæ idololatriæ: quia Mahumetanus contrahere potest cum fœmina Persa: Iaponensis cum Iudæo, sicque de cæteris, cum inter eos nullum sit Sacramentum, sed solum officium naturæ: nec inter se nubere à Deo prohibeantur, quia apud Deum non refert qualiter quis à fide deuiet: nec infidelis peccat cognoscendo vxorem suam propter bonum prolis, aut propter fidem sibi mutuò promissam, estque actus Iustitiæ. Neque obstat illud Apostoli ad Romanos capite decimo quarto, *Omne*, inquit, *quod non est ex fide, peccatum est*, nam illa verba explicat sanctus Augustinus sic non esse intelligenda, quod in quolibet actu infideles peccet, sed quia per id quod agunt non possunt à seruitute peccati liberari, vt falsò putabant quidam, omnes posse in sua saluari fide, non est tamen inter infideles perfectum Matrimonium, nec est Sacramentum, nec habet indissolubilitatem talem, qualis est apud fideles.

Rom. 14. Vers. vlt. Soto infra in 4. Sétent. Omne quod non est ex fide est peccatum.

21. Disparitas cultus tempore contractus facit nullum matrimonium.

Per disparitatem porrò cultus, intelligitur diuersitas cultus fidelis & infidelis mariti vel vxoris: sic quod si alter coniugum contrahentium tempore contractus Matrimonii sit Christianus vel vxor Christiana, & alter Iudæus vel Iudæa, vel Paganus vel Pagana contrahunt cum viro vel fœmina Christianis, Matrimonium inter illos diuino iure est nullum & inefficax: neque absque peccato Christianus potest consummare istud Matrimonium cum infideli, aut Christiana cum Pagano coniuncti, docente Apostolo gentium sancto Paulo Epistolæ secundæ ad Corinthios capite primo: *quæ conuentio*, inquit, *luci ad tenebras*: atqui maxima est conuentio in Matrimonio, ergo ille vel illa, qui vel quæ est in luce fidei Christianæ, non potest conuenire cum illo vel illâ, qui vel quæ est in tenebris infidelitatis.

Quæ conuentio luci ad tenebras. S. Thomas. in 4. Sent. dist. 39. quæst. 2.

22. In disparite cultus raro dispensatur nisi ex vrgente caussa, exé-

Malachiæ capite secundo, *contaminauit*, inquit, *Iuda Domini sanctificationem.* Quæ prohibitio nubendi fidelis cum infideli est de iure diuino naturali & in eo non dispensatur nisi rarò, idque in aliquo speciali euentu & tam vrgente causa concurrente, vt recta ratio sua-

deat Matrimonium tale ineundum pro Dei gloria & pro bono publico regni totius, aut Christianæ Religionis, ex Dominico Soto Segobiensi Theologo Ord. Fr. Prædicatorum Confessario Caroli quinti Imperatoris in quartum librum Magistri Sententiarum distinctione trigesima nona quæstione vnica. Petrus de Ledesma & Bartholomæus eiusdem cognominis in tractatu de Matrimonio. Exemplum de Clodoueo primo Rege Francorum cui nupsit sancta Clothildis annuente Papa Hormisda in spem conuersionis mariti eius ab infidelitate, sicut euenit. Idem contigit ex parte Rollonis consentientibus Episcopis Franciæ & Neustriæ consulto prius Ioanne Papa, quia Rollo promiserat se Baptismum suscepturum, alioqui lege generali & communi prohibetur connubium fidelis cum infideli. Deuteronomii capite septimo, Deus interdicit Matrimonium Hebræorum cum Gentilibus: *quia*, inquit, *seducet filium tuum ne sequatur me, & vt magis seruiat Dijs alienis*: & locum Diui Pauli secundæ ad Corinthios sexto explicat sanctus Hieronymus de prohibito Matrimonio fidelis cum infideli, libro primo contra Iouinianum, & Epistola ad Geruntiam: exemplum in Salomone ante Matrimonia cum infidelibus piissimo Principe & sapientissimo, postea à fœminis Idololatris seducto, vt ad earum complacentiam Idola cum illis veneraretur. De Popa prima vxore Rollonis dici potest bellica vi raptam domito eius Patre Comite Baiocensi & vsurpara ditione quæ adducta ex necessitate legi obediuit victoris mariti, intra se proponens nunquam à vera fide recedere, & marito quantum posset illi conatura suadere Christianitatem: forte etiam vt Patri suo seruaret vitam incolumem & Reliquias patriæ superstites saluas faceret, victoremque ferocem compesceret, qui nollet tamen eam ad fidem negandam cogere. Talis quippe disparitas est contra bonum principalius Matrimonij quod est educatio prolis ad cultum Dei: quod bonum non videtur Rolloni defuisse: quia Guillelmum ex Popa susceptum & Gerlonem filiam arbitrio Christianæ Popæ commisit siue ante secundas nuptias, siue post secundas id factum. Constat prolem vtramque professam fuisse fidem Christianam, alias in cultus disparitate cum educatio fiat per Patrem & Matrem, secundum communem fidem solent intendere prolem suam educare; in disparitate cultus, interueniunt contrariæ intentiones, & per consequens non educatur proles concorditer inter dissidentes mores vtriusque parentis: hinc est quod Abraham suadente Sara & ex præcepto diuino eiecit Agar & Ismaëlem puerum Isaac subornare conantes specie lusus, proponens paruulo Isaac nequior Ismaël Idola ad venerationem matre instigante. Nam etsi Moyses nupserit Ægyptiacæ filiæ Ietro Sacerdotis Madian, Esther Assuero nupsit, libri Esther capite secundo, responderur id factum à sanctis illis ex speciali Dei instinctu, à quo edocti prolem superuenturam non retrahendam à cultu veri Dei; & Deuteronomij capite vigesimo

Marginalia: Exemplum in Clodoueo primo Rege Francorum: & in Rollone Northmanno. — Lege communi prohibetur fidelis nubere infideli: probatur expeditione Salomonis olim sapientissimi. — 23. De primo Rollonis matrimonio Resp. — 24. Disparitas cultus contra educationis bonum. — Sara eiicit Agar. — Genes. 19. & 41. Esdræ 2. 3. Reg. 3. — 25. Specialis instinctus Sanctorum.

26. Per se nullum Matrimonium fidelis cum infideli, & Rollonis cum Popa potest dici nullum.

primo, permittebantur cum alienigenis Matrimonia si vellent conuerti ad fidem. Alioquin nullum est Matrimonium fidelis cum infideli, qui vel quæ non sunt adstricti legibus Ecclesiæ, cap. *Caudemus extra de diuortiis.* Rollo cum esset infidelis & Paganus quando contraxit cum Popa Christiana quam volentem nolentem victor & dilapidator patriæ eius connubio sibi coniunxerat: ideo illa quasi coacta fuit, at cum consensus non concubitus Matrimonium & veras nuptias faciat: quia Rollo fuit infidelis, illa autem fidelis reipsa nullum erat Matrimonium, & proles inde concepta facta legitima post mortem Gislæ quando ad Popam rediit, & potuere prælati Ecclesiæ Gallicanæ suadere diuortium Popæ & illa consentire, Rolloque iure Paganismi, illa iure Christiano & communi, quo irritum & inualidum est Matrimonium fidelis cum infideli, sicque non tam fuerit diuortium quam declaratio nullius Popæ Matrimonij per se irriti. Guido Brito libro octauo Philippidos.

Nuptiæ Gislæ fuere declaratio Matronij inualidi cum Popa.

Proinde sua gaudens illum Rex Karlus honorat
Coniugio natæ, cum qua Normania pacis
Fœdere sub firmo datur illi nomine dotis,
Iam tamen ipse suis illam acquisierat armis,
Inuida cui partus optatos Iuno negauit,
Exortem prolis faciens excedere vita,
Rollo tamen iungens aliam sub lege iugali
Viribus euectus, patriam totaliter illam
Et sua post illum tenuit successio tota.

27. Nec objectiones legis Mosaïcæ nec Christianæ quicquam contra Rollonem Paganum concludunt.

Obiectiones legis Moysi & Christianæ legis nihil concludunt contra Rollonem qui sub neutra lege viuebat quando duxit Popam: ex quo soluitur quoque difficultas de dimissione Popæ & assumptionis Gislæ, qua mortua legitimè potuit Christianus Christianam relictam Popam ducere, & legitimas facere duas proles ex ea ante Gislæ Matrimonium susceptas. Nam quod scribitur de repudiata Deuteronomii cap. vigesimo quarto, non permitti priori marito recipere eam quam repudiasset: hæc lex iustissima fuit inter Israëlitas in pœnam repudiationis: sed quidam Doctores prohibitionem hanc restrinxerunt ad repudiatam quæ alteri viro iuncta fuisset post dictam repudiationem: quę clausula defuit in Popa, quia se continuit toto tempore connubii Rollonis cum Gisla. Alii respondent in libello repudii duo fuisse licita, primum, dimittere vxorem, secundum dimissam alteri iungi, & duo præcepta fuisse Mosaïcæ legis contra diuortium, vnum dare libellum repudii ex scripto, alterum dimissam vxorem iterum non posse accipere. Primum præceptum erat in pœnam mulieris, secundum in pœnam viri, ne vir facilè repudiaret, quam postea non posset, etsi optaret, recipere. Pœna mulieris erat propter adulterium, ergo Popa innocens diuis-

Resp. legi Deuteronomij primo.

Resp. secundo. Duo licita in libello repudij. Duo præcepta Mosaicæ legis contra diuortium.

ſa, potuit iterum redire innocens ad Rollonem: pœna viri in Rollonem non poterat etiam cadere, quia Rollo non peccauerat repudiando cum consilio & diſpenſatione Prælatorum Eccleſiæ Gallicanæ, & Prælatorum totius Franciæ & Neuſtriæ; ergo nihil fuit quod prohiberet Giſla mortua redire, immo legitimè ducere Popam. Malachiæ ſecundo capite ſcribitur: *Cum odio*, inquit, *habueris* (*vxorem ſcilicet*) *dimitte illam*, quaſi dicat rudi populo Iſraëlitico permittitur repudium ob periculum vxoricidij frequentis apud Iudæos: & Deuteronomij capite vigeſimo quarto: *Si*, inquit, *acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij*, &c. Rollo Popam nunquam odio habuit, ſed illa ſemper inuenit gratiam ante oculos Rollonis, erat enim, (inquit Dudo de ſancto Quintino) pulcherrima, nobiliſſima & piiſſima, quæ tria ſufficerent tribus dotibus Matrimoniorum. Quid mirum ſi Rollo Popam liberatus à primo Matrimonio repetiuerit, *qui benè amat*, inquit adagium vulgare, *tardè obliuiſcitur.*

Cum ergo Matrimonium inter fidelem & infidelem immo & inter Catechumenam ſit irritum cap. caue XXVIII. quæſtione prima cum gloſſa eo loci, & Diuo Thoma Aquinate in librum quartum Sententiarum diſtinctione trigeſima nona, Alberto Magno, ſancto Bonauenturo, Richardo, Paludano, & aliis Doctoribus idem ſentientibus: Rollo potuit dimittere Popam, ſeu de iure diuino, ſeu vt quidam volunt ſolo iure Eccleſiaſtico licuit Popæ diuertere à Rollone vt cenſent Dominicus Soto, Durandus & ex Iuriſconſultis Roſella verbo Papa, & Sylueſter verbo Matrimonium ex receptiſſimo vſu Eccleſiæ vim legis obtinente, & ex Apoſtolica traditione. Veracruz prima parte ſpeculi articulo trigeſimo ſecundo, docet videri probabile inter Indos & populos noui orbis qui ad fidem quotidie conuertuntur, & inter recens ad fidem cōuerſos valere Matrimonium fidelis cum infideli, quia ceſſat ibi & non inuenitur ratio conſuetudinis. Ceſſat quoque timor peruerſionis infidelitatis & infidelium. Ex qua doctrina ſupra allegata ſequitur ſummi Pontificis diſpenſatione Matrimonium poſſe iniri inter fidelem & infidelem, quale fuit Matrimonium Iacob cum filiabus Laban Pagani & Idololatræ ſanctæ Monicæ cum Patritio parentum ſancti Auguſtini ex libri noni Confeſſionum eius capite nono, aliaque exempla refert ſanctus Hieronymus libro primo contra Iouinianum, ſanctus Auguſtinus libro de fide & operibus. Quia Papa poteſt diſpenſare de communi iure Eccleſiaſtico, Thoma de Argentina Ordinis Auguſtiniani Priore Generali Commentario in Magiſtrum Sententiarum ita docente, & Labiena verbo impedimentum, Armilla verbo Matrimonium. Quando Pontifex ex iuſtiſſima cauſa diſpenſat, eſt valida diſpenſatio, etſi fortè iuſta cauſa deſideraretur, diſpenſatio quidem non excuſaret diſpenſatos contrahentes à peccato mortali, ſed eſſet valida, quia ſolo iure Eccleſiaſtico irritatur.

28. Popa quia innocens potuit redire ad Rollonem.

29. Iſraëlitis repudium cur permiſſum.

30. Rollo Popam ſemper amauit. Tres dotes Popæ pulchræ, nobiliſſimæ & piiſſimæ.

Omni iure Rollo potuit dimittere Popam, & Popa à Rollone diſcedere.

31. De populi Indorum Matrimonijs.

Fidelis cum infideli ex ſummi Pontificis diſpenſatione.

Sanches lib. 7. de Matrimonio diſp. 71.

32. Diſpenſatio debet eſſe legitima vt accipiatur ſine peccato, valet tamen etſi illegitima fortè fuerit, ſed peccat acceptans & concedens.

Sicut Pontifice dispensante absque legitima causa vt Sacerdos vxorem duceret, valeret quidem Matrimonium, quod solo iure Ecclesiastico erat irritum, at peccaret mortaliter Sacerdos contra votum suum, quod iure diuino Matrimonium impedit. Sufficit & satis est Ecclesiam habere potestatem in personam fidelem vt possit eius Matrimonium cum infideli irritare. Cum enim postulet Matrimonium duos contrahentes habiles, eo ipso quod Ecclesia inhabilem reddit fidelem ne cum infideli Matrimonium contrahat, Corruit omnino Matrimonium Popæ cum Rollone, & eadem auctoritate Ecclesiastica potuit Rollo accipere Gislam filiam Caroli Simplicis relicta filia Berengarii Ducis Baiocensis Popa: Gislaque mortua cum esset liber, Christianus factus irritum ante Matrimonium cum Popa propter cultus disparitatem reddere validum & legitimos liberos facere ex priore concubitu natos, Guillelmum & Gerlonem filium & filiam.

33. Sufficit & satis est quod Ecclesia habeat potestatem in vnum contrahentium.

Potuit Rollo Ecclesiæ auctoritate accipere Gislam, & Popam relinquere, & Gisla mortua ad eam redire.

Iustitia Rollonis, & nominis illius solemnis in Normania inuocatio, vbi vulgaris est Clamor de ha-Raoul, *vel* ha-Rol.

CAPVT DVODECIMVM.

Matthæi c. 7.

1. A fructibus cognoscitur arbor.

DOcvit Christus arborem malam non posse bonos fructus facere, neque bonam malos, & à fructibus cognosci bonitatem vel malitiam arboris. Rollo per Baptismum in Christi sanguine iustificatus, templa diruta

2. Rollo templa reparat. reparare cœpit, & ex malis præteritis experiri, quas bonas leges publicæ vtilitati conderet in terra suæ ditionis. *Bannum*, (inquit,

3. Bannum Rollonis. Veromanduensis Decanus lib. 2. de moribus Normannorum) *idest interdictum misit quod est prohibitio, vt fur nullus vel latro esset, neque assensum mala voluntatis ei præberet: Denique interdixit vt nullus ferramenta aratri domum reportaret, verum in campo cum aratro relinqueret, & nullus pòst, equum, asinumque aut bouem ne perderet, custodem mitteret.* Huius pauore interdicti agricola quidam manens in Longepatentis villa (verbum est veteris illius Scriptoris pro in Longavilla) aratri vtensilia in campo dimisit, atque meridie appropinquante causa comedendi domum suam venit: quem vxor duris verbis cœpit increpare, cur dimisisset aratri necessaria & adiacentia in suo labore, diu molesta & increpans virum dedit ei manducare. Interim ne maritus amplius dimitteret dimissa, & eum faceret sollicitum, clam venit ad campum, sustulitque corrigias iugi, vomerem & cultrum & quasi aliundè veniens repetiuit domum. Maritus rediens necessaria aratri non inuenit, & tristis domum reuertens

Longue-Ville, longà patês villa.

De agri relinquendis vtẽsilibus in ipso agro; vxor furatur marito aratri vtensilia, irridẽs Rollonis Decretum.

uertens querulæ coniugi indicauit; quæ inuecta in eum, increpans dicebat: nullius vtilitatis homo, nunc ad Robertum Ducem (ideſt Rollonem, ſubſtituto illi nomine Roberti, vt dixi, in Baptiſmate) & ipſe te faciet aratorem: quæ ille Duci retulit: illico Robertus conuocans quemdam præpoſitum dixit illi, da quinque ſolidos iſti agricolæ, quibus poſſit, quæ perdidit emere: & villam pete quantocius, atque Auctorem furti indicio ignifero inquire. Iudicii illius per ignem an- 4.
tiquis familiaris exemplum inſigne habes in rebus geſtis ſancti Bo- Inquiſitio fit per ignẽ,
nifacii Ruſſorum ſeu Sclauorum Apoſtoli qui veritatem Catholicæ probatio
fidei probauit per tranſitum in medio duorum ignium, apud ſan- per ignem
ctum Antoninum ſecunda parte Chronici titulo decimo quinto ca- poſtea prohibita.
pite decimo quinto, Paragrapho quarto; & capite decimo ſeptimo, *Deuteron.* 7.
Paragrapho quinto aliud ſimile exemplum probationis per ignem *Malach.* 1.
factæ à ſancto Gualberto. Quæ probatio ſublata & prohibita à iure Canonico libro quinto Decretalium titulo trigeſimo quinto, de purgatione vulgari: quia etſi id licuerit ſanctis ex gratia & inſtinctu ſpeciali Dei, in aliis hominibus per illam probationem tentatur Deus, qui non tenetur ad libitum hominum facere miracula. Villicus ergo obediens Rollonis mandatis habitatores de Longauilla omnes igne examinauit, non eſt tamen prima probatione inuentus Auctor iniquitatis, quo comperto Rollo ad ſe vocauit Franconem ſuum Archiepiſcopum & dixiſſe illi fertur. *Deus* 5.
Chriſtianorum in cuius nomine Baptizatus ſum, ſi eſt conſcius rerum Rollo apud
omnium quæ fiunt, mirum mihi cur non innotuerit nobis igne tenta- Franconem
tus furti reus.Cui Franco, adhuc, inquit, *culpabilem ignis non teti-* cõqueritur de ſua inu-
git. Et Rodbertus ſeu Rollo ad præpoſitum, vade iterum & ad tili per ignẽ
habitatores affinium villarum, ibique in nomine Chriſti IESV probatione,
(vide fidem illorum temporum) examina per ignis ſupplicium, 6.
qui iuſſa complens renuntiauit Duci ſe neminem inueniſſe reum Fides vete-
furti, qui ſtatim vocauit aratorem, & ab eo inquiſiuit num rum Chriſtianorum.
cuipiam remanſiſſe dixiſſet aratri vtenſilia in campo? Agricola reſpondit ſe dixiſſe vxori: quæ vocata venit: Dux ad eam, quid, inquit, de vomere cultroque aratri mariti tui feciſti? il- 7.
la ſe non ſuſtuliſſe nec habere negauit; hanc autem cum ſco- Prudentia
pis Rollo iuſſiſſet diuerberari, fidem furti omnibus fecit, tunc Rollonis.
Rotbertus (Rollo) ad maritum: *Sciebas vxorem tuam eſſe furem?* Antiqua
cui ille, ſciebam: & Rotbertus, duobus Decretis dignè morieris, vno quod conſuetudo
caput mulieris es, & eam caſtigare debuiſti [*ex hoc Decreto Rollonis* Normana
crediderim manaſſe antiquæ conſuetudinis lib. 2. cap. 1. articulum ter- viris permiſit caſti-
tium quo permittiur viris caſtigare noxias vxores, modo mors, aut mu- gare vxores
tilatio non interueniat, pourueu qu'il n'y ait mort ny mehain.] *lib. 2. cap. 1. art. 3.*
Altero quod aſſenſor furti fuiſti, & indicare noluiſti, ſtatimque laqueo vtrumque fecit ſuſpendi. Hoc Iudicium exterruit habitatores terræ, Vir & vxor
nullusque auſus eſt poſtea furari vel latrocinari, atque ſic quieuit terra ſuſpenſi.
vacua furibus & latronibus, & pace continua, diuturnaque requie homines

8. Fœlicia Rollonis subditorum tempora, & eius successorum. *lætabantur, sub Rotberti ditione securi mordantes locupletesque erant omnibus bonis, non timentes exercitum ullius hostilitatis.* Additamentum ad Historiam veterem Normanorum. *De Richardo*, inquit (*secundo*) *filio primi Richardi, dicitur quod fuerat Pater patriæ, cuius tempore abundauit omnibus bonis Normania, in qua tanta pax fuit, ut neque etiam Carucarij de campis suis auderent ferramenta carucę ad suas domos reportare: etsi alicui furata fuissent, præceperat Comes ut ad eum veniret, & quicquid furto perdidisset ipse ex integro totum restitueret.* Refertur simile factum quod supra retuli tempore Rollonis eius ataui: nisi quod sub Richardo legitur rusticus accusauisse vxorem suam (timens ne ipse puniretur) ridentem quod furtum & denarios furti sibi haberet: & rusticum retulisse Duci denarios: mulieri autem erutos oculos dicente marito ad vxorem suam, *noli*, inquit, *amplius furari, & à modo disce obseruare præcepta Comitis.* Guillelmus Calculus libri secundi capite vigesimo. *Rollo*, inquit, *intra Normanicos limites* (*scilicet post Baptisma susceptum*) *legem statuit, ut nullus assensum furi præberet quod si deprehenderetur, ambo patibulis appenderentur.* Ibidem refertur Historia Rustici de Longepatente villa seu de Longauilla fautoris furti vxoris suæ vtroque in patibulo suspensis. Ad calcem Historiæ Gemeticensis similis laus iustitiæ & furti condemnationis & quietis publicæ Guillelmo datur Notho Duci, & in laudem eius hos Epitaphio voluit Ducis appositos Rhythmicos versiculos.

9. Securitas publica.

Latrocinio deperdita fiscus reddebat.

10. Lex vetans assensum dare furi ne cum eo puniatur quis.

Omnia tuta viatoribus in Normaniam, exemplum securitatis publicæ.

Quisquis iret per tuam patriam,
Non timebat hostis iniuriam,
Timor erat in multitudine,
Securitas in solitudine.

Scribuntur etiam alia multa de Rollone scitu digna, inter cætera quod cum post venationem in syluam quæ imminet alueo Sequanę iuxta Rothomagum, stipatus obsequentium turbis comederet, sedens super lacum quem vox vetus Gallica appellauit, & nunc appellamus Maram, armillas aureas in quercu triuij appendit, quæ per tres annos ob timorem Rollonis intactæ ibidem permanserunt: & quia iuxta Maram res ita gesta est, in memoriam adhuc hodie vocatur Rollonis Mara, vulgo *Roumare. His & huiusmodi Rollo Dux terroribus populum frenans tum ob amorem iustitię quem diuinis debuit legibus, tum pro subditorum concordi & quieta vita, tum pro sui honoris tranquillo statu, Ducatum sibi à Deo attributum tempore longeuo pacificè gubernauit.* Chronicon Normaniæ cap. 26. *Cum Rollo quadam die*, inquit, *obambulans Prouinciam iuxta quandam paludem, propè quam stipes fortè erat, annulos digitorum extractos apposuit aureos, ea parte qua ab omnibus transeuntibus videri & tangi possent, quo loci diu integri permansere, itaque ob rei memoriā fundo nomen inditum est paludis ad annulos* (la mare aux anneaux) *& oppidū adjacens appellatū Rollonis palus, vulgo* Roulmare *ou* Roumare.

Roumare infra ex sancto Antonino.

11. Annuli digitorum Rollonis dum stipiti in sylua appensi à nullo furati diu ibi intacti permanserunt.

adde sanctum Antonium ex quo infra dicam. Hac arte & vinculo Iustitiæ Rollo Gallos Neustrios Danis admixtos fecit vnanimes Normanos habitare in noua Normaniæ Prouincia quasi in vna domo sua. Liuius lib. 1. Historiæ Romanæ de Ænea veniente ex Troia in Italiam regni nouam sedem statuere, Troianis admixtis Italis Imperaturus: *vt animos*, inquit, *Aborigenum sibi conciliaret, & omnes sub eodem iure & nomine essent, Latinos vtramque gentem appellauit, nec deinde Aborigenes Troianis studio ac fide erga Æneam Regem cessere fretusque his animis coalescentium in magis duorum populorum*, &c. Sic Northmanni Septentrionales & Neustrij coaluerunt in vnum. Plinius iunior in Epistolis: *sunt omnia*, inquit, *sub vnius quidem potestate, qui pro vtilitate communi omnium curas laboresque suscipit.* Hæc mens erat Rolloni omnibus sibi subditis auxilio & iustitia prodesse. Ammianus Marcellinus Secretarius & Historicus Iuliani Apostatæ libro vigesimo nono: *Imperium*, inquit, *nihil aliud est quam cura salutis alienæ*: non alius fuit finis Institutorum Ducis Rollonis cui Neustrio-Normani apponant Hoc elogium Martialis Poëtæ.

Omnia sub vnius potestate qui omnes curat, Imperium est cura salutis alienæ.

Vox diuersa sonat populorum est vox tamen vna,
Cum verus patriæ diceris esse Pater.

Lib. 1. Epigr. 3.

Seneca libro de Clementia: *Rex*, inquit, *in ciuitate quasi Pater, qui liberos, nepotes, familiam totam, magna complectitur beneuolentia.* Sicut verò paruuli iniuriam passi solent ad Patrem suum prouocare, & contra offendentes indefensam ætatem inclamare parentem, ita Neustrio-Normani post securitum Rollonem, & in lege Christiana eruditum, à pusillo ad maximum quoties se opprimi sentirent, exclamabant Rollonem, quem iusta præscribere & iusta obseruare nouerant, primarius custos legum suarum: maturè quippe scriptum à Iuuenale Poëta, 12.

Bonus Rex instar Patris: paruuli læsi Patrem inclamant.

Inclamatio iusti Rollonis.

In commune iubes si quid censesue tenendum,
Primus iussa subi, nam obseruantior æqui
Fit populus, nec ferre negat cum viderit ipsum
Censorem parere sibi, componitur orbis
Regis ad exemplum,

Satyra 4.

13.

Censor sibi parens aliis præit ad legum custodiam.

Princeps solutus quidem est suis legibus, cuius interim digna est vox fateri se alligatum legibus l. Princeps ff. de legibus: l. digna vox Codice eodem titulo. Principis iusti vita, est lex animata, quæ est legum per se mutarum eloquens Regina benefactis & virtute quasi sceptro & virga cæteros regens. Quod agnoscunt Normani, quando in oppressionis amaritudine positi solemni sui primarij Ducis inuocationem frequenter vsurpant clamantes, ha-Roul, vel ha-Rou ea quippe exclamatione inuocant Principem gentis in illa Prouincia seu Conditorem siue Institutorem. Ad quam inuocationem ille contra vel supra quem inuocatus est Princeps debet ab incœpto quocumque cessare, & quicquid in præiudicium ex postfacto fuerit tentatum reparari debet.

14. Princeps iustus est lex viuens.

Cósuetudo Normaniæ scripta lib. 8. cap. 11. & lib. 22. cap. de Haro.

Guillelmus Terrietus Scholiastes Consuetudinis Normanæ hunc
vult institutum iurè Normanico clamorem ad seruandas possessio-
15. nes indefensorum aut debilium contra vim & impetum potenti orũ:
illudque accedere ad interdictum Romanorum (de quo Institutio-
num iuris ciuilis libri quarti capite decimo quinto) & clamare *ha*
Roul idem esse ac appellare Rollonem in auxilium: ideoque suc-
cessores, & subditos Rollonis ad clamorem inuocati iusti & iustitiæ
amantis Principis accurrere teneri, quo vim maiorem impediant,
in fauorem & adiutorium minorum non satis fortium atque impo-
tentium tuendo interdicto, & cogi præsentes præsto esse sub pœna
multæ, & male se gerentem sistere Iudicio & Tribunali, aut saltem
præsentiæ obuij cuiusque Iudicis. Ita factum vt qui Rollonem in-
uocauerit, ponatur sub tutela eius atque protectione, & Iudici et si
alias incompetenti hoc clamore Iurisdictio acquiritur ad istam vim
repellendam, ne quid mali membrum vel tantillum Reip. capiat
aut patiatur in persona læsa. Taneguius Sorinus scripsit tractatum
16. de Quiritatione Normanorum. Romulus Rex primarius & funda-
tor vrbis & Reip. Romanæ & Imperii Quiritium ciues suos appel-
lari volunt Quirites: quia vero Romani pro salute singulorum ci-
uium & totius vrbis frequentes erant in Deorum inuocatione, & in-
terpellatione virorum fortium quatenus tuerentur & ampliarent
gloriam Romani Imperii, apud illos Quiritare erat teste Doctissimo
Guillelmo Budæo, Deos & homines implorando contestari. Quia
vero ista clamosa inuocatio respondet iuri naturali, qua quisque ad
sui & proximi tutelam natus est, & illi opem ferre cui potest, & ab
eo petere à quo sperat posse assequi, ideo in iuris ciuilis interdicto
formulæ non erant necessariæ, quæ alias essent iure Romano, in quo
causâ caderet, qui formulâ: quod sæpè quoque est in vsu Gallico in
quo nimis tribuitur formulis, seu, vt loquuntur, processui practico,
qui sæpè est lolium procedens in agro Iuridico & æquitatis bonum
17. frumentum lucro sordido aut spe commodi suffocat tum pauperem,
viduam, orphanum & indefensum. Quæ etiam formulæ forenses
non rarò omnino sunt contrariæ vsui Ecclesiastico & sacris Canoni-
bus, quos non decet inseruire iuri ciuili inferiori iuri Ecclesiastico &
18. statutis Sanctorum Patrum, quorum curæ incumbit cælum non ter-
ram respicere, neque à terrestribus praxibus regulari, quos spiritus
19. Dei informat, & claues Petri non submittuntur fascibus Iustiniani,
cum vnaquæque ars suas sibi formulas habeat, quanto magis ars ar-
tium regimen animarum, & ciuitatis sanctæ Hierusalem, sponsæ-
que Christi: quæ à suo legislatore Christo accepit & didicit regimen
& modum regendi. Erat ergo in more positum Romanorum in fa-
20. uorem indoctiorum & plebeiorum, vt sine ordine iuris fierent inter-
dicta, & ad illud ius æquitatis accedens Imperator Constantinus
omnes abrogauit formulas l. prima. de formulis sublatis l. quoniam.
God. de Testamentis. formulæ enim erant actiones certis siue so-

Princeps est indefensorum tutor.

Appellatur Rollo in auxilium.

Interdictũ iuris Romani.

Iudex obuius fit competens in necessitate.

Taneguy Sorin.

Quiritatio Romanorũ & Normanorum.

Oratores capturi beneuolentiam auditores soliti salutare Quirites Græcis ἄνδρες Ἀθηναῖοι in Actis Apost. apud Demosth. & alios Græcos.

Vnicuique Deus mandauit de proximo.

Formulæ affectatæ iuris noxiæ.

Leges Ecclesiæ & iura ciuilis sæpè contrariæ.

Interdicta Romana sine iuris ordine.

lemnibus verbis conceptæ ex Suetonio in Vitellio capite ſeptimo. Fabio Quintiliano declamatione decima tertia, Apuleio lib. 9. Arnobio lib. 4. contra gentes: Sicut vero Romanis interdictum erat præparatio ad futurũ Iudicium l. prima §. vlt. ff. de Aqua quotidiana, vt ſciretur quis reus & quis actor. l. vnica Cod. de Momentanea poſſeſſione, alluditque Quintilianus declamatione ducenteſima quinquageſima: hinc Gloſſæ Græcæ veteres *interdicere* interpretantur διαστέλλειν hoc eſt diſtinguere, & diſparare. Sic per clamorem Rollonis Normani parant viam ad ſiſtendum iudicio coram primo obuiante iudice, vt læſus ante omnia & ſpoliatus breui reſtituatur.

21. Conſtantinus Imper. omnes formulas abrogauit.

22. Interdictũ eſt præparatio ad iudicium. Clamor de Haro viam parat ad actionem.

Guillelmus Terrierus in ſupra laudato in Normanam Conſuetudinem Commentario vocem ha-Roul, Haro, vel Harol compoſitam eſſe docet ex aſpiratione & nomine Rollonis præpoſita interiectione Ha quod idem ſonat ac ſiquis dicat Heus vel ô Rollo, Gallis & Normanis dicitur Ro, Rol, & Roul per Apocopen pro Rollone. Ex qua inuocatione cenſet Albertus Crantius in deſcriptione Daniæ quod Rollo deſignatus iuſtitiæ cultor fuiſſe maximus, *qui vbique ſecurè imperaret, ad cuius nomen tutò vbique viuere liceret, & contra malos iſtam factam inuocationem velle inculcare, quod ſi Rollo iuſtus Princeps hîc adeſſet, tu nequam, tu impotens virtutis, vim mihi iniuſtam non faceres:*

23. Ha-Rol nomen compoſitum, ex aſpiratione & Rollone clamor ha-Rol contra malos.

ego crediderim precibus beatæ ſanctimonialis Aldetrudis quam impensè etiam ante Baptiſmum coluit, cuius habebat feretrum argenteum & deauratum Malbodii raptum in Hannonia in Comitatu Raynerii Longicolli (quem in Friſia hoſtem paſſus fuerat; & poſtea in ſolo proprio debellauerat: & illic hyemando ſpoliauerat) vbique circumferebat & venerabatur imperans nequa filiæ ſuæ mortuæ fieret iniuria, donum ſingulare actiuæ obedientiæ accepiſſe, quia illa virgo obedientiæ virtute ſuper alias virtutes eius erat commendatiſſima, munus à Deo acceptum veneratori ſuo obtinuiſſe.

24. Rollo appellabat ſanctam Alderrudem filiam ſuã, quæ nomini chari ſui Rollonis obtinuit deferri obedientiam.

Hucbaldus Monachus Eluonenſis ſancti Amandi Congregationis Floriacenſis, qui florebat circa annum Chriſti octingenteſimum octogeſimum ex Sigeberto in Chronico, vitas ſcripſit multorum Sanctorum, inter quas vitam ſanctæ Aldegondis (Fundatricis Abbatiæ Malbodienſis ex regali Francorum proſapia progenitæ, quæ fuit amita ſanctæ Aldetrudis) capite octauo.

(Scripſit Poëma ad Carolum Caluum de laude Caluorum.)

Puella Aldetrudis, inquit; *bonæ indolis Matertera ſuæ Aldegondis mores, & vitam ſatagebat imitari, quæ cum multis virtutibus floreret, humilitati præcipuè & obedientiæ dedita erat: hinc aliquando beata virgo Aldegondis præceperat vt fragmenta ceræ coarceruaret in vnum, ſollicita ne vel minima Monaſterij deperirent, illa dicto citius paruit, diſperſa fragmenta ceræ collegit, ignem accendit. Vas Æntum cera plenum ſuperimponit, ſed cum ſtrues lignorum combuſta decideret, & ſartago feruens in alteram partem inclinaret, virguncula fide armata de medio flammarum Lueterem bullientem, nudis manibus ſiue vlla læſione in pauimentum depoſuit: tantum apud Deum & meritum iubentis, & virtus obedientis promeruit*, hæc

Leg. cap. 2. libri Rollonis.

25. Exemplum & miraculũ obedientiæ ſanctæ Aldetrudis.

est primaria Magistra Rollonis quam vt dixi venerabatur adhuc Paganus & beneuolentiæ ergo suam filiam appellabat, & eius feretrum sepulchrum portatile Reliquiarum vt dixi sanctæ virginis vbique secum circumferens pro retributione meruit de congruo vt sancta Aldetrudis impetraret precibus suis à Deo clientis sui Rollonis conuersionem, & iustitiæ magno sectatori illam gratiam ab eo de quo omne donum descendit, vt ad inuocationem illius nominis à Normanis subditis nomini illius exhiberetur obedientia, nam Dauid agnoscit subiectionem populorum erga Principes esse donum Dei Psalmo centesimo quadragesimo tertio, *Deus protector*, inquit, *meus, in quo speraui, qui subdit populum meum sub me.* Veneratio & reuerentia Rolloni viuenti redditæ, mortuo non defuerunt.

26. Merces venerationis Sanctorum.

Psal. 143.

—— *multaque pars sui*
vitauit Libitinam, vsque ille prospera
Crescit laude virens.

Horat. lib. 4. Odar.

Non modo apud subditos, immo apud extraneos, etiam contra vnum ex eius nepotibus in Ducatu successoribus, inuocatio Rollonis suam vim & effectum sortita. Cuius rei celebre factum scriptis mandarunt plerique Historici Normani, Angli, Franci, Itali, & inter alios eloquens est in ipsa narratione Paulus Æmilius in Historia Francorum, quando ventum est ad tempora Regis Philippi primi, cuius æuo Guillelmus Nothus Dux Normanus diem clausit extremum Rothomagi, vbi elegit potiùs mori quam in Angliæ regno, quod armis conquisierat. Filius erat Roberti successoris fratris sui Richardi tertij filii secundi, filii primi, filii Guillelmi, filii Rollonis cuius Quiritatio & interdictum locum inuenit in exequiis dicti Guillelmi apud Cadomum vrbem inferioris Normaniæ Diœcesis Baiocensis in Ecclesia sancti Stephani Abbatiæ quam ab ipsis fundamentis ad perfectum ædificauerat & multum locupletauerat ornans vrbem,

27. Rolloni viuo & mortuo reddita obedientia etiam contra Ducem ex eius prosapia Guillelmum sepulrum apud Cadomum ad Olenam fluuium.

Quæ se Parisio vix annuat esse minorem.

Inquit Guillelmus Brito libro octauo Philippidos, *illud exemplum nobile est*, inquit *Æmilius*, *quod corpori defuncti tam inuicti bello Regis, sepultura paulisper est interdictum: templum extruxerat* [*sancti Stephani Cadomensis*] *in area aliena, nec pretium persoluerat Domino, qui tunc egens, pompam funebrem, cætumque Procerum nihil veritus, in medium prosequentium Regium funus* [*anno Christi nongentesimo nonagesimo tertio, ætatis Guillelmi septuagesimo quarto*] *celebritatem mirantibus cunctis satisne sanus esset, se intulit ita clamitans. Qui regna, ait, oppressit armis, me quoque metus mortis hactenus oppressit: ego iniuriæ superstes pacem mortuo non dabo. In quem infertis istum hominem locum meus est, in alienum solum inferendi mortui ius nemini esse defendo. Sin extincto tandem indignitatis Auctore viuit adhuc vis, Rollonem Conditorem gentisque Parentem appello, qui legibus abs se datis, quam cuiusque iniuria plus vnus poteſt polletque. Simul incendium, incertum forte*

28. Area templi pars terræ pauperis non soluta. Ideo conuocatus Rollo contra cadauer & super Normaniæ Ducem mortuum

an fraude humana ortum; domos latè ac propinquas ædes sacras depascit, vndique ad extinguendam flammam sæuientem fit concursus, circa cadauer Regium solitudo facta: Henricus [*primus*] *Regis mortui filius, qui solus Procerum à feretro diuelli non potuit, rem pecunia fundi Domino luit, ita manes Patris fraude noxaque liberati*, &c.

soluitur ante sepulturam precium terræ.

29\.

Guillelmus Paruus ob longam habitationem Anglus fuit creditus.

Guillelmus Paruus patria Gornacensis non procul à Gisortio sed iunior à Patre delatus in Angliam in Comitatu Domini sui Hugonis de Gornaco (magni apud Anglos Normanosque pretii & dignitatis Illustris) euasit in Monachum Neubrigensem libro primo de rebus Anglicis libri primi capite primo. *Dormiuit Guillelmus Nothus*, inquit, *cum Patribus suis homo ab annis adolescentiæ armis acer, animo ingens, successu fælix, singulare decus Nothorum, sepultusque est Cadomi in Monasterio Protomartyris Stephani, quod ipse à fundamentis extruxerat, egregiéque dotauerat. In eius verò sepultura, quoddam memorabile fideli narratione cognoui. Cum enim expleta exequiarum solemnitate corpus eius in loco ad hoc præparato esset condendum, quidam accedens omnipotentis Dei præcento* [alii Codices legunt *prætenso*] *terribiliter nomine ibidem sepeliri prohibuit: terra*, inquit, *ista auito mihi nomine competit.*

Encomium Guillelmi Nothi.

Neubrigensis vixit illo sæculo vel non procul.

Iste homo dictus est Ascelinus Arturi filius, quod nec Æmilius nec ante eum Neubrigensis Monachus, etsi vicinus illorum temporum, expresserunt: Isto autem nomine appellatum legi in vita Guillelmi Nothi quæ extat in supplemento Guillelmi Calculi, qui libro septimo de rebus Normanorum tam celebre factum oscitanter quoque prætermiserat.

Ascelinus Arturi filius fuit homo qui Harol clamauit.

31\.

Oscitantia Calculi Gemetic.

Debemus illius fragmenti notitiam Venerabili Ioanni Picardo Religioso Canonico Regulari sancti Victoris ad vrbem ex Bibliotheca Victoriana, editum in notis illius eruditis ad Guill. Neubrigensem: *tunc* (inquit *fragmentum de quo loquor*) *Ascelinus Arturi filius de turba surrexit, & voce magna querimoniam huiusmodi, cunctis audientibus edidit, hæc terra vbi consistitis* [videtur Paulus Æmilius Canonicus Parisiensis, & in maiore Ecclesia sepultus fuisse in Bibliotheca Victoriana] *area domus Patris mei fuit, quam vir iste pro quo rogatis, dum adhuc esset Comes Normaniæ, Patri meo violenter abstulit, omnique denegata rectitudine istam ædem potenter fundauit. Hanc igitur calumnior & palam reclamo* (clameur de Harou) *& ne corpus raptoris operiatur cespite meo, nec in hæreditate mea sepeliatur, prohibeo. Hoc vt Episcopi & Proceres alij audierunt, decem vicinos eius, qui eum vera dixisse contestabantur, intellexerunt, hominemque accersierunt, omnique remota violentia, precibus blandis lenierunt.*

Neubrig. lib. 1. cap. 1.

Querela Ascelini Arturi. (1529.)

32\.

Rectitudo redeuancei

Tistimonium vicinorum decem.

Exemplum vobis ô Principes, & ô Principum Officiales & Reip. Rectores vobis proponitur in fauorem & patrocinium indefensorum, *& pacem cum eo fecerunt. Nam pro loculo illius sepulturę sexaginta solidos ei protinus adhibuerunt*:

De iusta Ascelini querela ex fragmento Cadomensi.

33\.

Procuratores Principum retinentes precia debita pauperibus.

Iterum audiamus Guillelmum Neubrigensem vbi supra qui Christianè super isto negotio Philosophatur de non soluto pretio pauperi ipsius hęreditatis, quam optimus alioqui Princeps seruo aut Procuratori suo pecuniam dederat, quam ille improbus Aulicus, quod solet, subripuerat inopi,

obstupuere omnes, inquit, *qui aderant de Iudicio Dei, ad declarandam*
34. *transitoriæ dominationis vanitatem, actum considerantes, vt Princeps poten-*
tißimus, qui tam latè dominatus fuerat, vnius corporis sui locum capacem,
sine querela non haberet mortuus: deinde querela illa adeo mouit omnes, vt
prius illi cani viuo (nota insolens verbum Scriptoris Monachi in pauperem
instar Naboth iusta hæreditatis suæ & auitæ pretium repetentis) tanquàm
meliori, ad votum satisfacerent, ac deinde circa Leonem mortuum iusta
complerent. Meminit Matthæus Parquerius in Antiquitatibus Eccle-
siæ Britannicæ de paupere Ascelino filio Arturi inclamante Rollo-
nem & reclamante vi captam hæreditatem contra cadauer vsurpa-
35. toris Guillelmi Nothi in ea sepeliendi. Sanctus Antoninus patria &
dignitate Archiepiscopus Florentinus Ordinis Fratrum Prædicato-
rum (cuius sanctitatem atque Doctrinam admiratus Papa Nico-
laus quintus dixit se non magis dubitaturum viuentem illum san-
ctorum Catalogo adscribere quam mortuum sanctum Bernardi-
num Senensem) in Chronico parte secunda titulò decimo sexto ca-
pitis primi numero seu sectione duodecima, ex Normania Floren-
tiæ odoratus Rollonis famæ & iustitiæ balsamum aromatizans. *Ad*
Dominum, inquit, *migrante Ioanne octauo [qui vulgo nominatur nonus]*
Cathedram Petri ascendit Martinus (Papa secundus qui aliis vocatur Ma-
rinus) natione Gallus Patre Palmero, &c. circa huius tempus Rollo qui
Dux erat Northmannorum Baptisma suscepit, quem quia Comes Parisien-
sis de sacro Fonte suscepit vocatus Robertus, ideo postea Rollo dictus est Ro-
bertus: & sic Northmannis ad fidem conuersis, pax facta est inter illos &
Gallicos, vbi prius Northmanni debacchantes per Gallias multa mala illis
intulerunt. Postquam autem Rollo, qui & Robertus Baptizatus est miro
feruore se diuino seruitio mancipauit. (Obseruate gloriæ Normanicæ non
tam æmulatores quam inuidi, potius detractores quam imitatores) atque
supra omnes sui temporis Principes, iustitiam dilexit, fouit atque in sua ter-
ra seruari studuit, adeo vt in magnis ac publicis vijs armillas & annulos
iuberet suspendi quæ viatorum auiditatem irriderent (alia lectio irritarent)
dum non essent qui rapere auderent. Tantaque seueritate iniurias Maiorum
sine causa in minores commissas vindicauit, vt tutius & liberius minores vi-
uerent quam maiores. Unde adhuc in Francorum regno (Normania de Fran-
corum regno) quando alicui infertur iniuria, aut violentia irrogatur, clamare
consueuerunt in eorum lingua. Ah Rollo vtinam viueres. *Ira ergo Dei in*
misericordiam versa est erga Gallos, qui à Northmannis & Danis per an-
nos quadraginta & amplius fuerant depopulati, & quasi ad nihilum redacti.
Mirum est sanctum Italum & in Italia manentem de nostro *ha-*
36. *Roul* seu vt ille loquitur de nostro *ha Rollo* scripserit. Nolo omis-
872. sum eo loci sancti Antonini quod malè adnotetur annus octingēte-
simus septuagesimus secundus, vt conuenire possit Baptismus Rol-
lonis, Pontificatus Ioannis octaui Papæ qui sedere cœpit anno octin-
gentesimo nonagesimo septimo, quod tempus quadrat Rollonis
Catechesi & Northmannorum, & Tomo tertio Conciliorum ex
Epistola

Vanitas dominationis Principum, quibus terra deficit ad victoriā deest ad sepulturam.

Laus sancti Antonini, obijt 5. nonas Maij 1459. diei festi Corporis Christi peruigilio.

Petrus Maturus vult Italum, Rollo vocatus Robertus.

Supra ex Chronico Normaniæ.

Idem de sancto Ludouico scribitur.

Ah Rollo nota Italis exclamatio.

Corrigēdus S. Antoninus in annorum supputatione.

Epiſtola Ioannis noni Papæ ad Heruecum Archiepiſcopum Rhemenſem & Onuphrio Pannuino in Chronico ſummorum Pontificum. Iacobus Godefroy I. C. & Patronus Rothomag. Comment. in Conſuetudinem nouam ſeu reformatam Normaniæ cap. de Iuriſdictione artic. 2. obſeruat Romanos Iuridicas actiones denominaſſe à nominibus Auctorum, inde actionem Paulianam, Seruianam, Publicianam, & huiuſmodi clamorem porrò ſeu Rollonis Principis inuocationem ſymbolizare & conuenire valdè cum interdicto Romano vti poſſidetis: quam actionem conſuetudines exteræ Francorum appellant querimoniam contra nouitatem, vulgo, *complainte en cas de nouuelleté*. De quo clamore meminit Guillelmus Malmeburienſis in Hiſtoria Anglicana. Conſuetudo reformata Normaniæ art. 54. docet clamorem Rollonis interiici poſſe non ſolùm ſi quis lædatur in corpore, ſed etiam in quocumque caſu in quo periculum cuiuis imminet: æquè etiam pro introductione cuiuſcumque litis. Taneguy Sorin libro de Quiritatione Normanorum, vocem *ha-Roul* pro Barbara vſurpari, cum tamen plena ſit honoris, probans & teſtificans iuſtitiæ Normanorum ſingularem obſeruantiam, & probitatem gentis Normanicæ iuſtum Principem inuocantis in auxilium afflictionis aut vexationis tempore, clamor glorioſus nomini Rollonis.

cap. 18.

37. Actiones appellatæ à nominibus Auctorum.

38. Clamor de *Haro* conuenit cum Romano iure & aliarum gentium, quo in caſu clamor *Haro* interiicitur.

39. *Haro* non eſt Barbara vox, ſed plena vox iuſtitiæ.

Æterna Rollonis memoria.

Cuius adhuc poſt fata fidem, per vota ciemus;
Et Iuſtas querulo clamore laceßimus Umbras

Scipio Duplex nouiſſimus Hiſtoricorum noſtræ Galliæ in Carolo Simplice Clamorem *Haraoul*, deriuari extorquet ex voce priſca *Harouenne*, quæ ſignificat Tribunal, aut ſeptum Iuſtitiæ aut Prætorium quod inuocant clamantes *Haraoul*, & reclamare reddi ſibi Iuſtitiam: melius dixiſſet Duplex à clamore *Haraoul*, deriuatam priſcam vocem *Harouenne* pro Tribunali & ſella Prætoria.

40. Sententia Scipionis improbatur ſuper *Haraoul* clamore.

Baldricus Nouiomenſis & Tornacenſis Epiſcopus in Chronico Cameracenſi & Atrebatenſi libri ſecundi capite vigeſimo nono, *quo tempore*, inquit, *Normanni maximè quidem* Rol *tyranno incentore per hoc regnum Franciæ & per alia deſænierunt, culpis Chriſtianorum exigentibus, Eccleſias ſanctorum paßim combuſſerunt: tantæ formidinis tempeſtate corpora Sanctorum tranſlata*, &c. Quo loci Georgius Coluenerius Theologus Duacenſis in notis ad dictum caput. *Hic Rollo*, inquit, *præcipuus Ductor Normannorum tandem ad Chriſtianam fidem eſt conuerſus anno Chriſti nongenteſimo duodecimo ex Matthæo Uveſtmonaſterienſi, & in Baptiſmo Robertus eſt nominatus, qui deinceps ad finem vſque vitę, tantum amator fuit Iuſtitię, vt recordatione ipſius etiam hodie Normanni, dum illis infertur iniuria, exclamare ſoleant*, ha-Rol, vel ha-Rou, *quaſi ſuſpirantes & inuocantes eum ad faciendam eis iuſtitiam.*

41. Baldricus de clamore *Haraoul*.

Et Coluenerius ad Baldricum.

Rollo mortalitatem exuit & specimen pietatis eius refertur.

CAPVT XIII.

1. Rolloni duo liberi, Guillelmus & Gerloc, ex his constituit hęredem filium.

MANVSCRIPTVM Chronicon Normaniæ Rollonem fuisse ait grandæuum, etiam ex illo tempore quo bellum exortum est inter Carolum Simplicem Francorum Regem, & Robertum Comitem Parisiensem Franciæ Mareschallum, Rolloni autem vnicus tantum filius erat masculus Guillelmus nomine ex Popa priore, & resumpta postea vxore, hunc ex asse omnium bonorum suorum constituit hæredem, & Magnatibus ditionis suæ præsentibus & aduocatis significauit, quos pro tali eos adhortatus est, illum agnoscere, in verba eius iurare, qui imperata se facturos spopondere, & ex tempore Guillelmo fidem & obedientiam promisere Barones Normaniæ, Comitesque Britanniæ Berengarius & Alanus, Comesque Baiocassium cum Nobilibus suis. Et ex quo Rollo Christianorum albo adscriptus cum multa sanctitate vitam duxit, charus subditis, & ab omnibus veneratus. Laudatur in magno habuisse honore personas Deo dicatas & templa; omniáque loca sancta præcipua reuerentia coluisse, & præter spem vitæ æternæ consecutus est à Deo omnibus diebus longioris vitæ vsque ad vltimum spiritum sanam & rerum integram memoriam, atque maturum in agendo & discernẽdo iudicium serenum. Decubuit tandem lecto, & vt verbo vtar Ennii Poëtæ,

2. Rollo post Baptismum sanctissimè vixit, venerabatur loca sancta & Sacerdotes, sanus mente vsque ad finem 917.

Sicut fortis equus senio confectu quieuit,

vitamque cum morte commutauit apud Rothomagum in Ecclesia Metropolitana tumulatus ad Meridianam plagam anno Christianæ salutis nongentesimo decimo septimo, conditus in sacello S. Romani cum hac inscriptione parieti apposita pro sepulchrali inscriptione.

Rothomagi sepultus in S. Romani sacello. Inscriptio tumuli primaria, secundaria sub Archiepiscopo Maurilio.

Rollo ferus, fortis, quem gens Normanica mortis
Inuocat articulo, clauditur hoc tumulo.
Ipsi prouideat tua sic Clementia Christe,
Te, vt semper videat, cætibus Angelicis.

Post centum quadraginta annos plus minus Maurilius Archiepisc. Rothomagensis ex Historia Manuscripta Archiepiscoporum Rothomagensium & Roberto Cœnali Abrincensi Episcopo libro tertio Hierarchiæ Neustriæ quæ Rothomagi asseruatur M. S. hoc Carmine salutauit manes pios Rollonis;

3. Probitas ibidẽ quod fortitudo,

Dux Normanorum, timor hostis, & arma suorum,
Rollo, sub hoc titulo clauditur in tumulo.
Maiores cuius probitas prouexit, vt eius
Seruierit nec auus, nec pater aut proauus.

Dusentem fortes Regem, multásque cohortes
Deuicit Dacia, congrediens acie.
Frixonas, Valacros, Halbacenses, Haïanaucos;
Hos simul adiunctos Rollo dedit profugos. Intellige non vrbe sed capta pecunia.
Egit ad hoc Frisios, per plurima vulnera victos,
Vt sibi iurarent atque tributa darent.
Baiocas cepit, bis Parisios superauit,
Nemo fuit Francis asperior cuneis.
Annis triginta Gallorum cædibus arua 4. Rollo annis 30. Fráciam expugnauit.
Impleuit pigro bella gerens Carolo.
Post multas strages, prædas, incendia, cædes,
Vtile cum Gallis fœdus init cupidis.
Supplex Franconi, meruit Baptismate tingi,
Sic perijt veteris omne nefas hominis.
Vt fuit ante lupus, sic post fit mitibus agnus;
Pax ita mutatum mulceat ante Deum. Amen.

Pace & iustitia obtinuit vt gens Normanica in periculi timore, oppressionis, aut mortis Rollonem inuocet; ô Rollo si adesses, ego non opprimerer: Da mihi Principem in orbe Christiano cui in terra dominationis suæ talis & tantus honos delatus fuerit à subditis suis; hæc est Sententia mei Chronici manuscripti Normanici. Dudo Decanus sancti Quintini sub finem libri secundi de Moribus Normanorum. *Robertus*, inquit, *Normanorum Patritius, grandæua ætate, nimióque labore præliorum grauatus, conuocatis Dacorum Britonumque Principibus dedit omnem terram suæ ditionis filio suo Vuillelmo Popæ filio, atque inter manus Vuillelmi adolescentis manus suas mittentes Principes, colligauit illi coniurationis Sacramento. Postea vno lustro viuens ætatis suæ, defecto effœtoque viribus corpore, equitare non valens, regnumque pacificatum, solidum & quietum tenens, lugubris damni passus dispendium, ineuitabilisque mortis casum plenus dierum migrauit ad Christum.* Eadem penè transcripsit Guillelmus Gemeticensis libro secundo Historiæ Normanorum capite vigesimo secundo & vltimo. *Rollo autem Dux, inquit, qui & Robertus, postquam vxor eius morte præuenta, absque liberis mortua est, repudiatam Popam ex quo filium nomine Vuillelmum iam adultum genuerat, iterum repetens sibi copulauit. Verum fractis iam viribus laboribus & prælijs in quibus omne iuuentutis robur consumpserat, de sui Ducatus dispositione apud se toto conamine, cui vel qualiter illum relinqueret deliberabat. Conuocatisque totius Normaniæ Proceribus, cum Alano & Berengario Britonibus Vuillelmum filium suum, pulcherrimæ iuuentutis flore vernantem, illis exponit; iubens vt eum sibi Dominum eligerent, suaque militiæ Principem præficerent: meum est*, inquit, *mihi illum subrogare, vestrum est illi fidem seruare, de cætero cunctos suasibilibus demulcens verbis Sacramento fidei filio illos subegit. Post hæc vno viuens lustro, consumptus senio, hominem exuit in Christo.* Ordericus Vitalis Vticensis Monachus libro tertio Hist. Ecclesiast.

Eo sensu capienda verba Epitaphij.

5. Nullus inter Christianos Principes sic obeditur vt Rollo.

6. Iuratur obedientia filio Rollonis.

Rollo quinquennio à Baptismate mortuus.

Toto vitæ tempore vixit inter arma.

7. Guillelmus eius filius pulcherrimus.

8. Affabilitas Rollonis.

912. anno Rollo Baptizatus. *Anno*, inquit, *ab Incarnatione Domini nongentesimo duodecimo Rollo Dux à Domno Francone Rothomagens. Archiepiscopo Baptizatus est (Catechizatus prius à sancto Leone Vuitone) Idolisque contemptis, quibus ante deseruierat, cum toto exercitu suo deuotè Christianitatem sumpsit, completisque quinque annis ex quo Baptizatus est, obijt. Vuillelmus autem filius eius, qui post eum viginti quinque annis Ducatum Normanorum tenuit, Gemeticense Monasterium, quod sanctus Philibertus construxerat, sed Hastingus (ille impius Gallus Campanus) destruxerat, in pristinum statum restituit.*

9. Gemeticum Monasterium.

10. Rollonis frater Gurim.

Rolloni fratrem fuisse Gurim supra nominati Scriptores referunt, qui in bello occisus est antequam Rollo patria excederet in prœlio Danico. Habuisse quoque dixi filium Guillelmum ex Popa qui natus est Rothomagi, ideoque dictus à quibusdam Guillelmus Rothomagensis. Idem Dudo docet Rolloni filiam Guillelmi sororem nomine Gerloc initio libri tertij datam in Matrimonium Comiti Pictauiensi, quam valdè decoram fuisse testatur Monachus Gemeticensis libro secundo, habuit enim Popam Matrem quæ formosissima describitur à Dudone.

11. Guillelmus Rothomag. filius Rollonis.

12. Gerloc filia Rollonis valdè speciosa.

Cato apud Ciceronem libro de Senectute: *O præclarum*, inquit, *diem cum ad illud diuinum animorum Concilium cœtumque proficiscar, cumque ex hac turba & colluuie discedam: non lugendam censeo mortem, quam immortalitas consequatur.* Sic te Christiane bone Rollo decet conuenientiùs Catone ratiocinari: opportunè tibi credo suggessit, qui morituro adstitit, illud Philosophi Christiani & ex Consulis Boëtij libro secundo de Consolatione Philosophica metro septimo:

Mors spernit altam gloriam
Inuoluit humile pariter, & celsum caput,
Æquatque summis infima.
Vbi nunc fidelis ossa fabritij iacent?
Quid Brutus, aut rigidus Cato?

Tua sors melior, ô Rollo, ex quo tempore factus es Christianus qui in procinctu mortalitatis, in fidei sinceritate ex hoc mundo egressurus diuina gratia solidatus, sperans per misericordiam confiteri Domino, *ex toto corde tuo in Concilio Iustorum & congregatione: ita est, quia apud Dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio.* Cicero oratione Philippica nona sapienter & prudenter Seruium Sulpitium ciuem Romanum diem claudentem extremum in maximo reip. munere commendans eius mortem laudat consentaneam fuisse vitæ sanctissimè honestissiméque actæ. Vita Rollonis numeranda à Natali die Baptismatis quo renatus est in Christo, vitæ Christiano more peractæ, si consentanea erit mors certè in optimo statu moriendum est illi. Iodocus Clitoueus Neoportuensis Doctor Sorbonicus in Doctrina bene moriendi capite nono; *Singularis*, inquit, *bene moriendi Doctrina est bene viuere, virtutem & iustitiam in vita studiosè colere, Deum timere, & mandata eius custodire, & bonos amplecti mores, atque dum tempus habetur operari bonum: quia quotidiano ferè*

Psal. 110. & 129.

13. Mors vitæ respondet.

14. Natalis Rollonis à die Baptismi.

Doctrina bene moriendi eadē quæ bene viuendi.

exemplo compertum nouimus, quod qualis fuerit hominis vita, talis consequatur & eius mors. Eodem capite abunde & satis sufficienter probat istam veritatem ex dictis sancti Augustini, sacræ Scripturæ & profanorum Scriptorum, Ciceronis, Ouidii, Martialis & aliorum. 15.

Singulare exemplum pietatis Rollonis.

Singulare pietatis exemplum ante mortem omnibus Christianis sed speciali solatio Rothomagensibus exhibuit Rollo, quando ad petitionem suorum Subditorum procurauit reditum Reliquiarum sancti Audoëni olim Archiepiscopi Rothomagensis, metu ipsius Rollonis & Antecessorum eius prædonum Normanorum, &c. Rothomago delatæ sunt in interiorem Franciam. Post Historiam Guillelmi Calculi Gemeticensis alumni extat vtile additamentum ad Historiam Normanorum à vetere quodam Scriptore sed Anonymo: 16.

Reliquiæ sancti Audoëni delatæ in Franciam interiorem.

Quantæ, inquit, humilitatis Rollo fuerit, postquam fidem Christi suscepit, ex vna re quam fecit, patenter cunctis innotuit. Quodam tempore postquam pacificatus est cum Rege Franciæ, venientes ad eum homines Rothomagi (idest ciues Rothomagenses) cœperunt eum rogare vt de Francia faceret corpus sancti Audoëni redire quod propter timorem eius, illuc olim translatum fuerat, antequam cepisset Northmanniam: Tristes inquiunt, & multum dolentes sumus, quod sic Archiepiscopum nostrum perdidimus. Hoc audiens Comes (Rollo) mandauit Regi Franciæ, vt illi suum Presbyterum redderet, quod si non faceret, procul dubio sciret quod nullo modo cum ipso pacem habere posset. ~~Rex autem Francie volens~~ hac de re ei facere molestiam reddidit ei sicut petebat suum Presbyterum.

Supplicant Rothomagenses Rollonem curet restitui sanctum Audoënum à Rege Franc.

Dux vero præcepit vt inde reduceretur corpus sancti Audoëni, vnde fuerat asportatum. Monachi ergo qui custodes eius fuerunt dum in Francia fuit illud reportauerunt vsque ad quandam villam ad vnam Leucam ab vrbe Rothomagensi: Quò cum peruenissent, non parum de via lassati, manserunt ibidem in illa nocte, & surgentes mane si possent, sanctum Audoënum ad suum locum reportarent. Cum itaque mane surgerent, eumque portare vellent ad ciuitatem, nullo modo potuerunt. Tunc tristes Monachi nimiumque dolentes de hoc quod illis acciderat, mandauerunt ciuibus, quod sancti Audoëni corpus nullo modo poterant mouere de isto loco vbi iacuerat illa nocte. Quod cum Comiti (Rolloni) qui tunc apud Rothomagum erat, fuisset nuntiatum, Respondit quod merito hęc turbatio sancti Audoëni eis accidisset de corpore, qui si rectè cogitassent, sensumque rectum habuissent, cum processione & cum magna deuotione illi obuiare debuissent.

Reliquiæ Darnetallum aduenient vbi manent immobiles.

Refertur Franconi & ille Rolloni nuntiauit, sensus pius Rollonis, piaque responsio.

Post hęc pręcipit Comes Archiepiscopo omnique populo Rothomagensi in laneis vestibus (puta in habitu humili ne Rollo instar Heraclij Imperatoris pretiosis vestitus à sancto quod ille à cruce Domini Iesu Christi repulsam pateretur) & nudis pedibus cum eo (etiam nudo pede è laneis vestito) ad sanctum Audoënum pergerent, eiusque pietatem quam deuotiùs possent exorarent. Quatenus ad stultitias eorum vel negligentias non respiceret, sed illis esset propitius, seque de illo loco, ad ciuitatem vbi Archiepiscopus fuerat transferri permitteret. Tunc ipse Rollo Dux, sicut ceteris pręceperat primus in laneis vestibus & nudis pedibus vsque ad villam in qua 17.

Veneratio sanctarum Reliquiarũ. Rollo nudis pedibus obuiam iuit sancto Audoëno.

Rollo in veste lanea per vnam Leucam processit grandæuus.

Prosternitur cum populo & orauit anno 918. alijs 917. *sanctus Audoënus erat, peruenit. Quò cum peruenisset, protinus cum omni populo qui cum eo erat, coram feretro eius prostratus haec orando dixit: sancte Audoëne bone Archiepiscope, & Aduocate noster permitte* (alia lectio habet in plurali *permittite*) *corpus vestrum ad ciuitatem transferri, vbi Præsulis officio functi fuistis, & benedictiones sacras sæpè fecistis: & ego do Ecclesię vestrę, & vobis terram totam quę adiacet ab isto loco vsque ad mœnia ciuitatis, tunc continuo Comes & populus submissis humeris, feretrum in quo sanctum corpus erat facilè deportare cœperunt, & sic vsque ad Ecclesiam suam gaudentes & exultantes deportauerunt. Ex huius rei euentu dixerunt quidam villam illam* Longum-peanum, *eo quod Comes illuc tam longum iter (respectu ætatis & dignitatis) nudis pedibus fecisset. Si quis hoc factum non esse signum magnę humilitatis asserit, de eo veraciter dici potest quod quid sit magna humilitas nescit.* Ego legero Longum Pæana & corruptè Pæanum: Virgilio lætum Pæana canere idest Hymnum: Pindarus librum in laudem Deorum Pæana inscripsit. Obseruo duo ex hoc textu & immobilitatem corporis vsque ad condignam venerationem corpori sancto tum in persona Rollonis nudipedis, vestiti laneis, tum in suppositione humerorum ad ferendam sanctam Feretri sarcinam. In priore exemplum acceperat in Clodoueo primo Christianissimo Rege Victore Alarici Gothorum Regis, de quo Guaguinus in Annalibus Francorum post Antiquiores Scriptores: *Equi deinde memor,* inquit, *quo in bellis libenter vtebatur, quemque Diuo Martino voti reus dicauerat, equum ingenti pecunia redimit cum frustra iussisset, nec moueri loco equus scopuli instar potuisset, aureos centum, quos illa ætas solidos appellabat priori pretio adiici iubet, atque ita equo recepto, bonus,* inquit, *in negotijs adiutor Martinus est, sed mercede charus*, quem vetus alius Scriptor retulit dixisse Clodoueum, *Martinus bonus est in adiutorio sed charus in pretio*: quod in idem coincidit: de Deo dixit Dauid Rex Psalmo decimo quinto: *Quoniam bonorum meorum non eges.* Sic nec sancti beatitudine donati qui Deo & cœlo perfruuntur, Martinus nec Audoënus opus habuere neque pretio equi, neque agrorum donatione: quia ex Grammaticis si dicitur Diues à Deo vel à Diuo quia diuiti nihil deest: non necessitas bonorum terrestrium mentes cœlestes afficit, sed hæc facta & similia leguntur, ad homines docendos Deum & sanctos venerandos de terrena substantia, quæ oblatio cœpta ab Abel & Caïn, hic quia ægrè, ille quia liberaliter obtulere, vnus reprobatus, alter à Deo prædestinatus: ex quo discant impij illi qui prodigi ventri, luxuriæ, pompæ, & ludis; auari, parci, & inuidi donariis Ecclesiarum & Deo sacratarum personarum factis fiunt immobiles ad pia opera, ad vana sunt agiliores pluma. Secunda obseruatio est, in gestatione Feretri sancti Audoëni quod humeris suis superponi voluit deuotissimus & humillimus ex impio & superbo factus Rollo, inter mille principes imitatores habuit sanctum Ludouicum & Philippum secundum Reges hunc

Baiulat feretrum sancti humiliter.

Locus Longpan & quid significet hoc nomen.

Dicam pluribus in vita Clodouei.

18. Solidus antiquis erat aureus nummus.

Psal. 14. quia timentibus eum non est inopia.

19. Deus & sancti venerandi de terrena substantia.

20. Reges Baiuli Reliquiarum sanctarum.

Hispaniarum, illum Galliarum: de sancto Ludouico, eius Confessarius seu pœnitentiarum œconomus Frater Gaufridus de Bello loco libro de vita & conuersatione sancti Ludouici Francorum Regis, capite vigesimo quarto, cum acciperet sanctas Reliquias Crucis Dominicæ & Sanctorum. *Cum quanto*, inquit, *gaudio procul occurrerit obuiam Rex deuotus ad dictas Reliquias reuerenter suscipiendas, nec non cum quam solemni & deuotißima processione totius Cleri & populi pretiosę Reliquię Parisijs sint receptę, ipso Rege hunc sacrum thesaurum ex vna parte proprijs humeris ac nudis pedibus deportante, testis est is libellus qui diligenter super ijs est confectus*, &c. De Philippo secundo Hispaniarum Rege auo Annæ Christianissimæ Francorum & Nauarræ Reginæ Ludouici decimi tertii vxoris pientissimæ refert Eminentissimus magis adhuc sapientia, quam fuerit illustrissima dignitate Cardinalis Cæsar Baronius in notis Martyrologii Romani ad diem decimam quintam Nouembris, seu ad decimum septimum Calendas Decembris quo Festum occurrit & Natale sancti Eugenii Episcopi Toletani discipuli sancti Dionysii Areopagitæ & in territorio Parisiensi Martyrio coronati, cuius corpus postea translatum, (seruata parte Reliquiarum apud sanctum Dionysium in Francia) de prima translatione agitur in Actis sancti Gerardi Abbatis Bromiensis capite decimo quarto, apud Surium Tomo quinto vitæ Sanctorum die tertia Octobris: Secunda autem, inquit, Baronius, & celebrior translatio facta est corporis eiusdem sanctissimi Martyris ex Galliis in Hispaniam, *cum nostra ętate anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto amplißimo apparatu, ac religiosißimo cultu, non rheda aliqua triumphali, sed quod omnem pompę excedit amplitudinem, humeris Regiis in suam antiquam nobilißimam Sedem Toletanam sacer Antistes & Martyr illustris delatus est. Si quidem Rex Catholicus Christianę fidei robur & ornamentum, Philippus secundus se sacrę subdidit Sarcinę, ouansque & exultans humili obsequio augustior redditus in prędictum locum euexit*, &c. Ex eodem Auctore supplementi ex quo supra transcripsi, refertur visio facta sub vesperam Rothomagi ambulantibus iuxta ripam Sequanæ. Nam quidam eques visus equitando ambulare super Sequanam, quasi super terram, aquā traiiciendo equi calcaribus & pedibus solidam, cum in vrbe hospitatus fuisset dixit Hospiti suo venisse ex Rhedonensi vrbe, & apud vrbem Abrincensem hora sexta comedisse. Rollo rem nouam resciuit alieno relatu, optauitque equitem illum leuiorem pluma coram videre & alloqui in diem seqentem, sed eques summo mane insalutato Hospite abierat, hospes tamen quos cum equite sermones seruisset nuntiauit bono Duci, & inter cætera (cognita extranei ex dictis & responsis sapientia, Prophetam illum & Dei nuntium fuisse suspicatum) ab eo quæsiisse quid sentiret de generatione & futura successione Rollonis, respondisse progeniem Rollonis duraturam masculam & virilem vsque ad septimam generationem idest vsque

S. Ludouici Franc. Regis reuerentia Reliquiarum, transcribā in vita S. Ludouici. In Regali meo Martyrologio.

21\. Philippus II. Rex Hispaniarum humeris portat Reliquias S. Eugenij de Gallia trāslatas 1565.

Imitentur Principes minores & Reges.

22\. Visio facta Rothomagi equitis super Sequanam ambulantis sub finem vitæ Rollonis, cuius proles mascula duratura septem generationibus.

ad Regem Henricum primum cuius vnica hæres filia transtulit Ducatum Normaniæ & regnum Angliæ ad Andegauensem domum Matrimonio Gaufridi Comitis Andegauensis cum Mathilde : ex quo connubio progenitus Henricus ille secundus qui cum liberis suis tanta mala Franciæ regno intulit, & progenies illa dissimilis pietati Normanicæ & degenerans à Rollonis virtute meruit vt Ducatus Normaniæ pro peccatis Francorum, vi & coactè translatus in Dominium Northmannorum, rediret ad domum Francicam, & coronæ Liligeræ iterum vniretur, quod æternum duret Deum obtestor optimum Maximum, vtque Reges nostri atque Principes sic transeant per bona temporalia bene gerenda vt non amittant æterna Regis sæculorum : iterum de Rollone per epilogum addendum existimo quod gloriæ non leuis momenti vertitur Normanorum, quamuis Historicorum quorumdam malignitas de illis scribere inuiderit, antiquiores esse Principes Normanos inter affines & cognatos familiæ Regiæ Hugonis Capeti, cuius vsque hodie progenies sceptra Francorum moderatur. Normanni quippe Maiorum Capeti tuendorum causa accersiti, tam fœlici successu negotium eorum promouerunt, vt à Successoribus familiæ Pipinorum ab auita virtute degeneribus, & factis desidiosis iusto Dei Iudicio & prospero auspicio adiutoribus armis & consilio Normanorum ad Thronum Regium ascendentes, Diadema capiti suo imposuerint. Inter Normanos illos primores bello famâque insignes Duces memorantur Roricus, Godefridus, Sigebertus, Bierus, Haldamus, Rollo & alij. Quos tamen omissos Normana gens in Franciæ Principem vnicum agnoscit caput Rollonem familiæ Ducum Normaniæ & Comitum Minoris Britanniæ Superiorum Dominorum, ex quo tempore pacem composuit cum Carolo Rege Simplice, cuius largitiones consensu omnium Ordinum Regni Franciæ firmas sedes constituit in Normania Gallica. Guillelmus Gemeticensis libri secundi capite primo & sequentibus, Albertus Crantius Noruegiæ cap. xvi. & sequentibus Rollonem voluit fuisse ex Nobilissima stirpe Danorum, cui cum fuisset molestus Rex Danus tantæ potentiæ & auctoritatis extitit vt ausus fuerit Regi suo bellum inferre, sed Gorino fratre Rollonis in acie occiso, & exercitu profligato coactum Rollonem deserere vt dixi natale solum. Reliquias ergo copiarum secum adduxit in Franciam, Danorum genti satis sæculo illi notam & peruiam. Appulit prius in Angliam, vbi Adelstanus Rex hospitio terraque prohibere conatus bis à Rollone fugatus, tandem in somnis admonitus pepigit fœdus cum Anglis, traiecitque in Franciam, milites, maris impetu transmissus in Frisiam; Radbodus Rex & Raynerius Brabantinorum Dux frustra ei obstitere, ille cæsus, hic captus pecuniæ vi redemptus, partem tamen pactæ pecuniæ humaniter condonauit. Tandem per ostium Sequanæ ingressus, Rothomagum aggreditur, quæ se vltro illi (alij post longam obsidionem) commisit.

Marginalia: Septima generatio Rollonis degenerans in virtute. — 23. Normani Principes affines domus Regiæ Francorum. — 24. Insigniores Duces veterum Normanorum. — *Lib. 2. cap. 1. & seq.* — 25. Raynerius Brabantiæ & Hannoniæ Princeps.

misit. Victoriarum tunc suarum terminum posuerat Lutetiam Pa-
risiorum, quam obsessam defectu annonæ ad tempus intermisit,
Francorum exercitu obseruante Rollonis exercitum. Inde Baiocas
profectus, anno vix elapso Lutetiam repetiuit postquam duxisset 26.
vxorem eleganti forma Christianam Virginem Popeam nomine fi-
liam Comitis Baiocensis. Lutetia vix libertatis animam trahebat,
cum venere in castra Legati ex parte Astani Regis Anglorum peten- 27.
tis à confœderato Rollone suppetias contra rebelles sibi subditos, so-
lio eum detrudere tentantes. Alienæ hæreditatis acquisitionem post-
habuit tutelæ amici principis, Victor Anglicus redibat solito fero-
cior, & trophæo recente audacior, hostique terribilior tripartitis co-
pijs ostia Sequanæ, Ligeris & Garumnæ ingressus & aggressus
miseram Franciam. Omnia desolata vidisses, & fugere homines
quasi oues ante faciem persequentis lupi; terra tremuit, & nisi cœlo
auxilium adfuisset, subiecisset terram sub pedibus suis, cum armis
victoribus non esset qui auderet se opponere. Solus impetus Reli-
gionis quam impugnabat, obsistebat impio, cohibente Deo occulta
vi torrentem istum, & ne præscriptos à Diuina Iustitia limites per-
transiret. Rollo peruenerat Parthenopolim Carnotum, quam obsi-
dione premebat, cum fide armatus Episcopus (de quo dixi) Cami-
siam B. V. Mariæ vexillum extulisset, ad cuius fatalem aspectum
Rollo cum suis perterriti cœlitus, fugere nemine persequente præ- 28.
ter cœli reginam. Rollo prius aliqua semina Religionis Catholicæ
corde susceperat, & agrum illum Agricola Franco Archiepisc. Ro-
thomag. vomere Euangelico sulcauerat quæ alta mente tacitus re-
posuerat. Prudens Antistes blandè se in gratiam eius insinuauerat,
& ex eo tempore senserat intellectum suum se submittentem obse-
quio Religioso: vnde paci aurem paratus accommodare. Post Con-
uenta pacta apud sanctum Clarum DCCCCXII. baptizatus est Ro-
thomagi. Communis opinio quam aliqui impugnant, tenet Gislam
Caroli Regis Simplicis filiam vxorem duxisse (alij in Gisla esse vo-
lunt æquiuocum, & Godefrido Duci Normano Gislam concessam à
Carolo Crasso Imperatore & Rege) Rothomagi Palatium Rollo-
nis fuisse traditur, vbi nunc stat Franciscanorum Conuentus Reli-
giosus. Vnicus Tilletus vult Rollonem in bello occisum: omnes
consentiunt in pace quieuisse post quinquennium Imperij eius pa-
cifici à die Baptismatis, regnante Carolo Simplice, Imperante Con-
rado de Franconia, sedente Ioanne XI. summo Pontifice.

Popea seu Popa vxor Rollonis.

Cur Rollo obsidionem reliquerit Parisiorum, Victor Anglorum Franciam aggreditur.

Gemetic. lib. 2. cap. 3. Crantius lib. 2. Volsing. in Hipodigm.

Rollo gaudet Rothomagi sepulchro modello, & elogio meritis eius impare.

Ex Chronico Normaniæ & Pontano de origine Francorum.

De Guillelmo Rothomagensi cui cognomentum de Longa-Spata filio Rollonis, secundo Duce Normaniæ.

CAPVT XIV.

1. Filius Rollonis Rothomagi natus fuit procerus statura & Longa-Spata seu ense vsus; duplici consonanti præponitur vocalis.

DIXI filium Rollonis Guillelmum, quia natus esset Rothomagi, dictum esse Rothomagensem & more illi æuo frequenti, ex singularitate aliqua personæ Principes viros denominare. Quia proceræ staturæ erat Guillelmus conuenienter longiorem ensem & gladium portans dictus est de Longa-Spata; Spatam enim ensem vel gladium veteres Franci dixere, vocalem soliti duplici consonanti præponere, Spata, *Espée*, Spica, *Espi*, Spes, *Esperance*, & de similibus idem sit iudicium: de quibus leget curiosus Carolum Bouillum Samorobrinum libro de vitiis vulgarium linguarum, scribebat Nouioduni millesimo quingentesimo trigesimo primo. Veromanduensis Decanus res gestas Guillelmi Rollonis filij enarraturus incipit à laude Martyrum, quibus præparauit Deus coronam immarcessibilis gloriæ, Guillelmum nostrum plerique habent pro sancto Martyre, quia passus pro iustitia & occisus pro restituto spoliato Principe viro in suam hæreditatem, nullo sperato emolumento, suis impensis, & nullo quam virtutis sibi proposito præmio, adhibitis prius omnibus ad cautelam tutæ conscientiæ consultationibus prudentiæ & æquitatis: idem Guillelmus appellatus æterni Athleta Regis, dilectissimus Rollonis filius ex Francigena Popa genitus, quem genitor eius Rothomi cuidam Comiti ditissimo sacro Baptismate perfusum, erudiendum vt decebat, tradidit. Facie fuit pulcherrimus, vita honestissimus, diuæ memoriæ futurus sperabatur, fuitque, à tenera ætate optimæ visus est indolis, diuina perfusus gratia benedictione replebatur, cuius quotidie meritorum affluentia gratiùs augebatur: effigie conspicuus apparebat, statura procerus, mente strenuus, morum probitate grandæuus.

(Margin: Guillelmus Rollonis filius habetur pro Sancto. — Neustrij Francigenæ. — Species animæ & corporis Guillelmi: hæc sumpta ex Dudone.)

Ante senem senuit, vir fuit ante virum.

2. Sanctum desiderium à Deo scire vitæ statum.

Sæculi aspernabatur iactantiam, lætissimus facie & pacificus, serena mente, dulcissimus alloquio; mansuetissimus conuersationis negotio. Ad Monachatum aspirabat apud Gemeticése Cœnobium, statum vitæ suæ cum lachrymis à Deo rescire petebat, corpus domabat, pernox vigiliis insistebat, cibo pauperes recreabat, & Patrē Rollonem in sui admirationem trahebat: bonus vir sed rudis Poëta illi sæculo vicinus de Guillelmo & Patre eius hos cecinit versus.

In iuuene senium probitatis.

Gaudebant ambo, Guillelmus honore paterno,
Et Pater insignis Guillelmi ex actibus almis,

Cernuus hic senium probitatis prole beabat,
Et soboles luculenta ætatis Patre vetustæ:
Hic citò scansurus cælum, de teste futuro,
Hic renouaturus mundum genitore beato,
Amplexusque sacros amplexibus hi replicantes
Oris melliflui libabant oscula semper,
Gratantes pariter genitor sobolésque resedit.

Potest Deus per gratiã ferocem mitem facere.

Ecclesiastici capite trigesimo: *mortuus est*, inquit, *Pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit post se: in vita sua vidit, & lætatus est in illo, in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis, reliquit enim defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.* Hæc causa fuit Martyrii sancti Guillelmi Rothomagensis de Longa Spata Normaniæ Ducis. Nuper paucis sed elegantiori sermone Martyrium eius retulit honor Pastorum Parisiensium, Gazophilacium Historiæ sanctorum Andreas du Saussay SS. Ægidii & Lupi venerabilis Parochus in vrbe in suo Gallicano Martyrologio ante Calendas Ianuarii sexto decimo, seu decimo septimo Decembris. *In Ambianis*, inquit, *ad Somonam (fluuium) propè Corbeiæ oppidum, Passio sancti Guillelmi Normaniæ Ducis; ibidem cum de pace & iustitia ageret, fraude Arnulphi Comitis Flandriæ nequiter interempti. In cuius morte cecidit præcipuum Ecclesiæ præsidium, regni [Franciæ] singulare decus* [probabitur paulo inferius] *vnicum pauperum solatium: in hoc enim Religionis Zelus, iustitiæ cultus, & perpetuus viguit misericordiæ affectus. Ob quas diuinæ mentis præclarissimas dotes, defuncti Feretrum Clerus & populus profusis gemitibus inundauit, memoriámque eius, quem Martyrem Innocentiæ merito; mox Gallia vndique acclamauit, clara emeritæ beatitudinis testimonia, æternæ venerationi consecrarunt. Huic sanctus Maurilius Archiepisc: Rothomagensis* (aliis appellatur *Mauritius quadragesimus quintus illius Sedis Pontifex, antea Monachus Fiscanensis, qui etiam Cathedralem eo quo visitur schemate perfecisse scribitur à Ioanne Dadreo, & Calendis Octobris dedicasse anno millesimo sexagesimo tertio*) *præclarum elogium* (*sepulchrale*) *appendit, eum corpus eius ex veteri templo in nouam transtulit Basilicam sanctæ Dei Genitricis, qua in Epigraphe, commemorat Gemeticense cænobium magnificè ipsum instaurasse, in quo Monasticen profiteri abdicato Principatu cogitabat. Interimque feruido Dei amore sancti Benedicti Regulam, quasi iam se huic piissimus Princeps obstrinxisset, innuit coluisse.* Explicandum mihi incumbit nostri principis Guillelmi Elogium. Rebellauerant Britones & Guillelmum prætextu contemptæ deuotionis illius, quasi imbellem in Dominum agnoscere, renuebant, quos iugo subiecit suo, edocturus insulsos & insipientes non esse fortitudinem contrariam pietati, immo ab ea incrementum sumere, vires eius augere, & cordatos viros ad magna molienda confortare, pro tanto Principe Poëta illius sæculi exclamat.

3. Encomium Saussæi Parisiensis Pastoris.

17. Septẽb.

4. Locus Martyrij sancti Guillelmi Ducis Normaniæ, ploratur eius mors.

Archiepisc: Rothom. Maurilius aliis Mauritius, transfert eius corpus.

5. Stultitia Britonum in suo Principe pietatem côtemnentium.

O Iesv testis Christi Vuillelme future,
Expergiscitor, & confortator violenter,
Et steriles ratione, truces compesce Britones,
Hoc stabili Sacramenti conamine flectes,
Et resipiscentes famulabuntur reuerenter.

Britones truces & ratione steriles. Gemeticensis lib. 3. cap. 1.

Ergo arma sumpsit, vidit hostes, vix pugnauit, terruit, debellauit, demissos in gratiam recepit: cumque pacificè possideret Normaniam & Britanniam Minorem, cogentibus Comitibus & Baronibus suis, inuitus & non vrgente sexu humanæ fragilitatis, neve deficeret hæres in Normaniæ principatu, vxorem duxit, famæque Guillelmi præeunte bonitate, cum Deo & hominibus esset amabilis, data est illi & oblata filia Heriberti Comitis Veromanduensis. Omnia tranquilla erant quo tempore Riulphus quidam perfidus infudit animis procerum Normanorum venenum dissidiorum contra Ducem Guillelmum, suadens illis fore aliquando, vt Guillelmus fœdere iunctus Francis, gentiles suos contemptui haberet: Riulphus ille erat Constantiensis Comes (cuius filius postea fuit primus percussor Guillelmi in Insula Pegmiaci) qui suis machinationibus composuerat exercitum magnum illorum quos ad seditionem excitauerat, sed fortitudine Ducis ille cum sequacibus fusus fugatúsque est in loco qui ex euentu rei sortitus est nomen Prati belli: victor redibat cum exercitu triumphante: bonum bono additum auctumque est fœlici nuntio nati filij ex Leudegarde, quem Fiscani peperat, cui inditum nomen Richardi, postea impauidi & imperterriti cognomen tulit, quem illico iussit Baptizari ab Episcopo Baiocensi. In pace factus est locus Guillelmi refulgentis in sanctitate & prudentia, æquitate, & iustitia, opprimentis superbos & maleuolos, sed exaltantis humiles & beneuolos. Paganos & incredulos verbis & muneribus ad virtutem adducebat ad cultum veræ fidei, non solum ditionis suæ prouincias regendi peritus, qui vicina regna strenuo quoque moderaretur consilio: *Angli enim parebant eius mandatis, Francia & Burgundiones eius dictis, vbicumque terrarum nomen eius audiebatur, ab omnibus magnificè laudabatur.* Alstelmus Anglorum Rex ad Guillelmum legationem misit deprecans vt Ludouicum nepotem suum (filium Caroli Simplicis ex Ogina Alstelmi sorore) Caroli capti regis morte, hæredem regni Francorum reuocaret ad Franciæ regnum, & misericordia motus victum Alanum rebellem Britanniæ Comitem in gratiam reciperet (fratri enim eius iam pepercerat.) Nota satis omnibus Scriptoribus Historia Ludouici Transmarini in regno Frācorum restituto opera Guillelmi Ducis, & restituti Alani in pristinam Britanniæ hæreditatem. Franci reddiderunt Guillelmo mala pro bonis & odium pro dilectione eius, tentantes eum spoliare Normania. At enim Guillelmo omnia prosperè cesserunt, omnia Ludouico ex aduerso. Qui tamen à Guillelmo miseratione aduersitatis Ludouici commoto, inciuita-

6. Coactus Dux nupsit Guillelmus. Leudegardis eius vxor.

7. Riulphus perfidus, Constantiensis Comes causat rebellionē, in prato belli victus.

8. Guillelmo nascitur filius Richardus.

9. Inescatio hominum multifaria tam vicinorum quam subditorū.

10. Legatio Anglorum Regis, pro filio restituendo Caroli Regis Simplicis.

Psal. 108.

11. Beneficia

tem Rothomagum admissus cum Comitatu suo honorificè, & om- Normani
nem expensam de suo sustinente magnificentia plusquam Regia. Ducis in
Nec satis fuit Guillelmo seipsum Regi suo exhibere beneuolum, vo- regẽ Franc.
luit etiam Ludouico Henricum Transrhenanum regem reddere & redditur
illi fœderatum, & amicum. Venitque Franco Regi cum exercitu reuerentia.
obuiam vsque Laudunum, vbi ipsum inuenit cum Francis Proceri- 12.
bus, qui eo loci *mirati sunt immensæ multitudinis legiones Britonum* Franci Du-
& Normanorum (inquit Historicus Normanus) *quid inquientes no-* cis Norma-
stri exercitus huic comparati, si fortè inter nos & illos iurgium venerit; ni mirantur
nos deuorabunt vt agnos lupi? Exinde optimates Francorum cœperunt copias, à
equitare separatim. Appropinquabant exercitus ad Mosam vbi erat quibus sibi
Henricus Rex Transrhenanus: qui cum non redderet honorem timuere
condignum Regi Francorum, Vvillelmus Dux Normanorum coë- Franci Pro-
git dictum Henricum Germanicum Regem ire obuiam Ludouico ceres.
Regi Francorum Domino suo, quia vt Dux Normaniæ erat eius & 13.
Coronæ Franciæ Vasallus. *Crastina die Uvillelmus praeoccupauit ad-* Coëgit
uentum Regis Ludouici pergentis ad placitum: tyrones verò praecedentes, Dux Nor-
domus in qua Henricus residebat cœperunt infringere parietes, atque in- manus Re-
tus vi & potestate residere: tum Henricus Rex dixit ad Cononem Co- gem Ger-
mitem Secretorum suorum: vade die Guillelmo omnium ditißimo Duci, manicum
ne amplius disrumpant parietes, & Cono obuiauit Duci venienti ad pla- reddere
citum. Tunc Guillelmus ensem sex pondo librarum auri in capulo bracteo- Regi Fran-
lisque atque bullis mirabiliter sculptum dedit Cononi: quo viso ense Nor- co honorẽ.
mani submisso vultu, procliues contra ensem domos dimiserunt sesèque in Gemeti-
exitu nimium comprimentes, sine murmure ad suum Ducem reuerterunt. censis *lib.* 3, *cap.* 3.
Mox Rex Henricus Uvillelmo cogente obuiam incesit, datóque osculo, 14.
[Regi Francorum Ludouico Transmarino] manibusque adinuicem com- Normana
plosis domum ingreßi, vterque resedit, &c. Conone Duce facta mirabi- veneratio
lia sufficientiásque locupletes Uvillelmi Ducis enarrante, cœperunt Sa- erga Ducis
xones cæterique adstantes eum magnificare sermonibus alternis. Ludoui- sui ensem.
cus verò Rex coram memoratis Principibus dixit: me, inquit, *vsque mo-* 15.
do contumelijs multis affectum nequiter, inuasti affluenter & succurristi Germani
largißimè educando, & à conuentu malignantium protegendo fouisti. Ibi- Normanos
dem plura, & rogasse Ludouicum vellet Dux Guillelmus de sacro laudant.
Fonte suscipere filium suum Lotharium apud Laudunum Clauza- 16.
tum, qui tunc etiam Bibrax dicebatur: Annuit & Duci aduenienti Rex Franc.
chorus Episcoporum iuit Guillelmo cum Monachis & populo, ho- agnoscit
noratus quoque regiis donis, accipere ea recusauit: & cum mutuo beneficium
osculo rebus confectis ab inuicem recesserunt. Redeunti Duci in a Normano
Normaniam effusus est populus Duci suo gratulabundus, singulari- Duce acce-
ter verò Rothomagenses, ex turba quoque conspexit mulieres & se- ptum.
nes cum junioribus, ne qua ætas aut sexus deesset qui tam bono Duci 17.
non testaretur amorem & beneuolentiam, Reliquis impotentibus Laudunum
obuiare, super muros vrbis aduenientem inspicientibus, & denso Clauatum
agmine per viam concomitantibus, Clero præstolante Ducem ad Bibrax dicebatur.

18. Populorum beneuolentia signum boni Principis.

19. portam vrbis. Vix domi quiescere visus fuerat, & bonas & antiquas leges suscitare cœpit, omnes pacificare, ius cuique dicere: aggressus reædificare desolatum olim ab Hastingo & à Normanis cœnobium Gemeticense, regente tunc cœnobium Martino Abbate, perfecitque opus magnificum, quod adhuc stat, & ad dextrum altaris maioris Guillelmus Dux visitur super columnam erectus in quem omnes Monachi respiciant: qui maximo affectu in aliquid feruntur quod vehementer amant, non violentiori impetu ferri solent in rem concupitam, quàm noster Guillelmus afficiebatur ad vitam Monasticam quam profiteri magnopere cuperet, instantique sollicitudine apud Martinum Abbatem Gemeticensem vrgebat, quatenus liceret sibi renuntiare sæculo, & benedicta cuculla superindui nouum hominem. Quo non annuente Princeps rogauit verbis Isaiæ Prophetæ capite decimo sexto. *Ini consilium, coge concilium, pone quasi noctem vmbram tuam in meridie, absconde fugientem [mundum] & vagum [inter arma] nè prodas, habitabunt apud te profugi mei*, puta multi Nobiles, & viri magni, qui exemplo meo abrenuntiabunt sæculo & pompis eius. Prudens Abbas coëgit concilium & congregationem habuit cum suis fratribus & consilium iniuit quid responso opus. Si enim Princeps, ex virtutis stadio ruat in studium vanitatum rei erimus apud Deum qui ciuitatem refugij petenti denegauerimus; sed ex alia parte vtilitas publica suadet tantum Principem lucernam ardentem non esse sub modio Monachali occul-

Princeps quietus leges suscitat bonas, restaurat Gemeticum.

Guillelmus Dux summè affectus ad Monachatum, repulsam à Martino Abbate patitur.

Consilium & concilium differunt.

Ratiocinatio Abbatis Martini.

20. tandam, & melius esse in Sole poni tam splendentis virtutis tabernaculum, quam pro vnius solatio Monasterii, desolare terram sui Principis supra alias regiones amabilem, oculum cæcorum, pedem claudorum, refugium viduarum, & parentem pupillorum, scipionem Ecclesiæ, pietatis asylum, columnam Iustitiæ, & epitomen principalium virtutum. Conclusum est tandem cum qua posset fieri animi demissione Principis petitioni non assentiri: ratióque piæ & sanctæ repulsæ fuit, nota Principis virilis virtus à iuuentute in corde eius radicata, & sciri sufficientem esse, quæ in sæculo solitario-

Solatium Monasticũ postponendum bono publico.

21. rum sanctitatem excederet; opus Dei esse maius bonum præferre minori, & publicum priuato anteponere, & Patriæ conseruare oportere, & Ecclesiæ sanctæ defensorem. Deus nolebat confessorem, quem præsciuerat Martyrem. Dudo Poëta Historicus Normanorum, qui exemplo Boëtii prosæ versus intexuit, ferat suffragium.

Maius bonum præferendum minori.

Dudo Poëta Hist. Normanorum.

Omne bonum præscit Deus & prædestinat vnus,
Palmam Martyrij merito crescente subibis.

Dux Guillelmus vult ab3icare se Principatu.

Spes, quæ differtur affligit animam, inquit sapiens, sed Guillelmus non cadit animo ad obtinendum consensum Abbatis & Monachorum, satisfacere vult Primoribus dominationis suæ, aduocatisque Normanorum & Britonum Principibus, mentis suæ arcanum eis patefecit, tentauitque ab illis extorquere aut suadere consensum propositi sui, substituto in locum suum filio adolescenti Richardo.

Prouerb. 13.

Tentat Dux extorquere consensum Primotum.

Negauére flentes se posse consentire.

At illi extasim passi & attoniti in re tam insolita verbis Guillelmi lachrymas & singultus reddiderunt, & ad se reuertentes vna voce negarunt, posse nec debere rempublicam tanto spoliare Principe, & Normaniam atque Britanniam orbam parente optimo facere, scelus esse non pietatem prætexere solatium solitudinis sollicitudini Christiani populi, Christum Regem exemplar virtutum sui oblitum, salutem curasse publicam: acquieuit voluntati eorum & dixit Guillelmus, *non mea ergo, sed Dei & vestra voluntas fiat.*

22\. Sollicitudo populi potior solitudine.

Omnia pacifica credebat Dux Normanorum, nesciens Franciæ Principes & plures Optimates occultum fouere in ipsum odium cóceptum ex inuidia gloriæ & famæ, quæ in dies augebatur de rebus præclare gestis Principis Normani pace belloque commendati. Non ausi tamen in apricum maleuolentiam suam proferre, nisi Arnulphus Flander Flandrensis Comes antesignanum se exhibuisset & vexilliferum coniurationis.

23\. Franci inuident Guillelmi gloriæ, Arnulphus Flandriæ Comes his præit.

Abstulerat Flander Herluino Comiti Castrum Monsterioli, nec sufficiens ablatæ hæreditati vindicandæ, suppetias petiit ab Hugone Duce Francorum, sed surdo narrauit fabulam, & Comitem vacuum ope dimisit.

Monstreüil en Picardie.

Refugium indefensorum habebatur in illa tempestate Guillelmus, fores eius pulsat trepidus, quia nullum vnquam ei exhibuisset seruitutis obsequium, nec familiaritate eius vnquam vsus, sperauit tamen beneuolentiam à Principe iustitiæ Obseruatore, implorauit manum eius auxiliatricem, à quo benignè exceptus omnia vitæ necessaria gratis accepit, & ab eo consolatus bono animo esse: iussus est tamen iterum compellare Hugonem Ducem Francorum, & Comitem Parisiensem filium Roberti, qui Rollonem Patrem Guillelmi de sacro Fonte susceperat, eique hunc honorem primariæ protectionis illi deferre consulto volebat.

Spoliauerat Herluinum Comitem implorantem Guillelmi auxilium.

24\. Prudentia Guillelmi.

Hugo importunum sensit Herluinum neque supplicem exorauit, negauitque sibi nunc esse commodum petitioni acquiescere, qui amicitiam iurasset Arnulpho; addiditque se pro non ingrato habiturum, si quis partes Herluini & patrocinium susciperet. Quibus compertis Dux Normanus comparauit exercitum, & Monasteriolo seu Monsteriolo capto Castrum Domino suo restituit Herluino, cumque opiparum extructum esset conuiuium, Herluinus vice dapiferi inseruiebat Guillelmo Duci, interque epulas Dux affatus Comitem: *en tibi tuum restituo Castrum iniustè ab Arnulpho subreptum & inuasum*: Respondit Herluinus, *Domine permitte illud tuæ custodiæ committam, & sub tua manu custodiatur, quia non sum satis validus contra me potentiorem Flandrum*: pietate & humanitate commotus Guillelmus, *Ego*, inquit, *ero protector tuus, qui tibi nocere voluerit, mihi communem inferet iniuriam, & qui offenderit tanget oculi mei pupillam.*

Francus Comes auxilium negat, Normanus præsto est, Monasteriolum capitur à Guillelmo, restituitur Herluino.

25\. Monsteriola plura.

Monasteriolum in regno Franciæ multiplex, vnum est sub Diœcesi Aniciensi, in quo oppido est Collegium Canonicorum, de quo non erat controuersia inter Herluinum & Arnulphum; Aliud Monasteriolum Diui Martini ad Icaunam fluuium, solem-

Monstreüil en Viuarez. Monstreau Fault-yone.

Monstreüil en Picardie.

nem homicidio Ioannis Ducis Burgundiæ. Neque de illo iurgium erat: sed Monasteriolum dissidij origo est illud quod Flodoardus Rhemensis Presbyter scribit esse oppidum Galliæ Belgicæ in regione Morinorum. Arnulphus instinctu Diaboli virtuti semper inuidentis, ex collato beneficio in spoliatum Comitem machinari cœpit & concludere apud se mortem Guillelmi Normaniæ Ducis: misitque in dolo ad eum Legatos, specie fœderis & amicitiæ, per quos

26. Dolosa Arnulphi legatio ad Ducẽ Guillelmum, qui dissuasus consilio nõ credidit. Dictum Vellei Paterculi.

rogaret Guillelmum Ducem dignaretur venire ad colloquium Arnulphi Comitis Flandrensis podagra laborantis, & propter infirmitatem itineris laborem ferre impotentis, nec equitare valentis. Legatione fraudulenta candidus & sincerus Normanus est deceptus dissuasusque ab Herluino aurem dictis deceptoris & versuti Arnulphi præbere. *Absit à me ait, vt cum Historico Romano dicam, quod ineuitabilis fatorum vis est, & quos perdere Dij volunt eorum consilia peruertunt*: sed dico consilio suorum non credidisse bonum Guillelmum, qui de alio malè suspicari nollet, nec à quoquam hominum vir fortis & generosus sibi timeret, permittente Deo pactus inducias trium mensium cum Flandro. Inque illa temporis intercapedine, & fatali spatio, constituta est colloquii statio Ambianum, Arnulphus dolo malo constitit Corbeiæ, ex qua misit nuntios ad Guillelmum, qui Guillelmo significarent, dignaretur progredi vsque Pe-

Pequigny sur Somme.

quiniacum vt fluenta Somonæ essent obstacula inter vtrumque exercitum, quo astu ille vsus vt dolo quod animo decreuerat nequã flagitio perpetrato non posset coërceri à Normano exercitu superueniente & proximo. Consedere duo exercitus ex vtraque ripa, Arnulphus vltra, Guillelmus cis Somonam: quo loci in medio flumine parua iacet Insula, ad quam vterque Princeps nauigio venerunt quatuor cum paribus Comitibus: prior traiecerat Arnulphus, exspectabátque Guillelmum reuerentiam exhibens: Adueniente Guillelmo Arnulphus claudicationem simulans & duobus sustentatus hinc inde satellitibus & lateronibus, simulabat mendacem infirmitatem inquit Chronicon Normaniæ, & primo accessu petiisse veniam à Guillelmo, & se obtulisse fieri eius Vasallum annuúmque tributum Guillelmo pendere. *Ad te*, inquit, *ô Guillelme venio supplex, vt meos tuósque concilies, sísque mihi adiutor aduersus meos infideles, quia infirmitate fractus nequeo dominari, & opprimere huius terræ rebelles: ideo super me meósque Dux & Marchio desidero vt habearis, &c. Herluino ero omni tempore pacificus, &c. Suasus Guillelmus quod sincerè loqueretur pacificauit Herluinum cum Arnulpho. Tota dies penè deducta morosis ambagibus, pactáque pace ab vtroque Principe, Vuillelmus cum duodecim regreditur, dato osculo* (*Iudæ*) *Arnulpho* (*discipulo Christi & imitatori*) *intrauítque cum remige classem solus, duodecim Comitibus antecedentibus altera. Tunc Eiricus, Balzóque & Rodbertus atque Ridulphus* (*filius Comitis Constantiensis*) *quem rebellem Guillelmus fugauerat & vicerat, perfidi cœperunt subdola reciprocáque voce Duci Guillelmo dicere*:

Exercitus duo ex vtraque ripa Somonæ.

Alij dant 12. socios Guillelmo, colloquium in Insula Pequiniaca, ambagibus colloquium teritur ab Arnulpho, alias Riulphus.

Perfidia Flãdrorum.

dicere: Domine, Domine, melioris consilij obliti sumus, terque parumper precamur nauim, quia volumus te paucis: noster senior nequit te amplius aggredi, quia infirmitate podagræ scis eum detineri, sed mandat mirabile, cuius oblitus est tibi dicere. Accessit nimis credulus Guillelmus ad inimicam ripam insidiosæ Insulæ, inermis & solus sine suorum præsidio, & ecce appropinquat hora qua bonus Princeps traditus est in manus impiorum eius sanguinem innocentem sitientium: *At illi sub palliorum tegmine absconsis mucronibus quatuor, iisque celeriter extractis, percusserunt & occiderunt innocentem Guillelmum, ex vtraque ripa videntibus exercitibus: impij verò perpetrato facinore prapete equitatu fuga lapsi cum suo nequißimo Domino. Postquam nauigio ad terram appulissent,* Normani huc & illuc excurrentes quo vada possent reperire ad persequendum perfidos Flandros homicidas, non inuenerunt quà traiicere possent, erat enim hyems decima septima mensis Decembris. Guillelmus Gemeticensis libro quarto accusat Arnulphum Flandrensem dirum perfido sub pectore virus efflasse in mortem optimi Principis, verùm plus animo quam corpore podagrum. *Cupiens verò Dux*, inquit, *suum Ducatum reddere pacatum, eo quod Monasticum toto conatu sitiret habitum: Pinchiniacum super Sommæ fluuium profectus fuerat, vbi erat Insula in medio aluei, in qua libatis osculis ambo Duces consederunt, Arnulpho proditoris Iudæ morem imitato, nauijs & ambagibus diuciùs telam araneæ texente, nouißimè post iurata amicitiarum Sacramenta, & plurima pacis oscula sole ruente ad occasum ab inuicem dirimuntur. Sed ecce meante VVillelmo flumen Henricus, nec-non Balzo, Robertus quoque atque Ridulphus* (alias Riulphus Rioulf) *quatuor Diaboli filij clamoribus illum reuocantes referunt Dominum suum melioris consilij omisisse secretum.* Eadem quæ supra narrat; præsentes fuisse ex altera ripa Berengarium atque Alanum Comites Britanniæ & Normanorum Principes, clamore & vlulatu littora compleuisse non valentes subuenire. *Cuius corpus*, inquit, *post paululum ad se relatum deuestientes, argenteam clauim in eius strophio reperiunt dependentem, satis ditißimum thesaurum sub se habentem, scilicet flammineam & cucullum Monachilem, quæ, si comes ei vita fuisset, ab hoc conuentu rediens apud Gemeticum factus Monachus procul dubio sumpsisset.* Chronicon Normaniæ vult clauem illam fuisse ex auro & auream, qua clauderetur arcula serico operta, ponique solita propè lectum eius recumbentis, in qua esset cilicium & corda, id est flagellum & vestis Monastica. Quintinianus Decanus gesta VVillelmi in hæc verba concludit. *Pretiosus*, inquit, *Marchio VVillelmus testisque Christi gloriosißimus Martyrio fælici consecratur, talitérque regnum cœlorum, quod diu concupierat, adeptus, viuens in Christo fœliciter coronatur.* Hunc Martyrij diem Gemeticensis & aliqui referunt ad decimum sextum Calendas Ianuarij anno Domi-

27\. Mors Guillelmi Normaniæ Ducis 17. Decembris.

Cap. 11. & 12. lib. 4.

Describitur mors sancti Guillelmi Normani illata per Rioulfum videntib. Comitib. Britanniæ.

Guill. Dux habuit clauiculam pendentem ad lumbos ait Dudo teste Guillelmi Camerario.

Laneum supparium Symbola pietatis Guillelmi.

Corrigitur Dudo.

13. Calend. Ianuar. i. In Vigilia sancti Thomæ Apost. ex tumuli inscriptione probatur mẽdum esse apud alios Scriptores.

nicæ Incarnationis nongentesimo quadragesimo secundo, Ludouico Transmarino regnum tenente Francorum. Vitalis nongentesimo quadragesimo secundo sed mendum subest. *Imponentes autem illum Feretro*, inquit, *Gemeticensis*, *quantocius cum multiplici luctu retulerunt Rothomagum*, *cui obuiam procedens Clerus & populus vtriusque sexus ad portam vrbis*, *cum mæstis singultibus intulerunt eum in Ecclesiam sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis*, *mittentésque ad Baiocasinam vrbem*, *puerum Richardum adsciscunt ad Patris tumulationem.* Chronicon Normaniæ de Guillelmo de Longa-Spata seu Rothomagensi verba faciens. *Fuit*, inquit, *multum generosus*, *toto corpore bene compositus*, *oculis mansuetudinem præ se ferentibus*, *verbis affabilis*, *& multùm dilexit Deum*: dixi Rollonem sepultum in sacello sancti Romani, addo Guillelmum tumulatum ex altera parte è regione ad læuam in sacello sanctæ Annæ propè Capitulum. Duo habuit Epitaphia, quod antiquius primo refero.

28. S. Guillelmi Corpus Rothomagi recipitur cum magno honore & fletibus.

17. alij 18. Decẽb. 942. Guillelmus obijt.

Panem dedit capitularem Canonicis Rothomagens.

Rollonis natus Guillelmus Longa vocatus
Spata, Deo gratus, jacet hìc tumulatus,
Panem Canonicis in honorem Dei Genitricis
Contulit, ergo pia iuuet illum Virgo Maria,
Et qui cuncta videt, sibi viuo pane frui det,
Anno centeno nouies, duo cum quadrageno,
Deficit in membris ter sena luce Decembris,
Cum nato cunctis escas tribuente, quiescas,
Qui panem Christi pro Matris honore dedisti,
Qui dedit hoc munus hunc saluet trinus & vnus.

Aliud posterius tempore compositum ab Archiepiscopo Maurilio Rothomag. Abbate Fiscanensi.

Quos defendebat Guillelmus, nemo premebat,
Auxilio caruit, lædere quem voluit.
Regibus ac Ducibus metuenda fuit manus eius,
Bellicus Henricus Cæsar eum timuit.
Rexit Normanos viginti quinque per annos,
Militis atque Ducis promptus in officijs.
Cœnobium pulchrè reparauit Gemeticense,
Et decreuit ibi ferre iugum Monachi.
Feruidus inuicti coluit Normam Benedicti,
Cui petijt subdi plenus amore Dei.
Distulit hoc Abbas Martinus, Diua potestas,
Sæua per arma mori prætulit omen ei.
Nâmque dolis Comitis Arnulphi nectus inermis,
Corruit, æthereum possit habere Deum. Amen.

918. alij 917. 942.

29. Riulphus Ducem

Papyrius Massonus lib. 3. Annalium Francorum ex Flodoardo. *Herluinus*, inquit, *Arnulpho bellum intulit*, *partáque victoria percus-*

sorem Uuillelmi [Riulphum qui dicitur egredientem de limbo , & primum pedem super terram insulæ Pechininæ ponentem remo nauigij ferijsse caput Guillelmi , & primo ictu in terram attonitum proiecisse] inter captiuos repertum , occidi iubet ; desectásque sitarij manus ad populares suos Rothomagum transmisit. At Ludouicus [Rex Francorum] ne malum latiùs serperet , inter Herluinum & Arnulphum pacis faciendæ auctor fuit. Guillelmi de Longa-Spata mors bene describitur a Flodoardo Rhemensi Canonico, qui adnotauit Herluinum Comitem Guillelmi inuasorem inuentum occidisse , & truncatas eius manus Rothomagum misisse. Paucis contrahamus gesta gloriosissimi Guillelmi Rollonis filij , qui honori parentis superaddidit , & virtute antecelluit : Rollo sub finem vitæ emendatus , Guillelmus ab ineunte ætate iniquitatem ignorauit , & perpetuo pietatem coluit, cum qua fortitudinem semper maritauit : Britones nolentes subiici Leunculo , quos Leo Pater submissos habuerat , pedibus suis prostrauit, & repetitis vicibus ab eo indulgentiam postulare coëgit, quam concessit intermedio Anglo Rege Alstano. Vnicè amauit Francos, quos sciret benefactores Rollonis, ex quo Normanorum plures proceres nonnunquam contristati, etiam Duci suo ausi bellum indicere Duce Riolo Constantiensi Comite : quos in ordinem redactos edocuit dedecere subditos tyrannos esse voluntatis sui Principis , & amicitiarum illius esse pædagogos , Vicit rebelles cum specie miraculi, nullo de suis desiderato , loco qui dicitur Pratum belli , vulgo *Pray de la Bataille.* Tandem famâ tantus erat vt orbis esset arbiter inter Christianos Principes. Carolus Rex Simplex in pugna vicerat Robertum Comitem Parisiorum de regno contendentem & se pro hærede Fratris sui Odonis qui regium Diadema vsurpauerat , vendicauerat : Carolus malè vsus victoria , inciderat in casses Roberti Comitis Veromanduensis , à quo captiuus factus , & in captiuitate Peronæ mortuus. Ogina soror Alstani Regis Anglorum interea suum & Caroli filium transmiserat in Angliam pro tutela & Asylo ; ex quo postea pro Rege agnitus , appellatus est Transmarinus seu Vltramarinus ; toto tempore captiuitatis parentis eo loci tutus constiterat. Radulphus Burgundus in pupilli præiudicium seu mauis in exulis absentia sese solio Regio introduxerat , quo mortuo Dux Normanus rogatus ab Alstano suppetias vt ferret nepoti suo ex Ogina sorore nato & regno restitueret. Difficillimum videbatur id posse præstare in filio cuius Pater tam hostiliter à subditis principibus & tam indignè habitus fuisset à Rollone parente Guillelmi , à quo extorsisset donationem Prouinciæ quam hic & hæres possideret. Guillelmus tamen Dux Normanus iustè se vocari in auxilium sensit , & legitimum duxit benefactorem esse Ludouico à cuius genitore accepisset quod erat in Francia. Memor iurisiurandi prestiti in introitu possessionis Ducatus & debiti iuris à Vasallo pro Domino tuendo.

exeuntem è cymba Guillelmum remo nauigij percussit in capite.

Pœna Riulphi & de Flandro quarta victoria.

30.

Guillelmus antecelluit Rolloni.

Chronicon Normaniæ Vvalsinæ. Crantius lib. 2. Norueg. Gemeti. ēs. lib. 3.

Vnicè amauit Frãcos ; vicit suos rebelles cum miraculo.

Arbiter factus Christianorum Principum.

31.

Restituit in regnum filium Caroli Simplicis Ludouicum.

Acquieuit ergo Alstano Anglo Regi Guillelmus Dux Normanus, & non modo adiutorio fuit Ludouico ad regni restitutionem, sed etiam patrocinatus in conseruando. Francus iunior Princeps asperioris ingenij factus in Anglia quem multùm angeret se priuari tanta hæreditate, & gloria Regij diadematis: & propter mores incompositos multos à sui amicitia auerterat, ex quo factum vt ad tutelam auctoritatis suæ opus haberet affinitate Henrici Saxonis Imperatoris: Henricus tamen diffidens de ingenio acerbiore Ludouici, nolebat iungere fœdus societatis nisi intermedius accessisset Guillelmus Normanus. Ideo ex professo Ludouicus Baiocas venit ad Ducem, eum rogaturus vt intercederet pro eo apud Henricum. Hugo Princeps Francus Dux erat rebellium & auersorum in Regem, ille quamuis multas amicitias contraxisset cum Guillelmo, hic amicum posthabuit obsequio Regi debito, Domino suo supremo. Rex cum Duce magnifico comitatus apparatu ad Mosam conuenere, fœdusque pepigere: & pro beneuolentia Regia erga Guillelmum, hunc voluit filii sui Lotharii esse Patrimum & de sacro Fonte susceptorem. Aduersa fortuna videbatur data opera aliquos Principes vexare, qua vexatione daretur Guillelmo Duci causa nouæ in dies gloriæ conquirendæ. Haraldus Danorum Rex pulsus regno per filium Suenonem cum subditis in odium de nouo professæ religionis Catholicæ, asylum petiit Guillelmum à quo vt Princeps & vt Martyrii candidatus benignissimè exceptus est: deditque Comitatum Constantiensem pro sustinendis expensis domus Regiæ, & nequid deesset ad decus cumulandum Ducis Guillelmi, cui non fuisset satis Reges restituere & fouere. Restabat vt pro indefensis animam suam poneret, & pro iustitia persecutionem passus pro vitæ coronide Laurea Martyrii cumularetur. Herluinus Comes Monasterioli vrbe sua pulsus per Arnulphum Comitem Flandriæ ad nequitiam natum & versipellem, alienæ hæreditatis vsurpatorem, sensit se Herluinus desertum à suis etiam ab Hugone Magno cuius erat Vasallus, recurrit ad Guillelmum afflictorum refugium in eorum angustia & tribulatione, obsidetur Monasteriolum, violento insultu capitur à militibus Constantiensis præfecturæ: restitutio facta legitimo Domino, quæ in caput Guillelmi redundabit, & pœnas dabit Arnulpho Normanis armis & fortitudine impari, technis & dolis nulli secundo: se finxit Flander ambire tam generosi Principis amicitiam, à qua nullum qui vellet, respuit, omnes solitus beneuolentia complecti, multo magis proceres, & dignitatis consodales. Narraui iniquum facinus Arnulphi, quod solum poterat locum habere in mente facinorosi, & quod alius quispiam qui tantillum possideret humanitatis nunquam animo concepisset: occisus agnus à lupis, candidus & comes ab infidelibus proditoribus. Post obitum probatus est profundiore corde pietatem reconditam habuisse quæ specie tenuis appareret etsi pientis-

32. Ludouicus Transmarinus factus ingenij asperioris.

Crantius Noruegiæ lib. 2. cap. 32. & sequent. & Valsing.

Guillelmus tamen Dux eum contra omnes defendit.

33. Guillelmus protector indefensorũ Principum, mortem pro iustitia passus proditione Arnulphi Comitis Flandriæ.

ſimus in omni conuerſatione dignoſci poſset ab oculatiotibus, qui 34.
tamen amaret, magis eſse quod erat oculis Dei quam conſpectui Guillelmus
hominum, qui non conſideraret quæ apparerent, ſed quæ non vi- Dux pien-
debantur æterna: magis eligens ſubditus eſse diuinis mandatis, tior erat in
quam terribilis Imperio mortalium: *Deuotio quæ maſcula eſt non af-* anima quã
fectata aut effæminata maximè decet Principem, & ad bene agendum vellet appa-
comes fida roborat ad effectus fortitudinis & generoſitatis: Deus delecta- rere homi-
tur apprimè ab ijs venerari, quos iuſsit ab hominibus vt Dominos terre- nibus.
nos obſeruari: ſubditóſque eſſe diuinæ maieſtati immortali; quos elegit 35.
capitibus præeſſe mortalium. Albertus Crantius magnificauit Ducem Vera virtus
Guillelmum, appellans incomparabilem hominem in omni gene- in Principe
re virtutum, dignúmque æterna memoria ſæculorum. Andreas comes fida
Sauſsæus in Martyrologii Galliarum ſupplemento memoriam facit generoſita-
noſtri Ducis Guillelmi ad XIV. Octobris: quo loco obſeruo Du- tis.
plex mendum, ad quod deſignandum Sauſsæi tranſcribo ipſa ver- 36.
ba fideliter. *Pridie Idus ſeu* XIV. *Octobris in Normania*; inquit, Elogium
ſancti Guillelmi Comitis [antiquitus Principes Normaniæ & Bri- Ducis Guil-
tanniæ promiſcuè ſunt appellati Duces & Comites] *illius Prouinciæ &* lelmi.
Angliæ Regis: Duplex error, primus in die obitus Principis Guillel- 37.
mi, ſecundus in titulo Angliæ Regis. Obitus quippe diſertè aſseri- Martyrolo-
tur & adnotatur XVII. Decembris ſeu XVI. Calendas Ianuarii an- gium Gal-
no Domini 942. Calendarium Rothomagenſis Eccleſiæ, vbi ſe- licanum
pultus iacet, adnotat diem XVII. Calend. Ianuarii & prædictum Sauſſæi de
annum nongenteſimum quadrageſimum ſecundum, laudatque Duce Guil-
Principem fuiſse munificum erga Metropolim Normaniæ, & Ar- lelmo &
nulphi Comitis Flandriæ dolo ad Pinciniacum in Somonæ fluminis corrigitur
Inſula interfectum fuiſse. Secundus error Sauſsæi grauior primo, in duobus.
dum confundit Guillelmum primum ſeu Rothomagenſem cum Pincinia-
Guillelmo ſecundo cognomine Notho, qui fuit ex Principibus cum, vulgò
Normanis primus Rex Angliæ, ideóque Conquæſtor vocatus, inter Pequigny.
quem & Rollonis filium de Longa-Spata dictum numerantur tres 38.
Richardi, & Robertus cognomine Magnificus Pater Guillelmi No- Guillelmus filius Rollonis primus filius nominis, Nothus fuit ſecundus.
thi Regis Angliæ.

De Richardo primo huius nominis Normanorum Duce, primi Guillelmi filio.

CAPVT XV.

1\. Fidelitas promittitur Richardo à Normanis.

GVILLELMVS Calculus Geneticensis Monachus libri tertii Historiæ Normanorum capite vltimo. *Normani*, inquit, *iteratò renouantes vnanimiter tenorem fidei Richardo; tradiderunt illum sub tutela Bernardi Dani, vt sub eius tam prouida quam fideli cura, tutiùs custodiretur intra muros ciuitatis*, puta Rothomagensis: Bernardus ille qui dicitur à Calculo Danus, à Dudone Dacigena, seu quod idem est

2\. Bernardus primus Comes Harcurianus tutor Richardi.

Normanus, latè sumpto nomine Normani, vt comprehendit Danos & alios Septentrionales, primus fuit Comes Harcurianus, hoc titulo à Rollone post Baptismum donatus, debuit esse valde senex, ætate quoque in eo cana sapientia, propter quam illius institutioni commissus, Richardus Comitiis centuriatis Normanorum, volo dicere omnium suffragiis & applausu. Bernardus ille solitus iuniori Ri-

3\. Vera & bona institutio Principis, cui Maiorum præclara facta reuocanda in memoriam.

chardo memoriam facere Patris eius pietatem & fortitudinem, qui coram Deo ambulasset in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus suis, post susceptum Baptisma. Ioannes de Ioinuilla Camerarius Magnus & affinis sancti Ludiuici Regis Francorum, solitum ait sanctum Regem inter priuatos parietes in schola Christiana erudire liberos suos, & ob oculos eorum ponere Heroum & magnorum Principum præclara facinora, laudésque promeritas; impiorum Principum & vexantium populos, infelices eorum exi-

Infelices exitus malorum Principum.

tus, famæque malæ improperia. Richardus altum corde versabat sensum Bernardi sanctissimorum monitorum, quibus sibi viam ad virtutem pararet: Iisdemque vestigiis insistens paruulus Richar-

4\. Succo bono imbuenda iuuentus.

dus, lacte imbuebatur pietatis, & prima tenellæ ætatis lana, murice illo sacro tingebatur. Neque vana spes fuit Curatoris & præceptoris Danigenæ, nam Richardus specimen virtutis & generosi animi fuit omnibus. In eius narranda Historia sequar M. S. Chronicon meum de Ducibus Normaniæ & in alueo discursus alios Scri-

5\. Rex Francorum Ludouicus Rothomagum venit, fingit se morti Guillelmi condolere.

ptores habiturus comites Lembi, ex via veritatis comites testandæ. Ludouicus Transmarinus Caroli Simplicis Francorum Regis filius, quem Guillelmus de Longa-Spata, longiore consilii sui sapientia atque auctoritate regno suo restituerat ex Anglia reuocatum, audita morte Guillelmi benefactoris sui, venit Rothomagum à ciuium obuiam procedentium omnibus Ordinibus proeo ac decebat apparatu magno & maiore applausu in vrbem admissus dolosè, si credi-

mus Dudoni profitebatur se condolere immaturæ morti tanti Ducis, cui totum deberet quod regnaret, lachrymas eruditas verbis admiscens ad fallaciam compositis, & testes amoris professi adhibebat amplexus & oscula paruulo Richardo. *Innatum est Principibus minus bonis, vt quos vi aperta legitimè aut satis potenter subiicere nequeunt, blanditijs aucupentur & decipiant.* Testatus est &, obtestatus Rex se pœnas sumpturum de Arnulpho Guillemicida, de merito eius & merito Ducis Normani condignas. Verum enimuero quam infida sit calliditas, quæ specie beneuolentiæ tegitur, sed factis tandem aliquando detegitur, probationi sufficiet res gesta inter Ludouicum & Richardum. Ducem vult regiæ suæ esse contubernalem, quis non iudicasset ex indicio & apparentia protendi amicitiam? at quæso quæ istæc est demum amicitia nullum pati loqui singulariter aut in secreto cum Richardo, & regios Ministros die noctéque peruigiles paruulo adesse, remotis domesticis Normanis? Bernardo præceptori & Curatori optimo Ducis, & Osmundo equiti eius primario, regiæ artes veniunt illicò in suspicionem, Rothomagensem ciuem admonent, quomodo circa Ducem res se haberent, dedecus esse palam iactitantes suum Principem in propria vrbe, inter medios sui amantissimos & bellicosissimos ciues, in suóque natali Dominio captiuum tenere, circumseptum tot legionum Normanarum fortissimo præsidio. Expostulatur Rex liberum dimittere Richardum, ille Leonem gerere non valens, vulpem se præbuit. *Itáne,* inquiens, *vos Normani de sana mente meà iniquè iudicatis, meam erga Ducem vestrum humanitatem, putatis captiuitatem?* Hæc dicendo Richardum in vlnas accepit, Osmundo nutritio equiti tradidit ad palatij valuas, excusans quod sine vllo dolo malo Richardum non secus ac filium proprium apud se hospitari voluisset. Sequenti die libertatis Richardi, astantibus Nobilibus & populo, puer Dux Homagium Regi Ludouico vt Domino suo præstitit, & Principem sibi superiorem agnouit, cuius pro Normaniæ Feodo & Britanniæ subsidiario Homagio esset Vasallus & Feodatarius: Admisit Rex, ratoque habito fidei iuratæ obsequio, donationem à Patre Carolo Rege Rolloni Duci factam, ratam statámque habuit: adiecitque iterato promisso sibi in animo esse de Arnulpho proditore Flandro vltionem sumere mortis innocentis Guillelmi parentis Richardi. Euentus tamen probauit verba & voces fuisse in ventum & aërem sparsas, sicque astutum Regem candidos & sinceros nimium Normanos sermone elusisse, viriliter atque cordatè sine fuco cum suo Domino agentes. Suasit etiam eadem arte Normanis esse ex Reip. bono, si Richardus cum Lothario regio iuuene, filiolo defuncti Guillelmi Ducis, eandem haberet apud Laudunum educationem, qua mediante coalescerent Francorum & Normanorum amicitiæ. Ex quibus colligat prudens quisque, quantopere post Baptisma immutati sint Normani, qui suo candore & simplici sinceritate Francis satis

6. Principes quos vincere non possunt fallunt. Infida calliditas tecta velo beneuolentiæ euentus rei probatur.

Artes regiæ innotescunt Normanis.

Astu agit rex impotens violentiæ.

7. Richardus Regi Homagium præstat.

8. Promittit Rex de Flandro vltionem, elusit Rex sinceros Normanos, & suasit Richardum in aula regia educari.

9. Normanorum post Baptismum columbina sinceritas.

experimentum dedit prudentiam serpentinã. supérque probarent, quam Christiana atque columbina simplicitate se gererent erga suum Regem. Experimentum columbis reddet prudentiam posthac serpentinam, & deceptio cautelam adhibebit futuris euentibus: interea ô Bernarde, & tu ô Osmunde, vestrique Principes Comites & Normaniæ viri prudentes,

Dictum Ennij apud Ciceronem. *Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant,*
Ante hac dementi sese flexere viai?

Aiebat bonus ille Consultor Romanus apud vetustissimum Latinorum Poëtam Ennium veræ quamuis emeritæ Latinitatis.

10. Richardus malè habitus Lauduni. Richardus quàm malè habitus Lauduni à Francis omnes Historici proclamant, sufficiet mihi referre Osmundi consilio & directione, quæ à melioribus Francorum confortata est, Regem posuisse consilia quæ non potuit stabilire.

11. Euadit ex carcere Dux Richardus sagacitate Osmundi. Post simulatam Richardi adolescentis ægrotationem per abstinentiam voluntariam ciborum, quadam die sub vesperam, quo tempore omnia læta & lauta in aula Regia, erátque splendidum omnibus conuiuium, milites custodes lautitiæ & lætitiæ publicæ consortes vino somnóque sepulti, custodiam ægrotantis solito remissiorem habentes, locum dedere fideli Osmundo occasione diu quæsita tandem inuenta frui, & nusquam à tergo caluam fortunam percunctari. Potantibus aliis & genio indulgentibus, quod Virgilius de Simulo dixit, euenit Osmundo.

Virg. in Moreto de Simulo. *Interea Osmundus vacua non cessat in hora.*

Inuolutum herbis Richardum, quasi fasciculum herbidum equo Domini sui recreando comportatum ante se eques gestabat, & cum in pace omnia essent: portæ vrbis patentes remoram non fecere, nam circa solam Regiam, vbi asseruabatur Richardus, quaterniones militum constituti obdormierant ex causis supra recitatis.

12. Vinum & gula custodias inimicas fefellerunt. Fortem & validum censeam fuisse equum illum, qui Cæsarem Normanum gestaret, & fortunam eius, & magni Osmundi Consiliarii pondus sustineret: bono & secundo euentu salui & incolumes vterque Lauduno egressi: præstolabantur non procul à porta conducti & ad hoc vocati Nobiles, & generosi Equites nónulli Franci cum quibus tota nocte equitando peruenerunt Codiciacum castrum nomini & Duci Normano amicum.

Coucy.

Suspendio necati dormitantij vigiles custodes. Suspendio necari iussi dormitantii custodes, sed ira Regis peruigil erat, quid facto opus esset in tam inopinato casu, minus præuiso, & quod rerum Francicarum statum dubio inmutaret, Normanósque ad vindictam iniustæ sui Ducis captiuitatis stimularet. Interdiu iuuabit contemplari quid egerint boni Normani, qui in hoc negotio solatio sui Ducis, & suorum promouendo, positi sunt in exemplum & exemplar.

13. Affectus Normanorum erga Principem suum Ducẽ, pro quo captiuo indictum triũ Affectum cordatum atque propensum Normanorum erga Principem suum, eumque piissimum Richardum bono publico conducere, & gloriæ gentis censeo, si testibus aliquot probatis illum cæteris nationibus esse testatum fecero, puta ex quibusdam Chronicis fide dignis. Primum quidem profero Chronicon sancti Dionysii in Francia: secundum

erit

erit manuſcriptum Chronicon Normaniæ, quod penes me habeo, quibus ſuffragantur Guillelmus Gemeticenſis, Robertus Guaguinus & plures alij referentes Ludouicum quartum ſeu Transmarinum Francorum Regem, filium Caroli Simplicis, conſilio Arnulphi doloſi & fraudulenti Comitis Flandriæ, cum teneret apud vrbem Laudunum Ducem Richardum inſtar captiui: *Hoc audito*, inquit, *nuntio per totam Normaniam proclamatum & iniunctum omnibus ieiunium tribus diebus & tribus noctibus, & vt in ſancta Eccleſia perpetuá fieret oratio ad Deum vt ſaluum & incolumem ad propria ſuum Ducem reduceret.*

dictum ieiunium & trium noctium, & oratio perpetua in Eccleſijs, proceſſiones factæ in ſacco & cinere.

Conſimile teſtimonium Chronici Normanici in hæc verba. *Audientes Normani ſuum Dominum detineri captiuum* [*à Rege Ludouico apud Laodunum*] *multùm dolere, preces ad Deum fudere, & proceßiones fecere, & per hebdomadam ieiunauere. Sancti porro viri regionis illius, ſaccis induti & cinere dormiebant, orantes pro ſui Domini ſalute, & quatenus eum Deus de Regis Francorum manibus liberaret; quorum preces Deus exaudiuit.* Duplex quoque Chronicon ſupra laudatum enarrat vniformiter Hiſtoriam liberationis Richardi eodem planè modo, quo nos ſupra deſcripſimus. Dudo Quintinianus ſeu Picardus Veromanduenſis Decanus libro tertio de moribus Normanorum: *Oſmundus*, inquit, *agnoſcens Richardum puerum tanquam captiuum teneri à Ludouico Rege, ſcripſit ad Rothomagenſes: at illi Deo negotium commendarunt, & miſere ad omnes Eccleſias Normaniæ & Britanniæ, vt Miſſæ celebrarentur & populus pedibus nudis, & ſacco indutus ieiunauit, ab Epiſcopis indictum triduanum ieiunium, & vt darentur pauperibus eleemoſynæ, quatenus redderet eis Richardum.*

14. Opera pia populi pro bono Principe.

15. Britones vt Vaſalli pro Normano ſuo Duce orant.

Amabo vos, ô Reges & Principes, & qui eorum nomine regitis populos, vobis à Deo tanquam eorum parentibus filiis commiſſos, attendite quanti veſtra interſit amari à populis per benignum & beneuolum regimen quod omnibus exercitibus, & laterone milite validius, omnibúſque arcibus propugnatius.

16. Attendant Principes quantum poſſit amor ſubditorũ.

Melior fuit Henricus primus Rex Francorum tutor relictus pupilli Guillelmi ſecundi Ducis Normaniæ: generoſus enim Rex ingreſſus armata manu in Normaniam omnium potens factus poterat Prouinciam nullo contradicente in ſuam redigere poteſtatem, & coronæ ſuæ abſtractam iterum vnire, & ſpoliare filium Nothum, & ideo illegitimum hæredem; noluit tamen violare fidem datam Roberto Duci parenti Nothi; edoctus fortè exemplo Ludouici Transmarini cui peſſimè ceſſit ingrato animo ſe habuiſſe erga Richardum filium Guillelmi Ducis ſui benefactoris, quod conſtat ex ſuperioribus: Deus vltionum Dominus ingratitudini retribuit dicti Ludouici, cœlum non animum mutantis.

17. Legalitas & generoſitas Regis Henrici erga pupillũ Norman. Ducem.

Multùm fuit diſſimilis dolo malo Ludouici erga Richardum.

Nam Francus deluſus ab Oſmundo, ſenſit Richardum Patriæ ſuæ opera fidelis & prudentis ſerui redditum, tum minarum plenus Ludouicus cum multa manu militari venit in Normaniam, ſi fortè victor poſſet

18. Rex Francus tentat ſubiugare Normaniã.

sed victus à Normanis fuga quærit salutem, incidit in manum militis, qui eum subduxit. Rex Ludouicus Rothomagi captiuus.

sibi subiicere eam & tollere Normanis, sed Rex victo quam victori factus similior, fuga quærebat salutem periclitantem debellato exercitu Francorum impari viribus Richardi & Haigroldi Danorum Regis vocati in auxilium contra Ludouicum & Hugonem Comitem Parisiensem, pupillum opprimere volentes. *Ludouicus* (inquit Gemeticensis libri quarti capite septimo) *perniciei equi cursu à Regis Haigroldi captione lapsus, in cuiusdam militis incidit manus, cui cum multa promitteret, ne eius proditione hosti traderetur: tandem miles victus lachrymis, in quandam Sequanæ Insulam clanculum eum subduxit. Sed miles inuitus, cognito à Normanis rei gestæ negotio coram protulit: Rex verò ab Insula sublatus Bernardi iussu*, [Ordericus lib. 7. vult Ludouicum captum à Normanis consentiente Hugone Duce Parisiorum totum vitæ tempus deinceps duxisse plenum angustiarum, sepultum Rhemis in templo sancti Remigij] *apud Rothomagum sub vehementi custodia artatus custoditur à Richardo, Ludouicus qui Richardum versa vice custodierat, hunc iniustè, illum iure belli.* Longum esset recensere datos pro Rege obsides ad liberandum Regem, & quod pro eius redemptione aucta Normania sit Gallica ab Andela vsque ad Eptam; nec repeto per me dicta huius libri capite septimo, quo tempore nos Gisortiani dicti sumus Normani.

19. Richardus à sua iuuentute fuit zelator iustitiæ, venerator Dei, Sacerdotū, & templorum.

Nondum Richardus erat Ephœbus, cum iustitiæ paternæ & auitæ zelator esse cœpit, & in via virtutis ambulare ab adolescentia, & omnes sibi subditos fræno æquitatis in suo officio continere. Contra malos armaturam cepit zelus eius, curauitque imprimis honorem Ecclesiasticum & venerationem templorum, diuinique cultus ampliationem. Richardi humanitate Normana absolutus à captiuitate Ludouicus Rex fuerat: Cuius tamen immemor gratitudinis (qualem Heribertus Comes apud Peronam patri eius Carolo non exhibuerat) cum Othone Imperatore Ludouicus (Arnulphi Flandrensis Comitis astu) coniurauit denuò in Richardum iunctisque copiis vrbem Rothomagum obsederunt. Illos tamen gloria inanes & spei conceptæ dimissos vacuos redire coëgit Normanus, qui etiam Lothorium Ludouici filium apud Archas in acie ordinata superauit, & sequenti anno pari fœlicitate fugauit Theobaldum Comitem Carnotensem, Hastingi successorem, qui ad partes Francorum transierat accepto beneficio Comitatus Carnotensis. Non multò post

20. Ludouicus Rex iterum insurgit in Richardum: victoria Richardi.

21. Non est vtile Francis contra Normanos dimicare.

Rege Ludouico mortuo, filius in hæreditatem & in odium Normanicum succedens, à Prælatis & Primoribus Franciæ admonitus, abstineret amplius decertare aut inire pugnam contra Richardum, cum magno famæ Francicæ dispendio, quia bellum inferret iniustum & ipsi noxium, & in quem hostis semper præualeret. Guillelmus Calculus libri secundi capite decimo septimo commendat Richardum, quod ex multitudine Normanorum qui cum Haigroldo venerant ex Paganis curasse fieri Christianos, alios

22. Richardus curat conuersionem Paganorũ, Richardus immemor iniuriarum, ex Oderano eius æui Scriptore.

in Paganismo perseuerantes transmisisse in Hispanias; laudat quoque Richardum capite decimo nono fuisse immemorem iniuriarum, Hugonem enim Capetum Hugonis magni filium, quo vsus fuerat Ludouicus Transmarinus ad spoliandum Guillelmum Richardi Patrem, Lothario mortuo, suis omnibus adiuuisse copiis & fortunis ad obtinendum & possidendum titulum Regium Francorum: Hugoni quoque coëgit obedire Arnulphum Comitem Flandrensem & alios rebelles, quos annuere fecit electioni Ordinum Franciæ factæ in persona dicti Hugonis Capeti, quia illum nuntiasset Successorem suum Ludouicus cognominatus Deses in præiudicium Patrui Caroli Crassi; qui nepoti Regi tam Patriæ Franciæ iniquior fuerat, Lotharióque Fratri Patri Desidis Ludouici aduersatus, iunxerat arma; & fauore suo iuncerat, Germanorum Imperio nimis addictus, in contemptum Francorum Aquilam Liliis natalibus prætulerat, Lotharingiámque sub vtraque successione tum Clodoueorum tum Pipinorum Feudatariam, & Francorum Imperij per tot sæcula portionem & Patrimonium submiserat Imperatori Othoni, oblitus sanguinis & stemmatis sui, debitæque reuerentiæ & obsequii Coronæ Franciæ, suis Francis inuidens contribulibus, & Germanos spoliis nostris auctos fieri fategerat.

23. Cur Hugo Caperus in Regem Francorum electus.

Richardus memor se regni Francorum Vasallum, stetit pro honore Liliorum, & donationem regni Francici seu adoptionem in regnum Francorum ab vltimo Ludouico quinto possessore, codicillo factam Hugoni Capeto, qui ex Caroli Magni se probabat sanguine ortum trahere paterno, gloriabatúrque ex materna origine Othonibus Imperatoribus affinitate attinere: pro testando amore in Francos Richardus subscripsit Ordinum Decreto, & armis illud exequi curauit & perfecit.

24. Normannus stat pro gloria Frãcorum, subscripsit Richardus electioni Hugonis Capeti.

En omni occasione oblata Normanos Duces fideles Francorum regno & coronæ, promissæque fidelitatis custodes perpetuos & inuariabiles. Virtute ergo Richardi pace regno conciliata & Prouinciæ Normaniæ reddita, statuit sanctius adhuc quam vixisset, viuere, fierique voluit protector orphanorum & tutela viduarum, bonos fauore prosecutus, malos indefesso labore persecutus. Gonor vxor eius, quam aliquando concubinæ solius nomine habuisse dicitur, edocta erat opere Phrygio, & multum valebat arte pingendi acu sua, solita eludere tempus componendis imaginibus aut Historiis Sanctorum, tabellámque insignem opus manuum suarum obtulit Metropolitanæ Rothomagensi Ecclesiæ ex auro, serico, argento & lapillis pretiosis elaboratam: materiam tamen superabat ingenii opus.

25. Gonorem Richardus dilexit quæ docta in opere Phrygio.

Veteres huic Richardo donauere Impauidi cognomen, quia de die nocteque solus & sine comite equitare non timeret, & quocumque pergeret adsistentem sibi subuenire pro nihilo habebat.

26. Richardus cognominatus est impauidus seu sine pauore.

Non obſcura laus tanti Principis, quòd ad obuiam quamcumque
Eccleſiam iter faciens, ſiſtere gradum ſolitus eſſet, apertam ianuam
ſi inueniſſet interior adorabat, ſi clauſam exterior adgeniculabatur,
reuerentiam Deo, Sanctis officium ſalutationis humiliter perſol-
uens. Euenit aliquando Richardo apud ſancti Audoëni Rothoma-
genſis Abbatiam hoſpitanti, per ſomnium ſibi videri dæmonem va-
gari per dormitorium Monaſterij Fiſcanenſis, manúque tenere ha-
ſtam qua immineret percuſſio Religioſorum dormientium capiti-
27. bus, quos à dormitorio viuentium traduceret ad cœmeterium mor-
tuorum. Euigilatus Richardus de repentè nihil tergiuerſatus veſti-
mentis ſe induit, & in noctis ſilentio domeſticorum nullo excitato,
vir impauidus ſtabulum petit, equo ſuo pernici cellam imponit &
ephippia, nullique reuelato conſilio, iubet ianitorem (interdictum
exitum Ducis reuelandi) aperire Monaſterij poſticum; & concita-
to equo quam celeriter potuit Fiſcanenſem carpebat viam intem-
peſta nocte; ecce mirum dictu adiacentem viæ Baſilicam pertran-
28. ſiens lucem maiorem lucernæ ſplendore intuetur, patentémque
ædiculæ portam; ſui moris non oblitus equo exilit, remoræ valuæ
habenam ligauit, ad introitum obſtupeſcit viſo Feretro mortuo-
rum, in quo cadauer requieſcebat appoſitis deſuper candelabris,
luminaribus: nihil tamen cunctatus acceſſit ad Altare & propè
aram templi pulpito adiacenti chirothecas ſuperimponit, orationi
incumbit, & conſuetæ ſatisfacit deuotioni. Cum autem ſurrexiſſet
ab oratione, ex Feretro audiuit prodeuntem & ſuſpirantem lugu-
brem lamentationem, abibat tamen & progrediebatur ad exeun-
dum ex templo, & ſubito ex inſperato ſurgit iacens prius in Feretro,
& accedere parat ad Richardum, iámque ruere volebat in eius
amplexum (oportuit aliquem ſortilegum & veneficum à Diabolo
iuſſum hunc Richardo intentare terrorem, quo deinceps vereretur
in noctibus extollere manus in Sancta & in ſanctis locis benedicere
Dominum) & eum ab egreſſu prohibere. Dux Chriſtiano ritu
ſeipſum muniuit ſalutifero ſigno Crucis, dicens, *Per ſignum ſanctæ
Crucis libera nos de malignis Domine Deus virtutis, in manus tuas Do-
mine commendo ſpiritum meum.* Armis ſpiritualibus Richardus ma-
terialia iunxit, euaginato enim gladio apparentis corporis ferire
tentauit collum, viſumque eſt Richardo ſe amputaſſe cadaueris ap-
parentis caput, atque illud à corpore euulſum corruiſſe vtrumque
hincinde ſuper templi pauimentum: quo facto egreſſus miſit en-
ſem cruentatũ. Similem in vaginam, conſcenſum equum calcaribus
ſtimulauit & imperterritus perfecit iter, & in rei memoriam & ne
narraſſe videretur fabulam præcepit Richardus, & edicto publico
cauit deinceps vt corpora mortuorum intra viginti quatuor horas
terræ mandarentur, aut ſi procraſtinatio intercederet, cadauera
mortua inſepulta perpetuò à quibuſdam ſuperſtitibus cuſtodiren-
tur. Richardus poſt meridiem noctis Fiſcanum aduenit, fores pul-

Chronicon M. S. Normaniæ, *il s'agenoüilloit & adoroit.*

Cœmeterium & dormitorium ſynonyma.

Viſio facta Richardo inſomnis, ſecunda viſio in ſacello per viam offenſo, cadauer inſurgit in Richardum.

Pſal. 133.

Ex M.S. Codice Chronici Normaniæ.

Aliqui ſcribunt rediiſſe oblitum chirothecas iterum ad ſacellũ. Corpora mortua ſepelienda aut cuſtodienda.

ſauit Monaſterii; euigilans ianitor aduenit ſciſcitans quiſnam hora tam intempeſtiua quietem Fratrum turbaret: *Richardus*, inquit, *adeſt, amice aperi.* Intellexit atrienſis Monachus vocem Ducis, *Ità ne Domine Princeps, vigilias noctis aut excubias agis Fiſcanenſes?* Aperit, intrat, iubet quantocius aduocari Abbatem ſeu Præpoſitum Fratrum; qui tunc temporis erant ſancti Auguſtini Canonici
Regulares (nam Richardus ſecundus Richardi primi, de quo nobis 29.
eſt ſermo, filius, Canonicos mutauit in Benedictinos) dictum, fa- Albi in nigros Monachos mutati.
ctum, aduenit Abbas, ſalutat Principem; quærit ab eo quid noui acciderit, & vnde nocturnus ille aduentus inopinatus, ſine comite,
in rigore profundæ noctis hyemalis? *Pater*, inquit, *Abba fac om-* 30.
nes Religioſos ad me venire ſine mora, iuuenes, ſenes, ſanos, ægrotos, nullo excepto quocumque. Prætendere voluit Abbas aliquam excuſationis anſam in fauorem iuniorum & nouitiorum atque eorum qui propter ingraueſcentem ætatem penè ſemper grabato non excederent, inter quos vnus ſupra annum centenarium decrepitus erat; & ex multis annis valetudinario affixus ex eo pedem non mouerat; alios eſſe qui propter infirmam valetudinem venire excuſarentur ſi ita placeret ſuæ celſitudini. *Pater mi, Pater*, inquit, *accelera & feſtina ne tardaueris, neſcis diuinum conſilium, abi & cum omnibus redi, & impotentes venire iube huc celerrimè, & ſine mora transferri huc & etiam me adeſſe*: Imperatis obeditum, & maximus ad minimum aduenit: quibus omnibus præſentibus & circumſtantibus poſito in medio Richardo Duce, hic illicò genibus flexis, oculiſq; ac manibus in cœlum eleuatis orando dixit. *Creator Deus & Pater mi fiat voluntas tua.* Vix ſermonem & orationem breuiſſimam cœlos penetrantem compleuerat, fragor maximus & horrore ſonitus terribilis auditus ſurſum, deorſum cadentium tegularum, lignorum, lapidum, ferri, vitreorum, vtenſilium cum ædificiis dormitorii, & valetudinarii ſimul corruentium, & aggerem confuſum componentium in vnum aceruum, omnibus Religioſis præ timore & pauore ſilentibus & obmuteſcentibus, dicente Richardo cum Dauide Pſalmo

Adeſt abbas iubetur omnes Monachos cõuocare, iteratò iubet Dux omnes adeſſe Monachos, præſentibus omnibus Fratribus Richardus orat genuflexus, dum orat Deum cadit totum dormitorium.

trigeſimo octauo: *Obmutui & non aperui os meum ad conquerendum* Pſal. 38.
de te quoniam tu feciſti, & amouiſti à ſeruis tuis plagas tuas quas intendebat inimicus hominis dæmon illis inferre, (ſicut tua bonitas mihi dignata eſt Rothomagi per Angelum ſuum reuelare quieſcenti in Abba- Pſal. 73.
tia ſancti Audoëni Rothomagenſis, & maturiùs ſolito in lectulo ob infirmitatem recumbenti,) exſurrexi, non amplius obdormiui & confortatum me ſenſi, ideo preces meas non repuliſti in finem propter quem rogabam vt conſeruares Religioſos qui tui amore mundum contempſerunt: Dux, Abbas, & Fiſcanēſe Collegium omnibus poſtpoſitis properauere ad Ec- 31.
cleſiam gratias Deo acturi & cecinerunt Canticum: *Te Deum laudamus.* Quod ab anno Chriſti trecenteſimo octogeſimo octauo cœpit recitari in lætitia Baptiſmi & conuerſionis Magni ſancti Auguſtini, à ſancto Ambroſio compoſitum (vt ſcribit ſanctus Dacius)

Te Deum 388. Chriſti cœpit cani.

Barth. Gauantus Tomo 2. SS. Rituum. Episcopus Mediolanensis libri primi Chronici capite vigesimo. In Breuiario Manuscripto Collegii Aniciani de vrbe legitur hoc Canticum sed titulus habet, *Hymnus sancti Abundij*: quod Canticum decantari præcepit Gelasius Papa ex Beuzouio in *Magnificat*: & (Lib. 1. cap. 19.) sanctus Benedictus in Regula vocat Canticum lætitiæ, ex qua exclamamus, inquit Hugo de sancto Victore libri secundi de Officiis capite nono, &c. Merito illi Canonici Regulares sancti Augustini Canticum in fauorem sui Patroni in tanta beneficii præsentis obligatione gratulabundi cum Richardo Duce deuotè intonuerunt. Aliud prodigium refertur à laudato Chronico M. S. Normaniæ, de quodam Monacho Monasterii sancti Audoëni Rothomagensis in aquam demerso.

Cum peteret dulces audax Leander amores,
Et fessus tumidis iam premeretur aquis.

32. Monachus Lubricus in aquam cadit. Dicam ego timidis aquis, quæ timerent periculo periclitantis animæ infruniti illius Cœnobitæ, qui in chamo & fræno maxillas concupiscétiæ nesciebat aut nolebat constringere, quique acquiescendo (Psal. 31.) tentationi, viam iniquitatis ambulans, pede lapsus super tabulam transiens, demersus periclitabatur de vtraque salute animæ & corporis: in periculo isto Richardi intercessionem apud Deum in spiritu contrito implorauit: auditur murmur à vicinis, accurritur, extrahetur impurus & lutosus piscis ex aqua turbida: de actibus præteritæ vitæ pœnitens rediuiuus Cœnobio & meliori conuersationi redditur. (Se Richardi precibus commendat absentis expiscatur. impurus ex aqua lutosa.) Ex quibus suadeo mihi & ita credo, Richardum pro concubina Gonorem non habuisse, sed quia nimis disparis conditionis & toto cœlo distantis à Duce supremo esset: in occulto quod multis aliis contigit, in vxorem Gonorem duxisse, commodo tempore declarandam talem; possémque duplex exemplum nostro sæculo proferre duarum Principum Dominarum, quæ non valentes continere, maluerunt in occulto duobus Nobilibus, disparibus licet, nubere quam vri, magna vis amoris, estque *Fortis vt mors dilectio, lampades eius, lampades ignis atque flammarum*; (Cant. 8.) quæ verba etsi non ignorem de casto & sancto amore in libro vitæ vsurpari, quid tamen non operatur amor carnalis in corde hominis quod semel inuaserit.

33. Magna vis amoris in spiritu & in carne. Richardus innocens prius vitæ scelerisque purus, nesciuerat effectum sagittarum cupidinis, inter colloquia post vexationem captus oculis & bonitate ingenii pulcherrimæ Gonoris,

(Propert. Eleg. 1.)
—— miserum quem cepit ocellis,
Intactum nullis ante cupidinibus.

34. Gratia gratis data est miraculorum. Didici in Schola Theologica gratiam miraculorum esse gratiam gratuitam & gratis datam, & non semper adhærere hominibus gratificantem aut iustificantem gratiam possidentibus, quam etiam non defuisse Richardo probat Historia Monachi eius precibus liberati à morte in peccato quo Deus peccatores non exaudit. (Ioann. 10.) At enim non inficior occultum Richardi connubium pro bono Reip. postu-

35. *Concubina putata Gonnor quæ fuit vxor in occulto nupta: dubiorũ natalium liberi, Clero inhabiles.*

lantibus proceribus publicè celebratum, negante Clero Normaniæ vel ad Clericatum multò minùs ad Pontificatum admittere Robertum Richardi filium ex illegitimo creditum Matrimonio conceptum Sacrorum Canonum reluctante oraculo, liberos dubiorum natalium Ministerio sacrosancto inseruire, quia lex Domini immaculata, & Sponsa eius quæ in Sole puritatis tabernaculum suum posuit, non vult quantum in ipsa est, maculam aut rugam, vestem illius candidam deturpare. Richardus ergo Gonorem in facie Ecclesiæ sanctæ Conuentu & Congregatione celeberrima adstante, pro legitima vxore non tam duxit quam agnouit, pallio veloq; pudoris

Liberi Richardi suppositi pallio connubij sacri.

aut pudicitiæ suppositis tribus eorum masculis liberis Richardo, Roberto & Malgerio Comite Corboliensi. Ex quibus Robertus Rollonis (in Baptismate dicti Roberti) aui sui nomine reddere incipit in progeniē sua Sanctuario Diuino hunc Pontificem plures daturum in nepotibus, Pontifices, Abbates, Monachos, pro Pontificibus, Monachis & Clericis manu quondam Pagana gentis Northmanicæ occisis, qui pro templis desolatis & spoliatis noua, ampliora, ditiora atque frequentiora rependant. Idem Chronicon cum Gemeticensi, Vticensi & aliis Scriptoribus huic Richardo primo tribuunt initium magnifici Templi & Cœnobii Fiscanensis, ea nunc qua visitur ædificiorum magnificentia & amplitudine architecturæque industrioso labore: cœpit quidem primus & ex bona parte promouit opus, etsi non perfecerit.

36. *Robertus filius Richardi primus Pontifex ex prosapia Rollonis.*

37. *Richardi duo Fiscani structores.*

Quadam die bonus Richardus stabat ad ianuam aulæ Palatii sui quæ è regione erat portæ Occidentalis Ecclesiæ veteris Fiscanensis, postquam translato alio Monialium habitaculo diruto, incolæ loci fuerant Canonici Regulares. Aspecta domo Dei humiliore Ducali, Richardus alter Dauid ingemuit domum sibi Cedrinam & Dei tabernaculum esse sub pellibus, seu mauis excelsum Dominum cuius terra est scabellum pedum eius, submisso tecto venerari; at terrenum Principem pinnacula tignorum habitare sublimia. *Ergone*, inquit, *Domus Dei & porta cæli, in qua Baptizati Christo renascuntur fideles in cælo regnaturi, contempta oculis hominum videbitur & inferior maiestate Palatijs hominum mortalium? viuit Deus cui ego inseruio, ita amplius non erit si me sospitem vita & Deus incolumem seruauerit.* Iubet ergo ampliorem erudérari locum, præparari lapides & cœmenta, ligna dolari, aliáque necessaria perficiédo augustissimo Templo, claustro & ædificiis cum acceleratione præparari, donaria, insuper supellectilem & ornamenta sacra disponi. Omitto cætera quæ Basilicam illam, domos, prouentum, & commendationem Abbatiæ circumstant, & de Monialibus à Fiscanō translatis ad Monteuillarem nobilissimam & sanctissimam Abbatiam, cuius odoratus sum pietatem & virtutem quo tempore Aduētus & Quadragesimæ apud Portum Gratiæ ad ostium Sequanæ conciones habebam. Locus mihi erit dicendi in Historia Sanctorum Regiæ domus Francorum; Monachi sancti Benedicti satis su-

lib. 1. Paralip. cap. 17.

38. *Pietatis sensus in Richardo.*

Præparatio ad necessaria templo & cœnobio ædificando.

pérque de vtraque Abbatia Scriptis ſuis meminere, & ex Autographis locorum multa ſingularia olim deprompſi, & tranſcripſi. Obſeruo autem noſtrum Richardum poſtquam omnia pacificaſſet & Arnulphum Flandrenſem Comitem Hugoni nouo Regi Francorum obedire coëgiſſet ſerio de morte cogitare cœpiſſe, & ſibi

39. *Richardus ſibi viuens facit ſepulchrum, ſingulis implet ſeptimanis frumento pro pauperibus.*

ſepulchrum ex lapide conſtrui curaſſe, ad quod frequentiſſimè accederet, recogitaturus annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ: ſolitus ſingulis ſeptimanis feria qualibet ſexta, illud implere fruméto in pauperum commodum & eleemoſynam, adiuncta cuilibet pauperi & donato pecuniæ ſingulis corollario. Valdricus ſeu Baldricus Dolenſis Pontifex in Epiſtola quam Fiſcani manuſcriptam legi ad Fiſcanenſes, eámque tranſcribere longiuſculam inſtar iuſti libelli non piguit. *Richardus primus*, inquit, *ad extrema deductus, dum ingraueſcente moleſtia, extremam horam imminere cognoſceret, Ducatus ſui*

Conſtituit hæredem Richardum ſecundum.

congregatis omnibus Proceribus, Richardum (ſecundum) filium ſuum vocat, rerúmque ſuarum omnium hæredem & ſucceſſorem conſtituit, &c. Corpus meum, inquit, *intra ſanctam Eccleſiam (Fiſcanenſem) non tumulabitis, ſed extra in ſtillicidio tecti, in communem ſepulturam dabitis: quatenus ſtillantium guttarum ſacro tecto diffluens infuſio, abluat oſſa iacentis, quod omnium peccatorum fœdauit & maculauit negligens & neglecta vita mea*, &c.

Iubet extra Eccleſiam vt ſub ſtillicidio ſepeliatur.

Dudo Decanus ſancti Quintini commodè hic audiatur in vita Richardi, *Richardus*, inquit, *infirmitate grauatus, cilicio indutus, nudo pede petijt delubrum Trinitatis Deificæ (Fiſcanenſis)*

Cilicio indutus, nudo pede in Eccleſia ſumit Euchariſtiã & alia Sacramenta, iterum iubet ſepeliri ſe ad ſtillicidium, ſuſpirat æterna, oculos & manus in cœlũ leuat, Richardus pro ſancto eſt habitus, ex aperto eius tumulo exiit odor ſuauiſſimus: obijt Nouemb. 21. 996.

plura ibi de Donarijs Richardi de ſumpto piiſſimè & cum maxima deuotione viatico & aliis Eccleſiæ Sacramentis viro ſancto ad ſalutem neceſſariis: addit Dudo, *Comes Radulphus*, inquit, *ad eum dixit ſecretiùs, Domine quo loco templi, præparabitur ſepulchrum tuæ requiei (quaſi vellet Radulphus ille innuere non eſſe æquum vt in tumulo iam ante à Richardo extrui curato iuxta templi ſtillicidium ſepeliri) reſpondit Richardus cadauer tanti ſceleris non requieſcet intra aditum huius templi, ſed ad illud oſtium in ſtillicidio Monaſterij. Oculi moribundo corpore languebant, ſed mens Deum cernebat, cupiebátque ſæcula æterna: genæ cunctorum & facies lachrymis complebantur, ille verò ſupplicibus oculis ad cœlum cum manibus eleuatis, vix in vocem prorumpens, ait, In manus tuas Chriſte commendo ſpiritum meum, illicò efflauit ſpiritum ſanctiſſimum.* Plura eo loci de concurſu populorum, & Duci honoratiſſima exhibita ſepultura: ante hæc pauca dixerat Dudo; *Juſtum*, inquit, *ac probabiliter Richardum Normaniæ Ducem Beatum ſanctúmque dicimus, cui omnia dona Euangelicarum beatitudinum reperiuntur attributa.* Quas beatitudines longiori ſermone Decanus ille Richardo noſtro accommodat & concludit. *Inſecuta die*, inquit, *puta eius mortis, veniens Comes Radulphus cum Epiſcopis ad tumulum, reuellens Sarcophagi opertorium, exinde manauit odor ſuauior fragrantia Terebinthinæ & Balſami afflans olfactum illorum, denique conſtruxerunt ſuper tumbam miræ pulchritudinis capellam.* Chronicon

Normaniæ

Normaniæ apertum vult tumulum iubente Richardi filio Roberto Archiepiscopo Rothomagensi, qui morienti Patri non adfuerat: Obiit Richardus primus vigesima prima Nouembris anni Incarnati Verbi nongentesimo nonagesimo sexto: Curauerat ante obitum deferri Rothomagum Corpus sancti Seueri Episcopi Constantiensis: Iis locis quibus corpus de via quieuerat ædificatis Sacellis. Tempore Childeberti Regis Francorum sanctus Ausbertus Episcopus Abrincensis in Monte Tumba (sic dicto ab incolis, quod in modum tumuli ab arenis emergere videatur; ascendens in altum per ducentorum cubitorum spatium) ædificauerat quondam Ecclesiam sancto Michaëli Archangelo post trinam reuelationem ipsi factam in criptæ modum, quæ centum homines capere posset, Clericorum Canonicorum ibi constituto Collegio, quod postea mutatum in Cœnobium Benedictinorum sub Richardo primo Duce Normaniæ, & eius liberalitate auctum & ornatum cum noua Ecclesia magnifico illo schemate quo visitur hodie. Locus peregrinationis celeberrimus accessu Regum & Principum externorum. Glaber Radulphus Monachus antiquissimus Cluniacensium libri tertij Historiæ Francorum capite quarto: *Contigit, inquit, Ecclesiam Beati Michaëlis Archangeli cremari incendio, quæ scilicet constituta in quodam Promontorio littori Oceani maris toto orbe nunc vsque habetur venerabilis, nam & inibi certissimum conspicitur videlicet ex incremento atque decremento lunari, eundo & redeundo processu mirabili in gyro eius Promontorij Remma scilicet Oceani: cuius etiam excrementum maris Malinas vocant: decrementum quoque Ledones nuncupant, atque ob hoc maximè prædictus locus à plurimis terrarum populis sæpius frequentatur.* Guillelmus Brito Armoricus, libro octauo Philippidos de Duce Britonum Guidone inuadente fines Abrincensis ciuitatis.

40. Reueritus Reliquias sancti Seueri.

41. De Ecclesia sancti Michaëlis in maris periculo, aucta & exornata à Richardo Duce, toto orbe venerabilis, de maris incremento & decremento.

—— quos limitat vnda Coëthni,

vbi propè est promontorium sancti Michaëlis quod ibi ingeniosè describitur & fluxus & refluxus maris.

Est locus in medio situs æquore, sic tamen vt non
Æquor ibi semper stagnet, sed quotidianis
Et fluit & refluit vicibus crescente sorore
Phœbi, consuetas seu decrescente per horas
Suscipiens ab ea maiores siue minores
Crescendi motus, & sic locus ille marinis
Fluctibus ambitur nunc, & non littore sicco,
Cuius causa rei latet, atque latebit in omni
Tempore nos quibus est luteis habitatio vasis.

Describitur locus vbi sita Abbatia sancti Michaëlis.

Pluribus ibi ex scientia Astrologica describit Poëta doctè:

Hic summo rupis in vertice schemate miro
Condidit Ecclesiam, deuotio Christicolarum
Angelico monitu sibi quam sacrauit honore,

Perpetuo Michaël Archangelus vt famuletur
Christo, semper ibi Monachorum concio sancta,
Quo vix perque gradus ascenditur, inferiúsque
Pendula villa domos plures & habet speciosas,
Et populi multi satis ampla sede capaces,
Qui locus in cœlum se taliter eleuat, vt dum
Delongè aspicitur, aliud nihil esse videtur,
Ardua quam turris hominum fabricata labore,
Quem soli est comparata sibi diuina potestas,
Et satis Angelicis congaudet tutus haberi
Præsidijs, nullo dispendia tempore passus.

42. Quantum Reipublicæ intersit dari iuueni principi Rectores probos & sagaces.

Ex Historia Richardi ad informationem morum discant qui præsunt Reip. quantum eius intersit iuniori Principi dari bonos Pædagogos, & adolescentiæ curatores: quales curauere Ordines Normaniæ dari suo iuniori Principi Richardo in persona Bernardi Dani Vicecomitis & gubernatoris Rothomagensis, datis illi consodalibus tanti regiminis Anceloto de Briquebec, Radulpho de rupe Tessonis & Osmundo Equite:

43. Principes obliuiscuntur benefactorum facillimè.

Connaturale, quamuis præter debitum naturæ, est Principibus præteritorum facilè obliuisci benefactorum, raríque apud eos gratitudo, si quo modo eum eorum commodo atque vtilitate contendat. Exemplum proposuimus in Ludouico Rege Francorum erga nostrum Richardum, cuius Pater Guillelmus Transmarinum esse fecerat quod erat. Ille tamen in tumulo Guillelmi defuncti horum beneficiorum memoriam sepelierat: non satis potest laudari prudentia & fidelitas Osmundi Equitis erga Dominum dictum Richardum in liberatione eius ex manibus Regis: qui irritatus ex fuga captiui Richardi obtulerat Hugoni Magno Comiti Parisiorum partem Normaniæ, vt in suas partes traheret contra Normanorum Ducem.

Sigeb. in Chronico. Krantius lib. 3. Guaguinus lib. 5.

Conuenere ergo vt coniunctis viribus inuaderent pupilli hæreditatem, ille Caletensem, iste Baiocacensem Præfecturas. Bernardus Danus prudentia insignis vir obuius Regi omnem illi ex parte Normanorum defert obedientiam, & non esse armis contendendum vbi sine cæde & sanguine vbique pro Domino pacificè agnosceretur: nihil Normanis cum Hugone, totos esse sub Ludouico Domino & potestate.

44. Prudentia Normana elusit Regē Francorum.

Victus beneuolentia Rex domum rediit, omnia gauisus sibi successisse præter & vltra spem, iusso Hugone arma deponere. Clam vocatus in auxilium Richardi Haraldus Rex Danorum: Astu cognito Ludouicus aduenit cum exercitu, duo Reges admissi ad colloquium: agnitus in exercitu Francorum contra Normanos Comes Monasterioli Herluinus, ingratus vir, quem suæ dignitati & bonis restituerat Guillelmus Pater Richardi.

45. Ingratitudo Herluini Comitis & Ludouici Transmarini erga Normanos.

Obiectum mouet potentiam, & ira ascendit in cor cuiusdam nobilis Equitis Normani: qui insurgens in Herluinum, *Et tu perfide*, inquit, *dabis mihi pœnas, siccine oblitus benefactoris nostri Ducis cum quo pro te restituendo & restituto nuper militauit*, & ense transuerberatum oc-

cidit. Rumor hinc inde concitauit arma, factus est densus viro vir: Rex Francus captus, eo quo narrauimus modo res gesta: ex quo obseruare est perfidum Herluinum meritas luisse pœnas, & iusto Dei iudicio Regem Ludouicum legem Tallionis passum, vt esset captiuus qui captiuum fecerat Ducem, idque iniuriosè & contra æquitatem: vt discant Principes sibi nusquam profuturas malas artes, generoso Marte agendum & consilio bonorum & prudentum res geri oportere. Hugo Parisiorum Comes affinitatem iunxit cum Richardo, cuius & nepotum ope stirps Hugonis regnatura in Francia; & Ludouicus Rex sui oblitus Lotharingiam dedit Othoni Imperatori: propter quod successores eius exclusi sunt à Corona Franciæ, & data est hæredibus Hugonis in persona Hugonis Capeti. Iusto Dei iudicio punitur.

De Richardo secundo filio Richardi primi Ducis quarti Normaniæ.

CAPVT XVI.

ORDERICVS Vitalis Historiæ Ecclesiasticæ libro tertio; *Anno*, inquit, *Incarnationis Dominicæ nongentesimo nonagesimo sexto, defuncto Richardo seniore, Richardus Gonoritides filius eius successit, & Ducatum Normaniæ triginta annis religiosè tenuit. Hic verò Fontinellense Cænobium [Fontinella idem quod sancti Vvandregisilli: illa in loco editiore, hic paulo inferiùs] quod sanctus Vvandregisilus ædificauit, sed Hastingus dissipauerat, reædificauit, aliam Iudith vxor eius soror Gaufridi Comitis Britonum in honorem sanctæ Dei Genitricis condidit.* Richardus primus moriens reliquit Normaniam valdè diuitem & florentem. Richardus secundus sequutus paterna vestigia pius fuit & generosus: primatiæ dedit fortitudinis specimen, in comprimenda & castiganda petulante turba rusticorum quorumdam, quorum dispendio præiuit nobilioribus nonnullis ne quicquam contra Ducis sui obedientiam molirentur. Huic Richardo frater Guillelmus qui nolebat fraternæ se submittere potestati; quem in bello captum, includi iussit in Rothomagensi turri per quinquennium, vbi deinceps magis edisceret contritionem superbiæ quam exaltationem: elapsus tandem seu corruptione aut vecordia custodum se adeo expertus est miserum in libertate sua, vt non esset qui opitulari vellet rebelli contra bonum Principem: nec erat qui vellet Guillelmum vel auderet hospitio excipere Comitem illum Arquensem profugum. Inhospitem Fratrem Richardus venationi indulgens obuium fortè fortuna habuit. Guillelmus viso Richardo maluit se fraternæ Clementiæ committere quam ab eo

1. Richardus II. filius Richardi Dux Norman.

2. Cœnobium Fontinellæ & sancti Vvandregisilli idem.

3. Principes boni suos subditos ditant.

4. Bono Principi rebelles à subditis derelinquuntur.

5. Clementia Richardi in rebellem fratrem.

fugere: Dux verò collachrymatus viso fratre Comite genibus eius aduoluto & veniam amica & flebili voce expostulante, complexúsque est humilem, in quem prius sæuierat superbientem, admisitque in gratiam, quam iunior prior præuaricatione sua dimiserat.

6. Sorores Ducis Richardi discordiæ faces.

Sorores Richardi Principis discordiarum fuere faces: Maior natu Edebredo Regi Anglo nupta, qui subditis & suis vicinis discolus cum esset, displicebat Richardo Comitatis & beneuolentiæ amantissimo. Ideóque inter eos primum Secretæ deinde publicæ interuenere simultates.

7. Vincitur Anglus in Constantiensi agro.

Anglus appellens in agrum Constantiensem primo conflictu profligatus ad hunc venit vidit & vicit Neellus Comes sancti Saluatoris. Secunda soror Richardi duxit Eudonem Carnotensem Comitem cui pro dote data est portio Comitatus Drocensis, eáque mortua, Eudo negabat acceptam dotem Normano Duci restituere, etsi vxor eius decessisset absque liberis, hæreditate redeunte ad primarium Dominum.

8. Arx de Tuillerijs.

Fugantur Carnotenses quibus dat Richardus pacem.

Ad comprimendam ergo audaciam atque incursus Carnotensium Richardus curauit construi arcem de Tilleriis, Carnotenses verò obsederunt castrum nouum, cuius gubernator inclitus Comes Neellus Anglorum domitor, qui Carnotes ante se fugauit instar agnorum, coëgitque pacem petere à benigno Duce, & ita actum apud vicum de Codreto, per intermediam opem Roberti Francorum Regis. Circa illam tempestatem Olaüs Rex Noruegiæ, de quo infra, dicam conuersus est ad fidem Catholicam Rothomagi baptizatus, in patriam reuersus Martyrium passus à suis subditis adhuc Gentilibus & Paganis.

9. Richardus cogit ipsi Homagium præstare Britanniæ Comitem, qui victus filios suos Richardo commisit.

Tertia soror Richardi Ducis vxor fuit Godefridi Comitis Britanniæ, qui Duci Normano duplici titulo fratri sororio præstare solitum & debitum Homagium negauit. Ingressus ergo vi armata Britanniam eam depopulatus est quaqua pertransiret exercitus. Tum conuenere pro pace, quam Britannus ea lege accepit, vt transiret in terram sanctam militaturus cum Christianorum copiis: qui abeundo filios suos Ioannem & Eudonem fidei commisit Richardi Ducis, cuius res gestæ satis merentur vt ampliori narratione explicentur in laudem & gloriam gentis Normanicæ.

10. Richardus sepelit Patrem suum eius iussu sub Ecclesiæ Fiscanensis stillicidio, vbi filius eius fecit sacellum sancti Thomæ, & vbi Dux miracula fecit.

Baldricus Episcopus Dolensis in longa Epistola (quam iure appellem completum librum) ad Monachos Fiscanenses, apud quos aliquando degens antiquarum rerum studio per dies aliquot commoratus ex manuscripto Codice transcripsi. *Richardus secundus*, inquit, *Richardi primi Patris exequias per multos dies celebrauit, & postremo iuxta iussionem factam in sanctæ Ecclesiæ stillicidio sepeliuit: atque super Patris sepulchrum, in honorem sancti Thomæ Apostoli Basilicam ædificauit, & ibi ad honorem Dei, & ad cognitionem sancti Confessoris, frequenter gloriosa miracula darescunt, & sepulti Ducis intelligentibus merita ostendunt enucleatissime idest apertè.* Chronicon manuscriptum Normaniæ dissidet in anno obitus Richardi primi ab Historico Dudone, qui vult obiisse, anno Christi

1002. 996. M. II. Chronicon vero nostrum. *Post obitum*, inquit, *Ducis Richardi*

primi impauidi cognominati, qui fuit Dux tertius Normanorum, filius
eius Richardus Ducatus titulum assumpsit, anno nati Christi nongentesi-
mo nonagesimo sexto, qui Richardus à vestigijs boni Patris non deflexit; 11.
nec cessit eius fortitudini, Ecclesiam dilexit; equitatem obseruauit, & po- Encomium
pulo suo charissimus fuit. Tres illi liberi, Richardus, Robertus, & Guil- Richardi
lelmus, qui fuit Monachus Fiscanensis. Rodulphus Comes frater vte- secundi liberi eius tres.
rinus Richardi secundi scripto gesta eius posteritati mandauit, ex- 12.
tremum illius agonem mortalis vitæ describens, refert se Richardo Normanus Princeps
morituro dixisse. *Quamuis dulcissimè mi Frater, inquit, atque Sere-* Historiæ Scriptor.
nissime Senior (Gallis Seigneur) *viribus corporis videaris destitui, ta-*
men dum in hac vita te gaudemus amplecti; tuum est de totius Patriæ Verba eius
statu disponere. Quo audito Dux vndique suis optimatibus adsistitis, Ri- ad fratrem
chardum filium suum illis commendando prefecit. Hactenus, inquiens, morientem mors pia
commilitones optimi, vestrę militię prefui, nunc me vocante Deo; & Richardi
morbo ingrauescente, ingredior viam vniuersę carnis, depositurus onus vi- secundi.
tę corruptibilis: fletibus absolutis assensum prębuere voluntati Ducis, at
ille librati sursum oculis, inter verba orationis, plenus dierum spiritum
efflauit. Superaddit Guillelmus Gemeticensis consentanea Chro-
nico Normaniæ in anno decessus Richardi. *Obijt,* inquit, *apud*
Fiscanum Richardus flentibus populis, gaudentibus Angelis nongentesi-
mo nonagesimo sexto ab Incarnatione Domini. Vticensis libro tertio
Ecclesiasticæ Historiæ aliquot lineis tres Duces percurrit Guillel-
mum Richardum primum & secundum eius filium. *Anno Incarna-*
tionis Dominicæ nongentesimo quadragesimo secundo regnante Ludouico 942.
Rege Francorum, fraude Arnulphi Flandrensis satrapæ Vuillelmus
Dux occisus est, & Richardus filius eius, qui tunc decem annorum erat,
Dux Normanus factus est, & inter varios euentus nunc prosperos nunc 54.
aduersos quinquaginta quatuor annis [*computa ab anno 942. & adde* 996.
54. annos, inuenies computum Chronici Normanię & Gemeticensis Hi- 13.
storici, Ducatum fortiter est adeptus. Inter Reliqua bona quę fecit, tria Cæ- Tria Richardus fecit Monasteria, annos 30. rexit Ducatum Normaniæ.
nobia, vnum Fiscani in honorem sanctissimę Trinitatis, aliud in Monte
Tumba in honorem sancti Michaëlis Archangeli, tertium Rothomagi
in honorem sancti Petri Apostoli sanctique Audoëni Archiepiscopi: dein-
de anno Domini nongentesimo nonagesimo sexto, defuncto Richardo seniore
Richardus Gunnorides filius eius successit, & Ducatum Normanię tri- Richardus reædificauit Fontinellam Cœnobium
ginta annis religiosè tenuit. Hic verò Fontinellense Cœnobium, quod san-
ctus Vuandregisillus edificauerat, sed Hastingus dissipauerat, reędifica-
uit: Et Iudith vxor eius, soror Gaufredi Britonum Comitis Cœnobium apud Bernaicum monasteriũ.
Bernaicum in honorem sanctę Dei Genitricis Marię condidit. Aspice in
dies Normanorum pietatem crescentem. De Richardo secundo Eminentissimus Dux
Baldricus Dolensis Episcopus Christiano orbi, quanta potest stili Richardus
contentione, excelsam facit maximi Ducis virtutem, *Suorum Ante-* virtute & famæ claritate; omnibus orbis congregationibus
cessorum claritatem, inquit, *& eminentiam incomparabili actuum nobili-*
tate, precellebat, & offuscabat, suisque Successoribus viuendi imaginem,
imitabilem nullis, compingebat & proponebat. Votiua ferè sacratarum

pijs notus ex beneficijs.

mundi Congregationum fraternitatem exigebat, atque fraternitatis acceptâ sanctis Congregationibus, per annos singulos iuxta propositam quantitatem, magnæ liberalitatis vectigal voluntarius exsoluebat. Tanta sua deuotionis nimietas fuisse fertur, vt ingressus ciuitatem non egrederetur, priusquam totius ciuitatis Ecclesias circuisset Antelucanus [idest ante lucem vt vitaret videntium ostentationem, essetque Dux humilis in abscondito tutus, ne periclitaretur in publico] atque in singulis Ecclesijs sacras excubias celebrans, multarum flumina lachrymarum fundens relinqueret, vbi si casu orantes reperisset, dapsilitatis sua immenso munere replebat, suóque aduentu indigentes multos ad orationes nocturnas excitabat & prouocabat.

14. Plinio Antelucanæ Christianæ vigiliæ.

Richardus in Ecclesijs pernoctans alios præmijs ad orationes animabat.

Richardo secundo soror fuit nomine Emma; quæ Richardi primi filia Historicis valdè est celebris, extátque de ea quidam Codex vetustissimus Anonymi penè contemporanei Authoris inscriptus, *Encomium Emmæ Anglorum Reginæ. Emma Regina*, inquit, *mulierum nobilissima fuit coniux Regis fortissimi Cnutonis, quæ illi peperit inter alios filium nomine Eduardum, qui Sanctis est assumptus. Illa fugiens ex Anglia à facie Tyranni Haraldi, qui regnum in praiudicium liberorum Cnutonis vsurpabat; appulit circa Burgas Flandriæ tempore Balduinij Marchionis, cuius coniux Athala filia Roberti Regis Francorum & Constantiæ. Emma ab illis honorificè excepta, in tanta posita securitate Legatos suos misit in Normaniam ad filium suum Eduardum, qui erat cum suo propinquo Roberto Duce Normaniæ* (filio scilicet Richardi secundi, & cognati Eduardi, & nepote Emmæ) quod obiter adnoto vt discatur cur sanctus Eduardus suum hæredem fecerit Guillelmum filium dicti Roberti Ducis Normaniæ. Chronicon Thomæ Radburni Meneuiensis Episcopi scribit Emmam primò connubio maritatam Ethelredo, & secundis nuptijs Cnutoni seu Cnuto, ex quo posteriore sanctus Eduardus. Guillelmus Pictauiensis libro de Gestis Guillelmi Nothi à sancto Eduardo adoptatum hæredem cognatum suum vult singulariter, quia in aduersitate sua exulem, fouisset Robertus Pater eius, ei omnia necessaria subministrauisset. M.S. Chronicon Normaniæ Richardo laudi vertit, quod prudens esset in indulgentia reis præstanda, & ad pœnitentiam eos attrahendum, comitatis & humanitatis fuisse singularis, quæ innotuit erga Equitem quemdam nobilem negotia habentem in aula Richardi: pransus fuerat in mensa conuiuióque publico Principis, cúmque mensis sublatis coclearia à Magistro domus computarentur, inuentus est defectus in numero: solus Richardus conspicatus fuerat furtum coclearis à paupere illo Equite, & dissimulādo reticuerat, sustinuerátque Equitem de medio se subducere. Vocatum dispensatorem Richardus iubet sciscitari hospitium illius Equitis, & clam suo nomine illi centum libras argenti dare, & hospiti omnem impensam nobilis pauperis solui, (sciuerat enim necessitate cogente, coclear suffuratum, quò sine rubore excedere posset hospitio.) Tulit beneficio eques ille ad se rediens hunc ruborem suum prudentia Principis velatum

15. S. Eduardus Rex nepos Richardi secundi.

16. Athala filia Roberti Regis Fræc. vxor Comitis Flandriæ.

17. Emma & eius filius S. Eduardus. Benignè in Normania excepti exules.

18. Richardus reos ad pœnitentiam trahebat, Comitas Richardi erga pauperem nobilem qui cochlear argenteum subripuerat in aula: qui nobilis & deinceps

considerans, huic liberalem & propensum animum ad liberalitatem eleemosynæ pudorosæ loco substitutam admirãs, obtulit se Richardo, huicque omnibus diebus vitæ suæ humile & fidele præstaret obsequium. *Ita certè generosi animi benefaciendo prudenter & alienum vitium occultant, & sapienter medendo fructum liberalitatis percipiunt amorem intentissimum eorum, quos benefactò prævenerint.* Richardi fama & merita per vniuersum Christianum orbem instar suauis balsami aromatizantis odorem dabant, & effundebantur; sic quod non esset qui se absconderet à calore dilectionis eius & beneficentiæ. Gemeticensis libri quinti capite primo: *Quoniam quidem*, inquit, *dignis titulis præconiorum in precedentibus Christi pretiosissimam gemmam Richardum (primum) Northmannorum Ducem extulimus, & ęterni Regis annulo inseruimus: operę pretium videtur, vt carbunculus ab ipso exoriens, secundam, sicuti in nomine, ita in pręclarissimę ingenuitatis elogio, obsidem teneat. Richardus siquidem eius filius, militaribus triumphis oppidò conspicuus, qui sui fulgoris radios, per diuersos orbis cardines gloriosissimo nomine spargens, plurimis bonorum incrementis, Normanicam penè Patriam vnam Christi insigniuit Ecclesiam. Quamuis sęculari actu foret deditus, totus tamen fuit fide Catholicus, & erga Dei cultores beneuolus ac deuotus.* Sapientia sua repressit concitatam rusticorum coniurationem, quam contra pacem Patriæ moliebantur: factus est arbiter belli pacisque inter Anglos & Danos. Coëgit Robertum Regem Francorum pacem ab eo petere & cum ipso concordare, quem etiam coëgit reddere Castrum Miledunum seu Meledunum Comiti Burchardo dolo malò ab Aulico quodam Regis Roberti nomine Valterio subreptum, Richardus quoque semper Iustitiæ amator, & æquitati fauens adiuuit Robertum Regem Francorum, & auxilio suo opéque bellica fecit pacificum possessorem Burgundiæ: Ducatum cuius Henricus Dux moriens donationis tabulis & codicillo possessorem eo mortuo esse statuerat, quia sine liberis è vita decederet. *Robertum*, inquit, *Francorum Regem Henricus sui Ducatus relinquens heredem, Burgundiones eum fastu supercilij suscipere (Ducem) refutauerunt, sed Landricum Comitem Niuernensem, intra Antissidiorum ad rebellandum submiserant, quos Robertus Rex comprimere festinans, accersito Duce Richardo (secundo) cum exercitu copioso Normanorum Landricum subiugauit, cepitque Audonem Castrum. Burgundia vastata reddita Regi Francorum, positis à Rege per Castella custodibus, Robertum (secundo natu) filium Ducatui subrogauit, & arrogantia repugnantium quassata quieuit. Rex in Franciam, Richardus cum suis rediję in Normaniam.* Historia sacra meminit Sabæ Reginæ quod fuerit allecta fama quæ percrescebat de Rege Salomone, vt videret & audiret sapientiam eius: quidam doctrina celebris Italus, cui Bernardo nomen (cognomen non legi) eadem curiositate illectus legitur in Chronico M. S. Normaniæ, vocátque extraneum illum magnum Clericum id est valdè eruditum, qui videndi Richardum & cum eo colloquendi studio affectus, venit data opera Rotho-

humillimè seruiuit.

Liberalitas generosorum est prudens.

& cap. 12. 14. & 15.

19.

Encomium Richardi secundi sub quo Normania tota esse vna Ecclesia videbatur.

Rebellionẽ rusticorum sapientia sedat; conciliat Danos Anglis; Robertum Regem cogit ad quod iustum, quem alias adiuuit.

Gemeticensis lib. 5. cap. 15.

20.

Henricus Dux Burgundiæ moriens suum hæredem fecerat Regem Robertum.

Burgundiones detrectantes Richardus fecit obedire: Qui Ducatum filio Roberto dedit.

3. Reg. 16. 2. Paralip. 9.

21.

Ex Italia ad visendum Richardum vir eruditus venit vt cum eo colloqueretur.

magum, quam Guillelmus Neubrigensis lib. 2. de Gestis Anglorum
cap. 35. censet vnam esse ex clarissimis Europæ ciuitatibus, vbi Du-

Prudentia Rothomagens. hospitis erga Italum.

22. cem Normanum sedem fixisse audierat: cúmque in hospitio Ro-
thomagi commoraretur sciscitatus ab hospite suo patrium morem
Normanorum, essetne in promptu & facile eum conspicari, & vtrum
extraneo patere posset accessus ad loquendum Principi: hospes pru-
denter aduertens, ne forte in viro Italo subesset aliqua machinatio

Victor & pacificus Richardus viuebat instar priuati & post refectionem ex fenestra respiciebat Sequanam, syluas, prata & transeuntes.

23. aduersus optimum & de Normania bene meritum Principem res-
pondit Richardum ex quo bellis confectis pace quieta fouebatur
vix aut rarò in publicum prodire, qui domesticam deinceps elegis-
set vitam innocentem & velut priuatam: ad quem Italus, num ergo
spatiatur aliquando, & aëris mutando causa rure aut sylua delecta-
tur, aut nunquam amœnitate camporum captus recreatur. Res-
pondit hospes nonnunquam sublatis epulis, & mensis remotis à
prandio apertis aulæ & cœnaculi superioris fenestris respicere fluen-
ta Sequanæ, delectarique visu transeuntium pontem & adiacentes
plagas, prata syluásque ex aduerso Palatij positas circumspicere, &
varietate transeuntium, & agrorum aspectu recreari. Italus conser-
uabat hæc in corde suo, postque aliquot dierum moram, compara-
uit sibi arcum, sagittas & pharetram, diéque Dominica abiit in pla-
team ad aream patentem ante fenestras Palatij Ducalis, quas prius

Italus sibi comparat arcum & sagittam, gyratur ante fenestras Ducis simulat in Ducē collineare: Dux ipsum credidit delirum: iubetur adesse Duci.

24. & maturo consilio obseruauerat, suique hospitis narrationem verò
consentaneam fuisse expertus erat. Pransus fortè erat bonus Dux &
fenestræ posti innixus circumquáque oculos ferebat, viditque ignoti
habitûs hominem arcum manu tenentem, & sagittam arcui appli-
cantem, progredientem, regredientem, ire, redire, & tandem colli-
neare circa Ducem. Aduertens Richardus sagittarium hunc, suasit
sibi prima fronte in Zodiaco stultitiæ oberrantem, credidítque non
esse sub Aquarii sed sub amphoræ signo: iubet Aulicos quosdam,
quos primos aduocauit, protinus ire ad istum extraneum, & sagit-
tarium illum coram se sistere, illæsum tamen & ab iniuria intactum:
*Quid, dixere, hic agis collineator? quis tibi in animum induxit Ducem no-
strum sagittis tuis scopum proponere: veni quantociùs redditurus tuæ teme-
ritatis coram illo rationem*, verbísque ad verbera, pede, manu, feritate
trudunt potiùs quam ducunt, victimam sibi aulicam promittentes
aut saltem ab isto Ludione scenam Italicam aliquam qui fortè ori-
ginem traheret ex his quos Liuius scribit ab Hetruria Romam acciti,
ille Rothomagum, qui saltem solatio Ducis & Aulicorum coram eis

Richardus interrogat Italum, qui mutauit vultum & quis esset, sermone manifestauit.

saltans, *Ludius æquatam ter pede pulset humum.* Ante conspectum
Richardi constitutus Italus ab eo interrogatus quis esset, & vnde cu-
iusve fortunæ, & quo animo ante fenestras Palatii sagittarium ef-
formasset, atque in ipsum visus meditari emissionem, nisi timor pœ-
næ aut Angelus custos Richardi impediuisset. Extraneus habitum
corporis vultúmque immutare ab astantibus iudicatus, Catonem
aut vnum ex priscis illis Philosophis se exhibuit, locutus Ciceronem

qui

qui Stoïcum vultu præferebat, & suadela dicendi, audientibus per auriculas laqueos beneuolentiæ in corda infudit, & in ipsius Richardi animum iniecit, venustate gestus, comitatisque gratia Aulicos in sui amorem traxit, dixitque Duci: *Ego, inquit, sum Italus gente bonorum ingeniorum ferace, eruditionem & scientiam litterarum à tenera iuuentute sectatus, liberalium artium sum, diu est, quod rude donatus. Ætas matura non me occupauit in sagittandi negotio, arma mea, & pharetra sunt libri, si me collineantem inspexisti personatum sagittarium intelligere debuisti, qui ludicrum istud exercere fingebam, quo viderer, inquirerer, & in conspectum tuum vocarer: huc me illexit fama tuarum Virtutum, & desiderium colloquendi Salomoni Normanorum: tu succinis lapis me traxisti, quod si humanitas celsitudinis tuæ patitur, colloquio dignaberis, & otij vestri spero non pigebit. Non credo celsitudinem tuam dedisse in mandatis istis Aulicis, vt me venire iussum iniuriosè haberent, pugnis impeterent, atque vltrò venientem pulsatum vrgerent: ad te magis properantem quam lentè venientem, non enim mimus sum aut ridiculus quispiam, etsi me gesserim eâ mente qua dixi pro sagittario.* Subrisit Richardus, & Aulicis tantisper remoueri iussis, colloquia miscuit cum Bernardo erudito viro, quibus accessit reciproca allocutionis satisfactio: Aduenæ humilitate & sapientia præuentus Richardus: Italo verò admirationi fuit Richardi sagacitas ingenij, responsa prudentiæ, & affabilitas Principi illi innata, nec sua spe frustratum se sensit Italus, itineris suscepti eum nusquam pœnituit. Stipendium oblatum à Principe non admisit contentus educatione sola & necessariis vitæ; rogatu Ducis statuit reliquum dierum mortalitatis in Aula Richardi transigere, cúmque magnificè cum eo ageret Richardus, intra terminos modestiæ semper se continuit. *Hac arte qui sciet vti in Aulis Principum, & Principi, Aulicis & sibi proderit, eritque semper alijs in laudem, gloriam & decus æstimationis.* Aderat quondam Richardo apud Cæsaroburgum seu Chereburgum oranti in Sacello, cui Bernardus supplicem se obtulit: *Quid enim, inquit Dux, Bernarde à me petis quod continuò possim & sine mora tibi præstare: paucis te volo Domine Princeps, Oratorium, inquit, in quo adgeniculatus oras, erit si placet sepultura meæ locus; scio enim quia velox est depositio tabernaculi corporis mei, dignare concedere hanc gratiam seruo tuo, vt subtus terram vbi nunc es adgeniculatus, Bernardi corpus in pace dormiat & requiescat. Etsi rem magnam expostulasses, annuere paratus eram, inquit Dux, lubens volens concedo, fiat tibi sicut petiisti, tu verò postquam ad Deum transieris, frequenter habeto me in tua intercessione.* Non multò post cœpit Bernardus ægrotare infirmitate, qua de hoc mundo transiuit in cœlum: & ita factum, sicut viuens in votis habuerat, Italum secutus non ita pridem Princeps Normanus, cúmque sensisset corporis sibi vires deficere, consilio Roberti eius Fratris Archiepiscopi Rothomagensis aduenientis Fiscanum, participauit diuinis Sacramentis sanctæ Ecclesiæ. Dux autem Richardus æger

Italia bonorum ingeniorum ferax.

25. Richardus Salomon sui eui in Normania.

Italus conqueritur de Aulicis à quibus malè habitus: colloquuntur Richardus Dux & Italus vir eruditus.

Italus respuit stipendium oblatum.

Vixit & mortuus est in Richardi côtubernio.

Hęc ex Normaniæ Chronico M. S.

2. Petri 1.

Bernardus Chereburgi sepultus in Insula Norm.

26. Richardus ægrotat præparat se ad mortem.

eius humilis flagellatio in capitulo Monachorum, se iubet sepeliri cum Patre sub stillicidio.

licet proprio motu venit in capitulum Fratrum Monachorum indutus cilicio: eóque deposito à singulis Monachorum flagello tundi voluit; deductus in dormitorium lectulo iacens cauit vltima voluntate, secutus exemplum Patris sui Richardi primi, vt sub Ecclesiæ Fiscanensis stillicidio inhumaretur, nec multo post animam Christianam reddidit Saluatori, anno Incarnati verbi millesimo vigesimo septimo. Calculus libri quinti capite decimo sexto huic supputationi supponit calculum minus vno anno. *Richardus Dux*, inquit,

1027. Calendariũ Rothom. 1016.

quamuis praecellentissimorum actuum praerogatiua longè latéque claruerat, perspicuus tamen Christi Cultor extitit assiduus, & pauperum Sustentator indefessus: Aggrauato Richardo corporis agritudine, fit luctus intolerabilis; lugebant cateruæ egenorum per compita oppidi Fiscani, pro destitutione sui Patroni & consolatoris, omnibus quę ad Dei cultum pertinere videbantur strenuè dispositis, millesimo vigesimo sexto anno ab Incarnatione Domini hominem exuit, viam ingrediens vniuersę carnis.

23. Augusti. Lugent catervæ egenorum. 1026.

Richardo tres fuere liberi, Richardus, Robertus atque Guillelmus, quorum hic Monachatum induit apud Fiscanum, & inter Religiosos vitæ innocentis laude exemplar fuit, suique mortuus bonum odorem reliquit. Secundus Richardus humile Fontinellæ Cœnobium ex sublimiori loco transtulit in planitiem vicinam, & de nouo construxit mutato loco & nomine, vocauit eum de nomine sancti Vvãdregisilli primi Abbatis Fontinellæ. Piaculum fecisse crederem, & conscientiæ stimularer aculeo, si vtrumque Richardum primum & secundum, Patrem & filium honoris debiti memoria fraudarem, quem illorum corporibus impendit Henricus Pisanus Legatus Apostolicus, titulo Sanctorum Martyrum Nerei & Achilei Cardinalis, multis commendatus Ecclesiasticis Legationibus tempore summorum Pontificum Eugenii tertii, Hadriani quarti, & Alexandri tertii, à quo postremo missus cum potestate Legati à latere ad plura Concilia Gallicana, sub id temporis visitans Fiscanum summi Pontificis nomine: Istius Cardinalis Henrici Pisani inter alios meminit Guillelmus Neubrigensis in Historia Anglicana, edidit post visitationem aut in ipso actu visitationis Diploma de translatione duorum Richardorum, & aliarum sanctarum Reliquiarum: quod Diploma ego transcripsi quando inquisitionis antiquæ desiderio Fiscanum adii, sic autem incipit. *Henricus Dei gratia S. R. E. Presbyter Cardinali titulo sanctorum Nerei & Achilei, & Apostolicę Sedis Legatus, &c. Anno Dominicę Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo secundo, regnante & presente gloriosissimo & Illustri Henrico secundo Rege Anglorum, cum Legatione Alexandri beatissimi Papę tertij in Ecclesia Gallicana fungeremur, vna cum evnerabilibus Fratribus Rothrodo Ebroicensi* (qui aliis Rothrocus, quibusdam Roricus sedis illius secundus & vigesimus Pontifex ex Roberto de Monte in supplemento Chronici Sigeberti, quique postea fuit Archiepiscopus Rothomagensis) & Arnulpho Lexouiensi (qui post sedem annorum quadraginta factus

Richardo secundo tres liberi. Gemeticẽs. Lib. 5. cap. 13. Richardus II. refecit Monasteriũ sancti Vvãdregisilli antea Fontinellæ.

17. Gloria Richardis primo & secundo reddita pro humilitate. Henricus Pisanus Cardinalis edidit Diploma visitationis Fiscanensis.

1162. Sub Henrico II. Duce Normaniæ.

Arnulphus Lexouiensis ex Episcopo Religiosus.

Canonicus Regularis sancti Augustini apud sanctum Victorem
Parisiensem vbi ponè Altare maius ad dextram habet sepul-
chrum, & inscriptionem) & Philippo Baiocensi (vigesimo illius
Cathedræ præsule ex eodem supplemento Sigeberti qui biennio
obiit post translationem de qua agimus) *Episcopis ad Fiscanensem Ec-*
clesiam deuotionis causa accessissemus, & illuc Domino volente venissemus, Tertia
tam de nostro quam de istorũ consilio & auctoritate quinto nonas [idest ter- Martij.
tia die] *Martij sanctorũ Flauiani, &c. Reliquias ex locis in quibus iace-* 28.
bant ad loca digniora, in quibus modo sunt solemniter & reuerenter transtu- Translatio Reliquiarũ
limus, & adhibita celebri executione ac reuerentia, easdem in capsis aureis Fiscanen-
& argenteis, manibus nostris licet indignis cum Laudibus & Hymnis re- sium.
condidimus. Utrorumque insuper Ducum Diuæ memoriæ Richardi An- 29. Sancti Ri-
tiquioris & iunioris ossa in conspectu omnium ad sepulchra illa, in qui- chardi duo
bus modo sunt, ab Episcopis fecimus deportari. Ut qui speciales illius transferuntur corpora
Ecclesiæ fundatores & dotatores extiterant, post Altare maiũs de proxi- duorum Ri-
mo positi reconditi essent eximius. Ibidem narratur translationi mul- chardorum,
tos interfuisse Abbates, & personas venerabiles, nec-non Barones sub Abbate Henrico II.
Normaniæ, cum multitudine copiosa, ad hanc solemnitatem con- Rege ab
uenisse. Hæcque omnia facta ad supplicationem Henrici Abba- Henrico Cardin.
tis (Monasterii illius Ordine quinti) consanguinei Henrici Regis. Legato,
Obserua ex Superioribus Henricum Pisanum Cardinalem Lega-
tum exponere se transtulisse ossa duorum Richardorum, non Fe-
retrum ex plumbo, aut loculum ex lapide, & videri velle signi-
ficare, sanctos illos & humiles Duces noluisse aliam sepulturam
quam vulgarem & communem contemptibilium hominum abs- 30.
que vllo reconditorio aut sarcaphago, vnde & eorum carnibus Humilitas Sanctorum
in fauillam & cinerem redactis sola ossa potuerint transferri. duorum
Corpora enim loculis lapideis aut plumbeis inclusa, vt nunc Ducum Ri-
fit & ab antiquo vsurpatum in sepulturis Magnatum (quod chardorum:
omnia antiquitatis Christianæ monumenta muta licet eloquun- communem habuisse se-
tur) facilè potuissent eorum corpora ossibus adunata & con- pulturam supra dixit
iuncta de loco in locum transportari. Memini me quoque apud Baldricus.
Fiscanum commorantem in quodam prisco Registro, & anti-
quo Chartulario legisse aliquid singulare de hac translatione:
nimirum Henricum Legatum, viso ingenti quodam longo & la-
to lapide, superposito quatuor quadratis minoribus angulari-
bus lapidibus, infra stillicidium portæ Ecclesiæ Fiscanensis ad
meridiem, seu ad dextram partem chori & maioris Altaris fuisse sci-
scitatum, quid magna illa tumba à terra paulò sublata portenderet,
Responsum accepisse hanc fuisse duorum Ducum humilium Richar-
dorum vltimam voluntatem, vt extra templum & sub stillicidio illic
tumularentur: Henricum Legatum dixisse Domini Iesu Christi pie- Luc 14.
tate commotum complendũ in tam sanctis & humilibus Principibus
esse promissum, quo monuit, qui se pro nomine eius humiliauerunt
esse exaltandos, vix sententiam tulerat, petiuit ligones adferri sibi

Effoditur terra à Legato & ab Episcopis, Reliquiæ Richardorũ in Feretris pretiosis, secus Altare maius.

& bidentes quibus terra illa effoderetur, ipse Legatus reuerentiæ gratia prior ligone terram momordit, alij Pontifices bidentibus & sarculis effodere cœpere, Clerici & Monachi vsque dum perueniretur ad ossa & cadauera Richardorum, quorum aperuere sepulchrũ, quo aperto & visis eorum venerabilibus Reliquiis, Feretris aureis & argenteis tum Richardorum tum sanctarum Reliquiarum ex aliis locis templi translatarum sunt per Henricum Legatum repositæ, & per quatuor Episcopos cum Abbatibus & Monachis delatæ secus Altare maius vbi hodie requiescunt, & quas ego eo loci pronus pro eo ac potui venerabundus adoraui. Superbientes Christiani

31. Christianorum hodierna superbia.

erubescant Duces magnos extra Ecclesiam eligere sepeliri & humiles homunciones his comparatos in merito & dignitate conditionis, Altaribus si possent vellet superimponi, vel ad cornu Altaris aut ante Altaria temeraria irreligiosáque audacia sepeliri. Isidorus Hispalensis libro Ethymologiarum primo, & quidam alij minorum gentium Scriptores malè augurantur, cum sentiunt Ecclesias Christianorum angustiores, & amplioris dignitatis solere Basilicas vocari, à Rege Græcorum Basilico, quia ille primus inter Imperatores, & Reges Christianos intra Ecclesiam voluerit sepeliri. Omnes enim sciunt Basilicæ nomen esse Græcum, & significare Regalem domum, quæ Latinis est Regia: apud Propertium de domo Regis Romi seu Romuli.

32. Isidorus Hispalensis impugnatur.

Basilicæ non à Rege Basilico, Basilica idem quod Regia.

Quæ fuerit nostri si quæris Regia Romi:

& Basilicas esse mansiones Regum & Imperatorum ex Festo Grammatico (antiquiore multum sancto Isidoro) libro secundo Ethymologiarum, Oratore Quintiliano in Declamationibus, Iuniore Plinio in Epistolis & Iurisconsultis passim. l. inter stipulationem §. sacram ff. de verborum significatione. l. pediculis ff. de argento & auro legato, & ex Rubrica Codicis de sacrosanctis Ecclesiis, quia Templa sunt æterni Regis Palatia & Archidiacono in cap. non oportet, dist. 42. & perspicuè apud Concilia & sanctos Patres, quorum pars magna vixere & subscripsere Conciliis ante Basilicum Imperatorem. Cuius nominis primus successor fuit Zeno eiusque destitutor circa annum Christi quadringẽtesimum septuagesimum septimum.

Basilicæ Palatia Regis æterni. tempus Basilici Imperat.

477.

33. Imperator Arianus primus sepultus intra Ecclesiam.

Irreligiositas autẽ sepulturæ Laïcæ intra sacratas Ecclesias & Basilicas tribuitur Constantio Imperatori Ariano, dissimili multum Christianissimo & Orthodoxo eius Patri magno Constantino, quorum hic mortuus est anno Christiano trecentesimo trigesimo septimo, ille trecentesimo sexagesimo primo, illáque sepultura Constantii tentata ex suggestione atque opitulatione Episcoporum Arianorum quorum fautor fuerat Constantius impius in vita Princeps Sacrorúmque temerarius profanator, & qui mortuus Basilicam sacram labefactauit. Aliud didicerat à Patre, & aliud præstiterat ipse suo Patri Constantino Imperatori, qui sepultus ante portam seu in atrio Basilicæ sanctorum Apostolorum apud Constantinopolim ex libro

337. 361. apud Eusebium Constantius Imperator multum Patri Constantino dissimilis. Constantinus Imperator voluit sepeliri in atrio Basi-

ſecundo Zozomeni Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & ſancto Chryſoſtomo Conſtantinopolitano Pontifice Homilia 26. in Epiſtolam ſecũdam ad Corinth. *Hic quoque* (intelligit Conſtantinopolim vbi ſcribebat) *Conſtantinum*, inquit, *Magnum filius* (puta Conſtantius) *ita demum ingenti honore ſe affecturum exiſtimauit, ſi eam in Piſcatoris* (*Petri*) *veſtibulo conderet. Quodque Imperatoribus ſunt in aulis ianitores, hoc in ſepulchro ſunt piſcatoribus Imperatores, atque illi quidem velut Domini partes interiores obtinent, hi autem velut accolæ, ac vicini, præclarè ſecum agi putauerunt, ſi veſtibuli ianua illis aßignetur.* Idem repetitur ab eodem ſancto Chryſoſtomo Homilia ſexageſima ſexta ad populum Antiochenum cuius Pontifex fuerat antequam aſſumptus eſſet ad Conſtantinopolitanam ſedem & vrbem Regiam nouam Romam. *Nec hoc*, inquit, *tantum Roma viderit* (*nempè Princeps ſepeliri extra Baſilicas & templa Deo ſacrata, ſed tantum in atrijs templorum Chriſtianorum*) *verum & Conſtantinopoli, nam & hic Magnum Conſtantinum ipſius filius* (*Conſtantius*) *in honore magno cenſuit haberi, ſi pro foribus Piſcatoris Paternum corpus collocaret.*

liciæ ſanctorum Apoſtolorum Conſtantinopoli, piſcatorum ianitor.

34. Romæ Principes ſepulti extra Eccleſias.

35. Concilium Prouinciale Rothomagenſe decreuit de ſepulturis intra Eccleſias.

Concilium Prouinciale Rothomagenſe poſt generale Tridentinum & ex eius Decreto cum ſimilibus habitum Prouincialibus, auctoritate Gregorii decimi tertii Pont. Max. confirmatum; prius congregatum ſub auctoritate Eminentiſſimi Cardinalis & Principis Illuſtriſſimi Caroli Borbonii ſenioris Archiepiſcopi Rothomagenſis Normaniæ Primatis, annuente Diplomate Henrici tertii Francorum & Poloniæ Regis, voluerunt ſancti Patres modum ponere ambitui & arrogantiæ quorumdam Laïcorum etiam vilioris fortunæ, quorum ſuperba deuotio ambit ſepulturam intra Eccleſiæ penetralia, affectátque tumulationem Baſilicarum contemptui ſub ſpecie ſordidæ eleemoſynæ, quam prætendunt fabricæ aut Curatorum commodo verti: ſed ſancta Eccleſia præfert reuerendam paupertatem contemptibilibus diuitiis ſanctuarium ſordidantibus.

Sub ſpecie ſordidi pretij dati Eccleſijs.

Sed putas inuenies fidem in hodierno Catholicorum Iſraël? quamuis imperante Chriſto qui Eccleſiam (ſed Prælatos loquentem) non audierit habendum loco Ethnici & Publicani.

Chriſtiani inobedientes maximè ſunt hodie. Math. 18.

Concludo Richardi Encomia intra ſepta relationis Veromãduorum Decani ſub initium libri primi de Normanorum moribus, quo loci plures verſus & carmina effundit in laudem Richardorum: & alibi de Richardo ſecundo verba faciens eum indigetat magnum, magnánimum, pium, modeſtum, Deum timentem, probum, benignum, bonum, iuſtum, longanimem, prudentem, iuridicum, atque mitem; & extremum claudit agmen Additamentum vetus ad Hiſtoriam Guillelmi Calculi. *Hic comes* (*Richardus ſecundus*) inquit, *multùm ampliauit terris & ornamentis Eccleſiam Fiſcani, quam Pater ſuus Richardus primus ibi etiam erat ſolitus ferè omni tempore Curiam ſuam in Paſchali ſolemnitate tenere, & aliquando in ipſa ſolemnitate ſolebat vnam tinam* [credo eſſe oblongam & latiorem fiſcellam capacem continendi ſupellectilem portatilem quæ veteribus Gallis tina] *plenam textis & thuribulis &*

Encomia Richardi ſecundi.

Qui Eccleſias ampliauit bonis,

Tina.

Oblationes eius pretiosae.

candelabris, & quibusdam alijs ornamentis, & coopertam quodam pallio optimo, ipse & vxor sua ante Altare sanctae Trinitatis portare, ipsámque pro peccatis suis Deo ibi offerre. Ipsa verò die post missas, antequam ad Curiam suam iret, atque cum Baronibus suis comederet, veniebat cum duobus filijs suis Richardo & Roberto in refectorium Monachorum: & praedicti pueri

36\. Richardus & filij eius ad mensam seruiunt Monachis.

adferentes de fenestra coquinae scutellas, sicut solebant Monachi facere, porrigebant Patri suo, & ipse per seipsum prima fercula ante Abbatem, & postea ante Monachos ponebat. Quod cum egisset cum magna humilitate, ante Abbatem veniebat, & sic ab eo accepta licentia laetus & gaudens ibat ad Curiam suam. [Interea Monachi Deo irreuerentes, sibi infruniti conferant gloriam virtutis suae cum contemptu, quem patiuntur in seruitute vitiorum, aliis probro & dedecori, vitiis suis subiecti opprobrium fiunt omnibus & despectio Daemonibus.] *Aliquando verò mittebat de*

gloria sanctorum monachorum, dedecus indeuotorum.

37\. Liberalis Gemetico fuit abbati.

sua mensa Abbati scutellam argenteam plenam piscibus, [nota non carnibus iuxta Regulam sancti Benedicti carnes non permittètem, nisi aegrotis & infirmantibus] *& mandabat ei vt illam retineret atque inde voluntatem suam faceret.* Scribitur quoque eo loci Richardi secundi liberalitas magna erga Gemeticum monasterium opus aui sui Guillelmi Ducis, quique filium suum Guillelmum ab adolescentia obtulit Deo Monachum Fiscanensem ex Calculo libri quinti capite 13. Compello vos Priorem & Monachos Fiscanenses meminisse gloriae & honoris Maiorum vestrorum, qui vos annis & virtutibus praecesserunt: Iudicia Dei abyssus multa, durum est in manus viuentis Dei incidere, recogitate dies antiquos, annos aeternos in mente habetote, vita mortalis breuis est, poena aeterna: labor vitae Regularis orationis suauitate & spiritus Dei benignitate condita facit iugum Dei suaue, & onus eius leue; haec scribo memor humanitatis vestrae & hospitalitatis mihi exhibitae, quando aliquot dies apud vos vestrorum monumentorum inquirendorum & venerandae antiquitatis gratia diuerti, videte albescentes segetes ad messem aspicite Gemeticenses, Fontanellenses, Bercenses vicinos Fratres vestros, & ducentas penè Abbatias Ordinis vestri, ipsámque sancti Dionysii in Francia Abbatiam, quam vtrumque in Ordinem redegit brachium, & ad Reformationem adegit, vobis suadete, vt quod illi fecerunt, faciatis, qui vixerant, sicut viuitis, instar saecularium bona possidentium singulariter, absit vt caetera vitae velim exaggerare, hoc solum dico quod omnes boni & vestri amantes, primarium institutum vestrum vt pro Dei gloria, vestra salute, nostro solatio repetatis, quod vt audio antè paucos annos aggredimini.

Psal. 35. Hebr. 10.

Adhortantur Monachi Fiscanenses reformari.

Math. 21.

Hodie incipiunt reformari Fiscanenses.

De Richardo tertio & Roberto primo (alias secundo respe-ctu Rollonis qui in Baptismate vocatus Robertus) filijs Richardi secundi, successiuè Ducibus Normaniæ.

CAPVT XVII.

RICHARDO secundo successit primogenitus Richardus totius in Ducatum Normaniæ atque dominationis minoris Britanniæ cuius regni breuitas & dierum eius non dedit spatium amplificandi nomen suum, cum specimen daret & bonæ indolis & generosæ fortitudinis, quæ in eo satis probata est, fratrem natu minorem non satis eius mandatis obsequentem, & initio regiminis minus reuerentem redegit in Ordinem cum legitimam malè vellet auctam, non contentus portione hæreditaria, quæ illi successione Patris obuenerat. Richardus meditabatur maiores pennas nido extendere, cum adhuc orditetur Imperii dies, mors consilia eius succidit, deficientibus annis quibus gloriam maiorum adæquaret, aut si posset, superaret. Gemeticensis libri sexti capite primo. *Richardus iuuenis*, inquit, *in Ducatu superstes Genitoris, licet paulisper superuixerit, hæres extitit censura summæ ingenuitatis. Hic in armis bellicis valde idoneus, totus tamen fuit fide Catholicus, & circa Dei cultores benignus & mansuetus: æquo libramine turbas militares moderans, pace gaudens frui continua. Obijt Rothomagi anno ab Incarnatione Domini millesimo vigesimo octauo: Paruulus Richardo filius Nicolaus extitit, qui terrena sorte hæreditatis, vt ipse Deus hic & in æuum sua pars esset, caruit. Nam sancti Audoëni in suburbio Rothomagensi nutritus Monachile iugum diutißimè portauit. Defuncto autem Abbate Herfasto, in regimine Præfati Monasterij successit, quod ferè quinquaginta annis tempore Uvillelmi Ducis Normaniæ & magni Regis Angliæ tenuit. Denique anno* M. XCII. *mense Februario obijt tempore Roberti Ducis secundi, & Guillelmi Rothomagensis Archiepiscopi.* Genealogia Ducum Northmannorum ex veteri Codice manuscripto. *Robertus*, inquit, *Rollo dictus primus Dux, comésque Northmanniæ: Robertus iste genuit Uvillelmum, qui Longa-Spata cognominatus est, quem Flandri dolo occiderunt. Uvillelmus autem de Longa-Spata genuit Richardum senem, hic genuit filiam nomine Emmam de qua natus est (sanctus postea) Eduardus Rex Anglorum: Richardus autem senex genuit Richardum (secundum): Richardus verò secundus genuit Richardum tertium, & Rodbertum: Richardus autem genuit Nicolaum sancti Audoëni Abbatem. Robertus verò genuit Uvil-*

Chronicon Norm.
Krantius *lib. 3.* Nornegiæ

1.
Richardus tertius bonæ spei iunior Dux: mors eius proposita bona succidit, qualis fuerit Richardus tertius.

2.
Nicolaus Paruulus filius tertij Richardi, anno 1028. Abbatia sancti Audoëni in suburbio Abbas annis quinquaginta alijs penè lx.

3.
Genealogia Normaniæ Ducum.

lelmum Nothum, qui post mortem (sancti) Eduardi transfretauit in Angliam anno Domini M. LXVI. *regnumque obtinuit iure hereditario, quia eius atauus Richardus senex fuerat, cuius Emma filia Eduardum Regem genuerat.* Ordericus Vitalis libro tertio Ecclesiasticæ Historiæ: *Nicolaus*, inquit, *Richardi tertij Ducis Normanorum filius, à puero Fiscanensis Monachus Cœnobium sancti Petri Principis Apostolorum in suburbio Rothomagensi ferè sexaginta annis rexit, miræque magnitudinis & elegantiæ Basilicam cœpit, in qua corpus sancti Audoëni eiusdem vrbis Archiepiscopi, cum multis aliis Sanctorum Reliquijs requiescit.* Idem libro octauo de eodem Nicolao Leuita & Abbate S. Præsulis Audoëni tertii Richardi Ducis filii, quem ex multa benignitate & charitate aliisque virtutibus florentem commendat, ipsumque vixisse vsque ad quartum annum post mortem Guillelmi Regis consobrini sui effulsisse. *Hic*, inquit, *compellente Roberto Duce Patruo suo puer Monachus in Cœnobio Fiscanensi sub Ioanne Abbate factus est. Sed post aliquot annos à Duce Guillelmo ad præfatæ regimen Abbatiæ in adolescentia assumptus est. In regimine verò positus subiectis intus externisque magis prodesse quam preesse studuit. Et postquam adorato in Hierusalem sepulchro Domini remeauit (fortè comes fuerat Patrui sui Roberti in illa peregrinatione cum Drogone Comite Vulcasini, quinquagesimo sexto regiminis sui, anno quarto Calendas Martij, seu vigesimo sexto Februarij) obijt, & Ecclesia sancti Petri Apostoli quam ipse à fundamentis cœperat ante Altare sanctę Dei Genitricis Marię sepultus, esse meliùs in resurrectione exspectat. Super ipsam structura de lignis pulchrè depictis condita nitescit, cuius in culmine Mauritius Cœnobita huiusmodi Epitaphium litteris aureis eleganter inseruit.*

4. De Ecclesia S. Audoëni Rothom. 1092.

5. Nicolaus Abbas sancti Audoëni filius Richardi tertij Ducis.

Studuit prodesse & præesse, Nicolaus Abbas in Hierusalem peregrinatus obijt 26. Februarij. Sepultura eius in Ecclesia sancti Audoëni.

Hic amor & pietas Monachorum flos & honestas,
Deponens artus Domino viuit Nicolaus,
Rexit amore gregem: quam cernis condidit ędem,
Hęc lux occubuit dum pisces Phœbus adurit.

Ex Calendario Rothomagensi & Archiuis Abbatiæ sancti Audoëni ad vrbem: vigesima quinta Maij anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono Templum sancti Audoëni structura mirabili cœptum ædificari à Venerabili Patre Domno Fratre Ioanne Roussel Mardargent Abbate, ope & consilio magnifici Principis Caroli Comitis Valesij Fratris Philippi Pulchri Regis Francorum, deinde & schemate est penè perfectum ea operis magnificentia qua hodie visitur: dolendum tamen faciem tam pulchræ Basilicæ indecoram relicta maiore porticu ingressus potioris imperfecta. Idem Ordericus libro tertio: *defuncto Richardo Gunnoride* [idest secundo filio Gunnoridis] *iuuenis*, inquit, *filius eius successit, & vix anno vno & dimidio Ducatu potitus est: deinde Robertus Frater eius, Principatum suscepit Normanię, & septem annis & dimidio tenuit insigniter, Patrumque suorum sequax Abbatiam Cerisiasensem instaurare cœpit.* Chronicon

25. Maij 1319. cœpta noua Ecclesia S. Audoëni quæ nunc stat: frater Ioannes Roussel Abbas fecit ope Caroli Valesij Regis Comitis fratris Philippi Pulchri.

6. Richardus tertius anno vno & dimidio

con M. S. Normaniæ & supra laudati Auctores Richardum tertium mortuum ferunt cum veneni suspicione, quia morbo correptus est inter epulas prandendo, sepultúsque est ante Altare Maius sancti Audoëni Rothomagensis in Ecclesia ab eius filio Nicolao ædificata: Robertus autem frater Richardi successit Ducatui, & virtutibus Maiorum suorum, quibus in multis præluxit. Nam claruit virtute bellica, per quam bis sibi rebellem Vasallum suum Alanum Comitem Britanniæ, & præstare ipsi Homagium renuentem in ordinem redegit, domitis Britonibus, & copiis eorum fugatis: armis iunxit pietatem, inseruiebat enim leprosis, & ne populus damna ab Officialibus suis pateretur per extorsiones indebitas in reddendo iure, illis duplicauit solita stipendia ex fisco suo & ærario publico, ne grauarent subditos eius nomine iustitiam administrando; Abbatias multas restaurauit, & auxit censu & prouentu. Oblata occasione liberalitatis officia nunquam prætermisit, prudentérque dona sua conferebat, ne liberalitas liberalitate perderetur, aut ab accipientibus malè vtendi materia sumeretur. Non silentio celanda illa largitio quam fecit cuidam Comiti in solemni Festi officio ad manum non habenti, quod ad exemplum sui Principis & consimilium procerum ad oblationem deferret, sportulæ quippe eclipsim, & defectum prænoscens circa tempus offertorij secessit in locum remotiorem pedem retrahens à Choro & à Conuentu aliorum, quem à longè respiciens pudore suffusum Robertus Dux, aduerténsque ingenuum pudorem, compassus inopiæ eius, secreto ex crumena sua extraxit centum florinos seu numismata argentea per fidum & prudentem Equitem Achatem & Lateri Ducis adsistentem, quos aulico daret ad manum sub pallio, Ducis nomine, ne pecuniæ carentia in solemni Festo inglorius secederet ante ora conspectúmque cæterorum aulicorum, & aliquo dedecore notaretur. Munus à potentiore & quidem Domino suo cum honore transmissum honoratius impendit pauper munificus, nam centum illos argenteos accedens ad offertorium, exhibita prius Duci reuerentia, nihil cunctatus obtulit, & qui oblationibus recipiendis constitutus erat, miratus est tantam largitatem, quam aliud agendo ab equite factam reputans: peracto officio accessit ad eum & chlamyde vellicata dixit: *Bone Domine nunquid deceptus es in oblatione tua? non enim moris est, & insuetum nobis vt vnus eques centum florinos vna oblatione mittat in gazophylacium.* Respondit liberalitatem hanc Deo & Duci accepto ferendam, quia paulo antequam accederet, dono eam accepisset, vltro non distulisse reddere Deo à quo omne donum tanquam à Patre omnium mortalium. Itaque conscium me scito & non incautum fuisse largitorem, & abundantiorem futurum si Deus plura largiretur facultatem donandi. Rescivit Robertus Beneficiarij sui liberalem & ingenuo dignam retrocessionem ab homine in Deum ne ergo vinceretur à pauperiore, centum alias libras curauit elargiri

[Margin notes:]
regnauit.
Robertus I. Normaniæ Dux.
Richardus tertius sepultus in æde sancti Audoëni.
7. Roberti Ducis virtutes.
Krantius lib. 3. cap. 26. Chron. Normaniæ. Gemetic. Lib. 7. cap. 7.
Liberalitas eius prodēs collata pauperiori Aulico, pedem ab offertorio diei solemnis retrahenti.
8. Donum acceptum cum honore honoratius impēditur oblatio pauperis nobilis munifica: & honorem deferens suo largitori.
9. Robertus Dux pauperi liberali.

iterat largitatem. *Actuum Apost. 20.* Prudens liberalitas. *Gemeticensis lib. 6. cap. 3.*

Aulico à domestico suo impendendas. Hæc virtus creuerat cum Roberto in qua adoleuit, vixit, & cum ea mortuum referemus, qui didicisset à Christo *Beatius magis esse dare quàm accipere* : eaque animi modestia & candore dona conferebat, vt accipiens non erubesceret, qui sciret insuetum esse Duci quodcunque benefactum exprobrare.

10\. Sella equina dorso victorum imposita.

10\. Rigidum valdè se exhibuit contra Rebelles, submissis beneuolus. Guillelmus Comes Perticensis quatuor filiorum nixus potentia ausus in Robertum Ducem insurgere : Dux obsessum Alenconii coëgit vt genuflexus veniam nudus pedes postularet, Sella equina iuxta

11\. Roberti Ducis virtutes.

11\. morem illius æui dorso suo imposita, ex duobus filiis vno cum deprædaretur occiso, aliis fugatis, eorum pater dolore occubuit. Robertus Dux benignus, erga Dei cultum pius & deuotus, sed in primor-

12\. Dissuasus Dux dirigi ab Archiepiscopo agnoscit erratum.

12\. dio imperii & regiminis sui suspectum habuerat Robertum Patruum suum Archiepiscopum Rothomagensem cuius ergo iram declinans ad tempus discessit Rothomago, & ad pientissimum Principem Robertum Francorum Regem diuertit, vt ad Ecclesiasticorum fautorem & protectorem. Dux verò postmodum cognita quo-

13\. Laïci solent inuidere Ecclesiasticæ auctoritati & odisse magis eorũ potentiam quam Hæretici doctrinam.

13\. rundam Aulicorum dignitati Ecclesiasticæ inuidentium malitia, & consiliariorum inuidia : quibus vt bubonibus splendor Leuiticus luscam pupillam lædit: *Solent enim nonnunquam & vt plurimum Laici qui ne quidem in rebus cælestibus submittere se volunt, in gestione temporalium acerbo animo ferre Ecclesiasticum regimen, & Prælatos sacróque caractere insignitos intra cancellos rerum spiritualium coarctare.* Videásque sæpenumero, plures qui se Christianos iactitent, iniquiore odio

14\. Reuocatur Archiepisc. & rebus agendis præficitur quod fœliciter cessit Duci.

14\. prosequi auctoritatem Sacerdotum, quam Hæretici persequantur doctrinam Catholicorum. Perpendens ergo Dux Robertus improborum astutia se egisse inconsultè; & minus confidenter cum Patre suo spirituali Reuerendissimo Archiepiscopo, illum ex Francia amicis litteris & honorifica legatione reuocauit, & in pristinum honorem restituit; & in omnibus negotiis cõsilio eius vsus est, & bene illi

15\. Robertus Archiepisc. Rothomag. qua occasione causa fuit conuersionis Olaui Regis Noruegiæ.

15\. accidit, quem fidelissimum consultorem expertus est. Sanctus Olaüs vulgo Olaph Rex Noruegiæ, & Martyr, ad fidem Catholicam conuersus est opera supradicti Roberti Põtificis Rothomagẽsis: vocatus fuerat Olaüs à Richardo primo Duce in auxilium contra coronæ suæ rebelles Britones Rolloni Patri eius datos in subsidiarium feodum Normaniæ à Rege Francorũ Carolo Simplice, & in Normania moram traxerat: sed alio eius conuersionem trahit Ioannes Magnus

16\. Explicatur Ioannes Magnus Gothus, & corrigitur. Olaüs vocatur Robertus in baptismate nõ Iacobus.

16\. Gothus, natione Vvandalus, primus Archiepiscopus Vpsalensis, sed fallitur, quando cooperationi Mildredi Anglorum Regis conuersionem illam adscribit, nisi fortè velit Regẽ Maldredum suscitasse Robertum Archiepisc. Rothomagensem, aut suasisse Olao vt tanti viri foueretur docto pióq; alloquio. Idẽ Magnus fallitur scribẽs Olaum in Baptismate Iacobi nomẽ accepisse, nam Annales Normaniç in qua hæc gesta sunt, & vbi patriæ res gestæ magis notæ quam exteris absentibus, disertis verbis contestantur fuisse appellatum Robertum,

in memoriam puta Rollonis Ducis sic denominati in Baptismate & propter cathechizantem & baptizantem Robertum Archiepiscopum. Et in alio negotio merito Ioannes Goropius Becanus in Antiquitatibus Antuerpianis arguit oscitantiæ & neglectioris narrationis dictum Ioannem Magnum suum contemporaneum,& cum quo Romæ aliquando conuersatus,hominem percunctatus quid sciret,& quantum eruditione valeret,& minus diligentem comperit in rebus tractandis,quas manu versaret: Hinc est quod *Scriptori cuicumque propositum esse debet non quàm multa, sed quàm multùm maturè scribat.* Adamus Bremensis Ecclesiæ Canonicus libro secundo Historiæ Ecclesiasticæ cap. 47. viuebat multis sæculis ante Ioannem Magnum circa annum Christi MXLVII. conuincit quanti momenti fuerit Olaüm Deo fuisse lucratum, quem omnes populi Septētrionales venerarentur. Normani Sueui, Sembrij, Dani, Sclaui, & alij Oceanum illum incolentes. Passio sancti Olaui adnotatur ad annum Christi 1028. à Ioanne Molano ex vitæ Olaui Scriptoribus,quos vir ille diligentissimus non ignorauit in suis ad Martyrologiū Vsuardi Additionibus, quod tempus conuenit temporibus Richardi secundi filii primi, & fratris Roberti Rothomagensis Archiepiscopi: Ioannes Dadræus Doctor Theologus Rothomag. Ecclesiæ bene meritus Canonicus & Pœnitentiarius in Chronico Archiep. Rothomagensium in Roberto illius sedis quadragesimo tertio Pontifice, quem promotum scribit anno Christi nongentesimo octogesimo nono sedisse quadraginta octo annis,quę omnia concurrunt Historicæ veritati. Robertus Cœnalis Doctor Parisiensis, & suis virtutibus ad Episcopatum Abrincensem promotus libro secundo de re Gallica,laudat Robertum Ducem Normanum,quod ab ipso regni exordio re & opere probauerit se virtutum esse & futurum studiosissimum:eius pietatis opus est Abbatia Cerisiacum S. Vigoris quam amplissimis donariis honestauerit,& prouentu magno stabiliuerit,confirmāte & applaudente Papa Ioanne 20. Orderico lib. 3. est Cerasiacensis Abbatia alias de Cerafeyo in diœcesi Baiocensi, Claudius Roberti in Diuione, vbi Iarentone 47. Abbate S.Benigni locum in quo ædificatum Monasterium S. Vigoris Prioratus pręter Abbatiam extra vrbem Baiocensem seu Baiocas appellari Montem Chrismatis: errauit autem Claudius scribens alibi Robertum dotatorem fuisse fratrem Guillelmi Ducis, debuit scribere Richardi tertii Ducis. Laudabilem dico in eo semper fuisse, quod summopere curauerit digniores & capaciores Prælaturis & beneficiis præfici Ecclesiarum, qui otia sua diuerteret leprosis languidis & pauperibus iuuandis, quibus necessaria subministraret, ipse inseruiret & solaretur. Prudentem se probauit, rude aulica & togata donatos Magnates in veneratione habendo, & amore præueniendo, suo & publico seruitio eos mancipando. Ipse igne amoris diuini succensus, contemptui cœpit habere pompam & vanitatem sæculi, & cogitare serio de constituendo hærede

[Marginalia: Ioannes Magnus negligens Scriptor. — Adamus Bremensis Ecclesiast. Henricus. — 1067. — 18. — Magni fuit momenti conuersi Olaui regis, qui fuit factus Martyr 1028. — Robertus Archiepisc. 989. sedit 48. annis. — 19. — Abbatia Cerisiaci Roberti Ducis opus. — Roberti Ducis virtutes.]

& successore suarum facultatum, & quomodo filium suum Guillelmum hæredem pacificum relinqueret vniuersorum. Consilium quippe apud se inierat peregrinationis Asiaticæ ad loca sancta Redemptionis nostræ mysteriis & sanguine Christi illustria: plenúsque confidentia credidit de alio, quod ipse alteri facere vellet. Sciens porro deuinctum Regem Francorum Henricum primum sua ope ipsi restitutum & suis armis in regno, vt alibi probaui, ad illum deduxit filium Guillelmum benignè rogans, vt octennem (pupillum absentia Patris futurum) in Regiam familiam admitteret, & sua protectione fouere dignaretur, esséque illi in Patrem voluntati eius commissum, quem obligatum experiretur omni tempore fidelissimum suo supremo Domino clientem & Vasallum. Bonus Princeps

20. Robertus ante peregrinationé dimittit offensas.

obtinendæ à Deo Indulgentiæ peccatorum gratia meditabatur longam illam à Patria deportationem: qui verò didicerat à Christo volenti sibi dimitti esse dimittendum (Matthæi sexto & Lucæ vndecimo) ex qua dimissione sequeretur obtentio panis quotidiani, eumque pane quotidiano indignum iudicari, qui antè panis accepti debitor Deo aut reliquator, imprudenter ab illo petierit quod proximo negauerit? & donato qui malè vtatur qua fide esse poterit erga alium. Robertus ergo Dux Normaniæ impetraturus sua peregrinatione delictorum veniam, & gratiæ diuinæ panem quotidianum, Offensiones (quæ Matthæo cap. decimo octauo dicuntur ὀφειλήματα Lucæ vndecimo ἁμαρτίαι seu debita) Alano Comiti Britanniæ indulsit & præteritam rebellionem. Sopitis omnibus aduenere in Curiam Roberti à Chnunto Rege Anglorum legati nuntiantes illum medietatem regni Anglici velle dare filiis Edelredi Regis. Idcirco Dux ad tempus intermisit naualem expeditionem, & negotio illo quanta potuit celeritate ad finem perducto, intermissum consilium resumpsit; cogitans enim apud se pereuntis mortalitatem vitæ, & labiles dies Principum, & repetens sacra verba quæ pronuntiauit Christus Lucæ sexto, *Væ vobis qui habetis vestram consolationem*, elegit magis pauper Christi fieri, quam gehenna ignis in futura vita torqueri. Principes solent peccatis indulgere, rarò ad pœnitentiam redire. Exemplum pœnitentiæ sumant licet in Duce Roberto, qui ex amore illicito Guillelmum vnicum naturalem filium hæredem futurum habens (qui ideo perpetuum cognomen Nothi tulit) quo sibi propitiam conciliaret diuinam Clementiam, & benedictionem cœli super filium in iniquitate conceptum, sed piissimè & sanctissimè educatum, & sub tutela sapientis Regis Francorum positum, vouit peregrinationem ad sancta loca. Ante verò quam abiret, Robertum Archiepiscopum Rothomagensem cum Optimatibus Normaniæ conuocauit, quibus exposuit velle se Hierosolymam petere, quo dicto sensit omnes attonitos insoliti propositi, posuerèque ob oculos Roberti Principis, quanta mala nascitura ex eius absentia, Patriam periclitaturam? *Nolite*, inquit, *reluctari*,

Gemeticens. lib. 6. cap. 10. 11. 12. & 13.

21. Edelredus Rex Pater S. Eduardi ex Emma.

Luc. 6.

22. Principes ad peccata faciles, difficiles ad pœnitentiã: Robertus Dux pœnitentiæ exéplum & exemplar. Deus ex malo bonũ educit: conuocatis Ordinibus proponit suam peregrinationé.

vota mea Domino reddam in conspectu populi eius : vnum vos rogo & obtestor agnoscatis filium meum Guillelmum in Ducem & Dominum vestrum, & Principem Normanorum militiæ: factum, dictum: promissáque & reddita puero Guillelmo obedientiæ obsequia.

Psal. 21.

23. Guillelmus eius filius in Ducem agnoscitur.

Dispositis rebus vltimum & amabile dixit vale dilectis subditis suis super colla plurimorum procumbens, & osculans eos dolentes in verbo quod dixerat illis, *quia faciem eius non essent amplius visuri*, & præcipui de populo deduxerunt eum multam viam, quam non est aggressus, nisi postquam benedictione Patrui sui Roberti Archiepiscopi Rothom. confortatus est, & cum nobilissimo comitatu iter sanctissimum suscepit.

Robertus dicit vale subditis, benedicitur ab Archiep. Rothomagensi.

24. Sarcinæ in via præibāt; Robertus nudus pedes cum suo baculo per campos ambulabat in vrbibus & vicis calceatus.

Ex Chronico Normaniæ illud disce singulare, quod progrediendo viam iubebat sarcinas præire, ipse cum baculo peregrinationis per campos pedes, & quidem nudus ambulabat, calceatis caligis suis ad introitum vicorum & vrbium. Cumque semel introirent ciuitatem quandam Burgundiæ, comitatus propè Vesuntium, miles vnus ex custodibus portæ, instigante Diabolo, stimulo pupugit Robertum Ducem in scapula tanto impetu, quod alioquin robustum virum Ducem vacillare fecerit, Christi peregrinum, ex dolore inopinato.

Stimulo vnus extraneus Ducem fixie & vacillare fecit.

Aduertêre & conscii fuere quidam propè adstantes Normani, insolentiæ custodis militis, & murmure subsecuto, qui sequebantur citò aduolantes, & qui præibant retrogredientes canem hunc, innocentem Principem aculeo plusquam dente mordentem, parabant cæsim punctim per particulas minutum in aëtem proiicere discerptum Burgundionem, adhuc latrantem contra sydus Normanicum, nisi alter Dauid Robertus in fortitudine sua mansuetus prohibuisset illos, dixitque Drogo Gisorti comes seu Vvlcasini ad Robertum: *Mormordit canis hic pietati mortuus Dominum meum Ducem? vadam & amputaba caput eius : & ait Dux ad Drogonem & ad astantes Nobiles, dimittite eum vt maledicat si vult, & iterum me pungat: permittit enim Dominus, vt qui carnis stimulis obediuit, in carne stimulum hunc passus sit : vetuitque agi verbere, plaga aut flagello contra petulantem istum Burgundum, professus* (inquit Chronicon) *se præferre acceptam illam iniuriam, & æquo animo pro Christo toleratam, & paruam suorum peccatorum intuitu contumeliam, potiori ciuitatum suę Prouincię Normanię.*

Normanos hunc interficere volentes Dux prohibuit.

2. Reg. 16.

Robertus amore Dei patienter iniuriam tolerauit.

In dispari casu Diuus Thomas Aquinas, si, inquiebat, sibi daretur optio ciuitatis Parisiensis & Homiliarum sancti Chrysostomi in Matthæum, posthabiturum Regiam ciuitatem operi aureo Doctoris sancti.

25. Robertus Romæ veneratur Papam Benedictum octauum. Constantinopolim ingreditur super mulā

Emensus multa spatia milliarium Robertus Dux Romam peruenit, Apostolicos pedes Benedicti octaui (alias noni) humiliter osculatus est, & ab Apostolica benedictione cum comitibus auctus, Cruce cum illis signatus est. Romæ verò visa Constantini Magni equestri statua, suarum clamydum aut paludamentorum pretiosissimo cooperiri iussit illam venerationis ergo. Post longos viatum labores & pericula appulit Constantinopolim, nouam orientis Romam, ingressurúsque vrbem

cum calceis ex auro solido sed vix hærentibus vt spolia essent cuiuis de populo.

mulam suam cui equitare volebat, iussit calceis aureis muniri sed pensilibus, vt suppedanea aurea progressu pedes nudos relinquerent, & populus spolio aureo gauderet, iactura ex industria procurata, vetans vllum ex comitatu suo solo iacentia ista pretiosa calceamenta leuare. Iussit quoque omnibus Nobilibus & asseclis comitatus sui vt quibus palliis introëuntes Palatium Imperatoris Constantinopolitani tecti apparuissent, exeundo ex scapulis suis in terram demitterent in commodum Græcorum, quibus damnum duplo redditurum promiserit & promisso stetit pro more suo. Obstupuere Græci in occiduo Principe Normano oriri nouam, & nondum huiusmodi visam inter suos Principes liberalitatem, in Roberto Constantinum renascentem, & ab Imperatore in Ducem transmissam munificentiam, miratique sunt Ducis Normanorum (qui vnica Galliarum continentur Prouincia) longè superare Imperatorum Constantinopolis, & Trapesuntinum splendorem & impensam.

26. Dat Aulicis pallia omnia suorum Nobilium.

27. Orientis Imperator vincitur à Roberti Norm. Ducis liberalitate.

Quo ergo Imperator Michaël Orientis vicem aliquam Roberto magnifico rependeret, edito publico vetuit, ne quisquam mercedis aut præmii loco acciperet à Duce Normano aut comitatu eius pro quacumque impensa ab eis Constantinopoli facta: liberalitatem hanc maiore liberalitate peruicit peregrinus hospes, nam nolentibus ex commutatiua iustitia agere, compulit distributiua plura relinquens computare expensas recusantibus quam si ex pacto conuento, aut licitatione compensari voluissent.

28. Exclamant Græci in Normanorũ Laudes, discedunt post mutuos amplexus.

Hinc subsecutæ auarorum Græcorum proclamationes & auditę exclamationes Constantinopolitanæ Laudum & aggratulationum in gentem Normanicam liberalem, quæ extra solum patrium alienas Gazas tantum abesset vt subriperet, quin benignè hospitio admittentes donis cumularet. Post mutuos amplexus Michaëlis & Roberti, Græcorum & Normanorum, discessum est ab vrbe Regia Orientis capite à peregrinis aspirantibus Hierosolymam. Hactenus pedes fuerat (nisi aquæ aut maria occurrerent) per semitas iustitiæ & sanctæ peregrinationis Robertus, quem cum molestiæ itinerum cassum & lassum fecissent, conduxit Æthiopes veredarios, & alternantibus vicibus gestationis, Roberti baiulos & delatores quaternos, & quaternos ex esseda & sella gestatoria: cui gestandæ vicissim suis sibi temporibus oneri ferendo succederent.

29. Robertus de via cassus gestatur à baiulis Æthiopibus veredarijs essedæ eius.

Appropinquat Hierusalem: obuius nobilis peregrinus Normanus Roberto. Ducis lepidum dictum ad Regem

Dierum paucorum itinere iam proximus erat Dux Normanus vrbi sanctæ Hierusalem, quando de via habuit occurrentem Equitem nobilem Normanum sibi notum peregrinum in Franciam redeuntem. Ille, reddito venerationis obsequio Domino suo, quæsiuit supplex, si quid haberet illi dare in mandatis renuntiandum charissimo filio & subditis suis: *meo*, inquit, *nomine salutatos iubeo, rémque mihi gratam feceris, si Prouinciam subieris adeundi Dominum meum Regem Francorum Henricum, apud quem filius meus Guillelmus educatur & instruitur, cui post honoris ex me exhibitam reuerentiam referes in eo quo sum statu vidisse proficisci in paradisum sanctæ*

ciuitatis Hierusalem, delatum à quatuor Diabolis & Dæmonibus, alludebat nimirum ad quatuor infideles Æthiopas Sellæ qua gestabatur baiulatores. Verba hæc subridendo dixerat Robertus, & ad risum mutuum equitem & adstantes exciuit; nec vacuum dono & viatico dimitti passus onere legationis suæ leuiorem & gaudentem. 30.

Habetur piæ pœnitentiũ lachrymæ exultationem.

31. Vidit tandem pius Dux diu optatam atque sollicitè desideratam Hierosolymam, cui appropinquans conspicatus extra pomœrium eius, immensam pauperum peregrinorum humi iacentium copiam, quia singuli eorum non haberent in sportula nec ad manum nummos aureos vectigales capitatim Christianis à Sultano impositos, volentibus admitti intra sanctam ciuitatem, & ad loca sancta visitanda. Corde sensit dolorem Christianus & deuotus Princeps: *Ergóne*, inquit, *defectus nummorum ab optato peregrinationis votó reuocat vos.* Ploratum audisses & eiulatum Christicolæ turbæ desolatæ, collachrymatus est & ipse Robertus, qui dolentibus condolebat, & patientibus etiam compatiebatur: *Bono*, inquiens, *estote animo, pusillanimes nolite timere, misit me Dominus Iesus Christus Rex noster vestrum fieri consolatorem, de sub cuius omnium bonorum largitoris pede fons viuus emanat eleemosynæ, vt me corona participem vestræ faciat, qui dedit vobis posse succurrere dedit & velle.* Soluit ergo ex marsupio suo propria manu viritim quotquot fuere nummi necessarii, vicitque custodium Saracenorum animos immites donorum profusione, & comitate sua ad benignitatem inclinauit. *Eia ergo milites Christi sursum*

Robertus fit proxim⁹ Hierosolymæ, vbi extra vrbem videt copiã pauperum iacentium peregrinorum, defectu nummi vectigalis persoluendi: plorant miseri, compatitur Dux & pro omnibus soluit: & solatur singulos flens cum illis.

Ex Actis S. Clementis Papæ fit allusio.

32. *corda leuate, & corpora, iam tempus est de torpore vestro surgere, quia vobis est propior locorum sanctorum aperta porta salutis quàm cum credidistis. Lætatus sum in ijs quæ dicta sunt mihi in domum Domini ibimus, stantes erant pedes in atrijs Hierusalem. Vos ô charissimi Ca-*

Immites Saracenos donis vicit.

Rom. 13.

Psal. 125.

33. *tholici estis meritorum communione ciuitas Dei, cuius participatio est in idipsum, illuc enim ex orbis Christiani diuersis climatibus ascendemus tribus, tribus Domini, testimonium non solum Israël Iudæorum sed congregationi infidelium Saracenorum, ad confitendum nomini Domini. Euntes eamus & fleamus mittentes in cælum orationum & votorum nostrorum semina, vt olim venientes veniamus in finem præsentis vitæ cum exultatione in horrea æternitatis, portantes bonorum operum manipulos.* Sol ille Normanicus lucebat exemplo, & ardebat donis & charitate

Oratio Ducis Roberti ad socios peregrinos.

Dux lucet vt Sol; exemplo ardet calore charitatis.

Psal. 18.

34. multa, nec erat qui se absconderet à calore eius, omnésque oculos intendebant ad istum Abel pœnitentis vitæ indulgentia sceleris purum, & ad munera eius, & ad magnifica donaria, quæ Robertus sacris locis intulit, fecitque bonæ suæ famæ odorem peruenire vsque ad Soldanum satrapam Saracenorum, virtus Ducis Normani præcursor, fuit aperiens cordis eius infidelis portam ad amorem & venerationem ignoti Principis, fecitque infidelem captum fidelis peregrini dilectione, ignotam sentiens in homine interiore flammam: tantum potest aperiendis hominum affectibus liberalitas ab animo pio promanans. Misit Sultanus Officialem suum qui iuberet omnia

Soldanus ex Orderico lib. 11. quasi solus Dominus supra alios Principes dictus est: ex fama Soldanus Ducem Robertum honore prævenit.

numiſmata aurea pro peregrinis à Roberto liberaliter elargita reddi, imperauitque tam munificum Ducem omni honore proſequi à Saracenis & venerari Robertum non ſecus ac Sultanum. Miratus Normanus digitum Dei, & mutationem dexteræ excelſi, redditos ſibi aureos numunos eleemoſynæ titulo donauit iterum pauperibus peregrinis, cum multa gratiarum actione reddita, & per legatos reddenda Sultano. Hiſtoriam longiori ſermone à Chronico Normanico M. S. relatam Ordericus Vitalis libro tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ paucis contraxit dicens, Robertum Dei timore compunctum, honorem terrenum reliquiſſe, *& ſpontanea*, inquit, *peregrinatione arrepta, ſepulchrum Domini quod eſt in Hieruſalem adiiſſe, &*

Dux agit gratias & dat pauperibus. *Exod. 8. Pſal. 76.*

35. *redeundo abiiſſe apud Nicænam Bithyniæ vrbem, anno ab Incarnatione Domini milleſimo trigeſimo quinto, cum filius eius Vuillelmus eſſet tantum octo annorum.* Guillelmus Calculus libri ſexti capite vltimo extollit Robertum & iactitat pro inuicto Duce, pio, & Deo amabili: *Qui*, inquit, *adorato Chriſto cum internorum ſingultuum ſuſpirijs, & peragratis Sanctorum locis fœliciſſimum conuertens iter ad Nicænam regreſſus eſt vrbem, in qua correptus ægrimonia corporis anno Dominicæ Incarnationis* M. XXXV. *viam petens vniuerſi generis humani, gaudentibus*

Obijt Robertus Dux 1035. reliquit filium octo annorum; contritiones Roberti apud loca ſancta.

36. *tibus Angelis, diuinæ vocationis iuſſit in fine occubuit, ſextononas Iulij* (malè ſexto pro IV. Nonas ideſt ſecunda Iulij) nota obiter veneratorem & viſitatorem locorum ſanctorum deuotum B. V. Mariæ Deiparæ cui Abbatiam ædificauerat, mortuum fuiſſe in die Viſitationis Mariæ, &, vt ſubiungam, ſepultum in Eccleſia Mariæ Nicænæ. Addit Gemeticenſis *non indignum æſtimo credere, & pennæ officio ſignare, quod æternò cæleſtis Hieruſalem moderatori, cuius ſepulturæ locum*

Obijt die 2. Iulij feſto Viſitationis Mariæ deuotus Deiparę in eius Templo nicęæ ſepelitur.

37. *in terra veneratus eſt, in huius vitæ medio labore ad perennis gloriæ conſortium eum aſſumere placuerit: ne Beata anima plurimo iam operum optimorum ſplendore candidata, poſtea mundanis operibus implicata, maculas colligeret.* Sepultus eſt etiam in Eccleſia ſanctæ Mariæ Virginis à ſuis, intra mœnia Nicænæ ciuitatis. Ordericus vbi ſupra prudenter & benè addiderat Nicænæ ciuitati Bithyniam, quia Niceæ plures ciuitates ſunt in orbe famoſæ. Vna in Gallia non procul à Varo condita fluuio opus Maſſilienſium quæ vulgo Niſſa dicitur, quam olim fidei Sabaudi commiſſam à Gallis ſibi mancipatam iure an iniuria poſſideat, conſeruétque, Regij iuris vindices iudicent. Alteram huius nominis vrbem apud Locros conſtituit Stephanus Geographus: adde in Thracia tertiam in qua Ariani ſub Imp. Conſtantio ſuæ farinæ viro nouam fidei formulam nomine conſubſtantialis omiſſo & ſubſtituto doloſè nomine ſimilis ſubſtantiæ ediderũt: eámque æquiuocè appellari Nicænam mandauerunt, ea nimirum mente vt vera & Orthodoxa Nicænæ Catholicæ fidei formula tolleretur, aut ſaltem dubia vel ſuſpecta efficeretur. Plures vrbes Nicææ nomine appellatas leges apud Abrahamum Ortelium in Theſauro Geographico, & apud Seuerinum Biuium in notis ad Tomum pri-

Mortuus eſt ante reditũ & in via: ne ſanctitas eius macularetur. Nicæa vrbs multiplex. Vna in Gallia Maſſiliã propè. Nicea in Thracia in qua Arianorum fraus contra fidem apparuit.

mum

mum Conciliorum. Roberti celebrior & illustrior viæ socius, & peregrinationis sanctæ sodalis fuit Drogo Comes Gisortianus seu Vulcasini, cuius caput est Gisortium, superstes ex stirpe Caroli Magni, qui cum Roberto Duce apud Nicæam Bithyniæ diem quoque clausit extremum; & in eadem Deiparæ Virginis Ecclesia tumulatus. Redeuntes à locis sanctis cumulati reliquiis Sanctorum, quas dono acceperant à Prælatis & Proceribus Orientis, iubentes suis testamentis eas deferri in Franciam: quarum parte potiori ditata est Abbatia Cerasiacensis seu Ceriserij in Diœcesi Baiocensi, distans tribus milliaribus ab vrbe sancti Laudi; seu Laudonis: plures etiam legatæ à Drogone, & iussæ dispergi per varias Ecclesias Vulcasini.

38. Drogo comes Vulcasini peregrinationis Roberti Ducis comes.

De Guillelmo secundo huius nominis, Duce Normaniæ, filio naturali Ducis Roberti, cognomine Notho, armis deuicta Anglia Conquestoris titulo insigniti; & vnde Albio Insula dicta sit Britannia, & postea Angliæ nomen sit sortita; singulares Obseruationes & Paradoxæ.

CAPUT XVIII.

IN Historia Rollonis & successorum eius Normanorum masculorum non fuit propositum mihi neque instituti mei, omnes res gestas Principum nostrorum in vniuersum, & vt vulgo loquimur, totum ad lõgum referre. Qui sciam id à multis, & quidem cum laude factitatum: hoc vnum intendi vt in vnoquoque Duce quæ ab aliis omissa, aut negligentiùs scripta, singulariter verò virtutis eorum quæ rariora specimina & notatu obseruantiora scriptis mandarem. Ingentia fuere facta nostri Guillelmi Angliæ Conquestoris, qui titulus eius indicat fortitudinem, Nothi agnomen natales illegitimos designat, gloria & præclarè gestis compensatos, vt decus sit Nothorum & infinitis præluxerit natalibus legitimis iactantiam præ se ferentibus cum dedecore imbellis & ingloriæ vitæ. Facto agmine & condenso suffragio omnes Scriptores concurrunt Normani, Angli, Galli, Germani, Itali: & ab omni orbe Christiano ad eius laudes enarrandas, & in præconium Principis, qui generositati & fortitudini armorum coniungere voluit, valuitque pietatem & Religionem morum: quibus pace bellóque posteritati sese commendaret. Robertus Normaniæ Dux Pater Guillelmi malo dicam an bono fato à matrimonii Principi ad fœlicitatem Reip. necessario iugo auersionem perpetuam habuit, etsi nationum plurimarum gloriosi Principes,

1. Propositum auctoris in Historia Rollonis.

2. Guillelmus decus & gloria Nothorum ab omnibus Scriptoribus laudatur.

5. Matrimonium necessarium magnum Principi pro bono Reip.

huius affinitatem ambirent: nunquam tamen adduci nec ſuaderi potuit vt nuberet. Magiſtro domus Roberti Ducis Fulberto, cui

4. Amauit Herletam Dux Robertus Guillelmi matrem. *Gemeticenſis lib. 7. cap. 3.*

Falaiſiarum filia fuit, cui nomen Herleua, alias Herleta quæ vulgo Gallis *Harlette*, eáque vnica quæ gratiam inuenit per blanditiem oculorum ſuorum in oculis Principis Roberti, eiuſque cupidine captus, non aliam legitur vnquam habuiſſe in deliciis, & ex qua genuit Guillelmum poſtea Ducem Normanum, vnicum amoris vtriuſque pignus. Pater auſpicatus filii ſui generoſam indolem, alios contempſit fœmineos amores, ne forte naſceretur ipſi filius, aut filii Guil-

5. Principum cura pro ſucceſſoribus generoſis.

lelmo minus fortes & generoſi, qui Principatui per Rollonem deducto, & fortitudine conſeruato & aucto degeneres facti Normano nomini & gloriæ dedecus conciliarent. *Tantum poteſt honoris iuſti decus in cordibus maſculis Principum virorum, vt malint ſuis delicijs imperare, & affinitates detrectare Regias, & ampliores ſucceſſiones dedignari, quam poſt ſe hæredes relinquere dignitatis ſuæ ſuſtinendæ incapaces.* Abiturus ergo Robertus Dux ex voto in Terram Sanctam (raro inter primates Chriſtianos exemplo & imitatione digno) Deo ſatisfacturus, quod filium ex illegitimo thoro genuiſſet, curæ prius illi fuit ordines Normanorum & Britonum ad ſe vocare, eiſque ſuadere Guillelmum acceptare in Dominum, ipſique fidem iuramento

6. Beneuolè qui victoria ſua vtitur facit ex inimico amicum.

ſpondere, tutorem Guillelmo ex eorum ſententia & conſenſu daturus Alanum Britanniæ Comitem, quem bis victum, tam beneuolè erga illum victoria ſua vſus eſt, vt ex inimico fecerit amiciſſimum, confidens in eo quia benefactorum teſtem haberet conſcientiam, quæ dictaret fidem habere, non vt hoſti reconciliato, ſed vt acquiſito meritis Principi. Tutorem prouidere non viſum eſt ſatis Ro-

7. Robertus dat Guillelmo tutorem & protectorem.

berto, protectorem oportuit habere potentiorem Britanno aut Normanos prudenti ergo conſilio duxit Guillelmum vix octennem ad Regem Francorum Henricum primum, quem multis nominibus obſtrinxerat, & regno ſpoliatum ſolio ſuo, vt ſupra narraui, reſtituerat, cui præſtito Homagio per filium, eumdem ſub alis regalibus Aquilæ pullum protegendum commendauit. Serpentes in cunis Herculem aggreſſi, & ab eo ex-

8. Guillelmus à iuuentute exercitatus ærumnis.

tincti, præſagiebant aliquando fore virum magnum & orbis terræ monſtrorum domitorem: infantia Guillelmi ſeu mauis eius adoleſcentia ærumnis plena fuit, factáque tyrocinium futuræ & acquirendæ virtutis. Comes Arquenſis, cui nomen Guillelmus, cognatus Ducis iunioris & conſanguineus frater defunctorum Roberti

9. Prætenſio iuſta Comitis Arquenſis in Ducatum Normaniæ, victus tamen collum ſubmiſit.

& Richardi Ducum, prætendebat excludi ſe contra ius commune omnium gentium à legitima ſucceſſione fratrum in Ducatu Normaniæ propter illegitimos natales nepotis ſui filii Guillelmi ex Herleta concubina. At ipſe Arquenſis diſſimulabat ab omnibus minimè ignorari exprobrationem nepotis communem eſſe Patruo, qui genitus quoque eſſet ex Pauia Richardi ſecundi amaſia & pellice, pendente diuortio cum Eſtritha: ea propter

Prouincialium Normanorum vota propensa in filium Roberti, virtute Duce, Comite fortuna & generositate coëgere Arquensem iuniori Guillelmo collum submittere. Guido filius Reginaldi Comitis Burgundiæ ex Adeleyde filia Præfati Richardi secundi Ducis Normaniæ cum Guillelmo cognato eius germano educati, acceperat ex eius liberalitate Comitatus Brionæ & Vernonis qui sorte sua non contentus cœpit inuidere gloriæ cognatæ, & rebellionem vix parauerat quin senserit se victum, & Guillelmum Victorem. Alter Guillelmus qui titulo gaudebat Comitis Moritonij, iunctis copiis & animis cum æquiuoco Guillelmo Augi Comite statuêre denuntiare bellum inexperto & nondum armis assueto suo Principi, cuius sensere super se aggrauari manum, eósque domitos contentus fuit mulctare imperato exilio. Nõ sufficiebat domesticas rebelliones decus augere Victoris Guillelmi, nisi & extraneus Princeps Godefridus Martellus Comes Andegauensis, Turonensis & Cœnomanensis expertus esset, quantum armis valeret: Godefrido agnomen sui dedere Plantatoris Iuniperi quod Agricultura delectaretur, more Romanorũ, quibus Fabii, Lentuli, Pisones & huiusmodi viri primores vsui fuit denominari ex re rustica. Pro eo ergo ac studio vacare debuisset agri sui excolendi, spinas venit & tribulos plantare in Normania, quam bis aggressus, vomeres suos commutans in lanceas, bis superatus tum apud Mortuum mare, tum apud Varauillam, ex milite iterum factus est agricola. Crescebat Guillelmus ætate & sapientia apud Deum & homines, laudatus pietate erga numen, in sanctos veneratione, & reuerentia erga Prælatos Ecclesiæ bonos & morigeratos. Iustus fuit erga subditos, defensorem se exhibuit erga oppressos, quorum gratia non veritus est potentiorum subire inuidiam, & aperto Marte propulsare eorum iniuriam. Continuum bellum indixit latronibus, quos insectatus publicè & priuatim, malos, & iniquos palam professus perfecto odio habere, & amore prosequi diligentes legem Dei sui: fauorem omnem vbique & semper bonis, & rectis corde impendens: in conuersatione sua morum humanitate atque integritate demulcebat singulos, propensus à natura bona & bene natus beneficio Dei & gratuitò dono ad beneuolentiam ergà bene agentes, quibus quamcumque per se & per suos posset opellam ferret, & suppetias daret. Verum priusquam longiorem sermonem protraham de Guillelmo nostrate Principe non solum Potentum quos recensui domitore, sed etiam Angliæ regni Conquestore glorioso, & cuius nepotes & hæredes nostro adhuc tempore toti insulæ Maioris Britanniæ imperauere, inæquali tamen gloria virtutis & fortitudinis, quia à cultu diuino, & ab auita virtute penitus degenerasse noscuntur. Gratum fuerit docto & curioso Lectori nosse, quando Britannia maior mutauerit nomen in Angliam: & Albion prius in

10. Prætensio Guidonis filij Comitis Burgundiæ filij Adeleydis filiæ Richardi secũdi Ducis. Gemetic. lib. 7. cap. 20. 27. & 28. Comites Moritonij, Augi & Andegauensis insurgunt in Guillelmũ, quos omnes superauit.

11. Virtutes Guillelmi defecerunt in successoribus Britannis: qui ex prosapia eius nuper imperitabant toti insulæ.

Britanniam, quod tanto lubentius exequar quanto sciam & existimem ista minùs accuratè tradita à Scriptoribus nostri instituti; nec me pigebit laborem meum his elucidandis quæstionibus non denegare. Ac primum ab antiquioribus incipiam, descensurus gradatim ad recentiora iuxta ordinem temporum.

12. Insula quæ dicta est Albion non est Albiona, neque Albium nec Alben, fortè dicenda prædonia quod à bandet prædonibus.

Albiona, Albion, & Albium quæ videntur esse sinonyma differunt tamen; Albiona ager est in Italia trans Tyberim festo Pomponio, vnde lacus satis notus Albionarum. Albium vero est mons in Iapidibus Illyrici populis sublimitate sua insignis, accedens ad Alpium altitudinem, qui incolis Alben vocatur ex Lazio, vbi argenti viui fodinæ reperiuntur, qui mons Albanus est Ptolemæo. Albion verò insula ipsi Aristoteli nota sicut & Apuleio & Plinio seniori, Aluion Ptolemæo seu ἀλβίων: Albionum insula Auieno. Hunfredus Luidus ex huius insulæ antiquis Annalibus vult dictam olim Prydaneam malè & perperam, à minus eruditis.

13. Albionis populi differunt ab Albiensibus seu Albigensibus Gallis.

Albionij populi confunduntur cum Galliæ populis Albiensibus, quos Albigenses alii vocãt, hodie Albi, *& les Albigeois.* Noti Straboni, qui & Albici Cæsaris reputantur in Aquitania parte Galliarum, antiquum vt dixi nomen retinent. Albionem cum Albania sunt quoque qui confundant, partem accipientes pro toto, & Scotiam pro tota insula Albionis: etiam Albam nostro tempore appellari testatur Abraham Ortelius in theatro Geographico, ab eius incolis Mediterraneis, cum tamen illa pars minor Britannia aut Britannia secunda indigetatur à Sexto Rufo ex fragmento Hunfredi. Guillelmus Malmeburiensis Anglus libro quarto Historiæ Anglicanæ: *Britannia*, inquit, *Beatissima est Insularum, cui nomen quondam Albion, postea Britannia est nominata, & demum dicta Anglia, inter Septentrionem & Occidentem sita, longa octingentis millibus, & ducentis millibus lata, excepeis dumtaxat diuersorum Promontoriorum tractibus, quibus efficitur vt circuitus eius quadragies octies septuaginta quinque millia compleat, habet autem ab Oriente Germaniam & Daciam, ab Occidente Hybernam, à meridie Galliam Belgicam. Cuius proximum littus transmeantibus occurrit ciuitas quæ dicitur Kucupi alias Cutuby, à gente Anglorum corruptè Ketucester vocatur*, &c. Ex actis & priscis monumentis quæ Collegi de sancto Claro Anglo Presbytero & Martyre in nostrate Vulcasino propè Gisortium diu est quod obseruauj illum appellari Albanum in M. S. Codice Ecclesiæ de Sancuria propè idem Gisortium vbi titularis est Ecclesiæ Parochialis. *Contigit* [inquiunt Acta Clari] *tribus annis à Martyris passione transactis, Albani sarcophagum iuxta Cœnobium effodere, atque effodiendo tumulum Martyris inuenisse.* In Historia Gallicana in rebus gestis Equitis Bayardi fit memoria cum laude cuiusdam Primatis Scoti Equitis qui vocaretur Princeps Albaniæ: quia fortasse sanctus Clarus filius Angli Principis ex stemmate Regum Anglorum erat Dominus regionis quæ in illa insula dicitur Albania, & Iacobus Deny au Doctissimus quondam in Senatu Rothomagensi

14. Albania pars Albionis.

15. Topographia Albionis seu Angliæ.

16. Sanctus Clarus Anglus dictus est Albanus.

17. Princeps Dux Albaniæ in Britannia.

Aduocatus in carmine quod mihi de sancto Claro dedit Clarum ideo putauit Scotum.

Clare Caledoniæ gloria prima plagæ.

Georgius Bucananus Reginæ Scotiæ inscribit Paraphrasim Poëticam Dauidicorum Psalmorum eam compellat Nympham Caledoniæ. Caledonia Cornelio Tacito & Geographis pars est Albionis in qua famosum nemus Ptolemæo δρύμος καλιδόνιος; vnde generosi vrsi Romam adducerentur pro Circensibus pugnis; vnde Martialis. 18. Caledonia pars Albionis insulæ.

Nuda Caledonio sic viscera præbuit vrso.

Hector Boëtius gente Scotus Chaldar suis appellari vel Caleadar & vrbem adiacentem Danchaldem ad Thanum fluuium. Hæc insula Albion nomen antiquum perdidit, & commutauit in nouum nomen Britanniæ, postquam armis Gallorum Armoricorum Britonum in ipsorum Prouinciam est redacta: Andreas du Chesne siue Quercetanus Geographus Regius in sua Historia Anglicana: *Britones*, inquit, *ex Gallijs egressi subiugauerunt Anglicam Britanniam: Hyberni originem suam debent Cantabris, qui sunt Nauarræi & Biscantini & Celtiberi Hispaniç habuere progenitores Celtas Galliç populos*, &c. Plinius senior Historiæ naturalis libri quarti capitibus decimo sexto & decimo septimo; *Britannica*, inquit, *Insula Clara Grçcis, nostrisque* [idest Romanorum] *monumentis inter Septentrionem & Occidentem iacet: Germaniç, Galliç, Hispaniç, multo maximis Europç partibus aduersa. Albion ipsi nomen fuit; cum Britanniç vocarentur omnes de quibus paulopòst dicemus* [puta sequenti capite decimo septimo] *hęc abest à Cessoriato Morinorum gentis littore proximè tractu quinquaginta millium, circuitu patere triginta octo millium passuum* Pithias & Isidorus tradunt. *Triginta propè iam annis notitiam eius Romanis armis non vltra vicinitatem syluç Calidoniç propugnantibus.* Plura eo loci de Albionia Topographica & Geographica descriptione. Viuebat autem Plinius senior sub Vespasiano Imperatore cui opus suum inscribit. Idem capite decimo septimo in quo Galliam & Prouincias eius describit, meminit Britanniæ Gallicæ, ergo erant Britanni in Gallia ante aduentum Britannorum Albionis tempore, Maximi Imperatoris & Conani, quod negare videantur fabulatores qui res S. Vrsulæ, & vndecim millium Virginum oscitanter & aliud agentes scripserunt. Venerabilis Beda qui florebat circa tempora Pipini Regis Francorum scribit quoque insulam Albionem dictam Britanniam per antiquos Gallos Britones, qui eam subiugauerant longè ante ætatem & æuum Iulii Cæsaris. Quæ verò colonia Britannorum facta legitur ex Albione sub Conano Duce in Britanniam Gallicam filia rediit ad priscum parentem & locum de dit ex idiomate nouorum incolarum linguæ Britoni Britonanti seu Britannorum Britonibus, & filiis suis parentibus reducibus vnitorum, qui per diuersum idioma in Albione corruptum distinguerent

19. Albion vi nam & per Gallos Armoricos Britones.

20. Hybernorũ origo ex Cantabris Celtiberi Hispaniæ à Celtis Galliæ.

21. Albion dicta est Britannia.

Proche de Port de Calais.

22. Vespasiani Imp. tempore erat in Gallia. Britannia Prouincia.

Albion domita per Britones Gallos ante æuum Iulij Cæsaris.

23. Vnde dicti Britones Britonãtes.

tur à Britannis seu Britonibus lingua Gallica loquentibus. Iulius Cæsar lib. primo de bello Gallico. *Britanniæ pars inferior*, inquit,

24. Albion incoli cœpta à Gallis.

ab iis incolitur, quos natos in Insula memoriæ proditum dicunt: pars verò maritima ab ijs, qui bello & prędę inferendę causa, ex Belgio transierunt: qui omnes ferè, ijs nominibus ciuitatum appellantur, quibus orti, & bello illato, ibi remanserunt, atque agros colere cœperunt, hominum infinita est multitudo, & creberrima ędificia ferè Gallicis similia. Idem lib. 5. de eodem bello Gallico, amplissimè disserit de suo & Romanorum in Britanniam accessu, & de moribus gentis Britannicæ, Topographicè quoque Insulam describit. Libro quarto refert se præterito anno explorasse Britanniam & de causa belli inter Romanos & Britannos. *Insula*, inquit, *natura triquetra, cuius vnum latus contra Galliam: huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quo ferè naues omnes ex Gallia appelluntur, ad Orientem solem; inferior ad Meridiem spectat, &c. Alterum vergit in Hispaniam atque solem Occidentem: Hibernia dimidiò minor quam Britannia. Tertium est contra Septentrionem, cui parti nulla est objecta terra, sed eius angulus lateris maximè ad Germaniam spectat, &c. Ex his omnibus longè sunt humanissimi qui Cantium incolunt: quæ Regio est maritima omnis, neque*

25. Comitas est Gallis propria teste Cæsare.

multum differunt à Gallica consuetudine, &c. Scripserat Cæsar Britanniam interiorem prius incoli cœptam ab iis quos natos in insula ipsi proditum dicunt: sed maritimam partem ab iis qui prædæ & belli inferendi causa ex Belgio transierant, & bello illato remanserant ibi: meminit quoque Armoricarum ciuitatum. *Certior*, inquit, *Cæsar factus, magnas copias Gallorum, earum ciuitatum, quæ Armorica appellantur, pugnandi sui causa conuenisse*: & libro octauo, *Cateræ*, inquit, *ciuitates in vltimis Galliæ finibus positæ, Oceanóque coniunctæ, quæ Armoricę appellantur, imperata sine mora fecerant.* Guillelmus

26. Armoricæ ciuitates notę Cęsari. Armoricæ idem quod maritimæ.

Pictauiensis contemporaneus Ducis Guillelmi Nothi Angliæ Conquestoris in Ducis Historia de verbo ad verbum transcribit Cæsarem vt pigeat eadem repetere. Causam ob quam Cæsar Britanniæ Albionis bellum intulit, non est omittenda ex libro quarto de bello Gallico: *Quod*, inquit, *omnibus ferè bellis Gallicis, hostibus nostris (idest Gallis) inde subministrari auxilia intelligebat.* Et merito quidem quia Britanni ex auita traditione sciebant se Gallis prognatos, & à quibus Albiones seu Albionenses dicti fuissent Britanni, & nomen conseruarent. Anglis Occidentalis Anglia & Septentrionalis indigetantur Vestuvallia atque Northuvallia. Antequam Cæsar maioris Britanniæ partem expugnasset, præter auctores supra laudatos constat in Prouincia Aremorica Britanniam Gallicam appellatam fuisse ex libro secundo de bello Gallico, & suo tempore Regem vnum fuisse qui multis Galliarum Prouinciis imperaret: inter quas vna erat in littore maris, quæ diceretur Britannia, Cæsarem transcribo. *Apud eos*, inquit, *fuisse Regem nostra etiam memoria diuitiarum totius Galliæ potentissimum qui cum magnæ partis regionum,*

Cornugalliæ Cornoüaille in Britannia tum Gallica, tum Anglica.

27. Britones Galli Cæsaris tempore Regi Gallorum subditi.

tum etiam Britanniæ Imperium obtinuerit: nunc esse Regem Galbam, ad 28.
hunc propter iustitiam summámque prudentiam belli summam totius om- Cæsar de
nium voluntate deferri, &c. Ab Armoricis porro populis domitam Britannica
fuisse Albionem insulam, & ab illis dictam Britanniam satis etiam Prouincia
potest probari ex Cornelio Tacito libro de vita Iulij Agricolæ. *Bri-* Galliæ meminit.
tanniæ situm, inquit, *populósque multis Scriptoribus memoratis non in* 29.
comparationem curæ, ingenijque referam, sed quia tum perdomita cum De Britannia Albio-
Iulius Agricola præpositus esset Britanniæ, &c. Britannia insularum, nis.
quas Romana notitia complectitur, maxima spatio ac cælo, in Orientem
Germaniæ, in Occidentem Hispaniç obtenditur. Gallis in meridiem etiam
inspicitur: Septentrionalia eius nullis contra terris, vastò atque aperto
mari pulsantur. Formam Britanniæ totius Liuius veterum, Fabius Ru-
sticus recentium auctores eloquentissimi, oblongæ scutellæ vel bipenni assi-
milauere: & est ea facies circa Calcedoniam, &c. (legendum ibi Ca-
ledoniam, aut Galledoniam, quibusdam Gallonidiam.) *Cæterum* 30.
Britanniam qui mortales initio incoluerunt, indigenæ an aduecti, vt in- Britanni
ter Barbaros, parum compertum, habitus corporum varij. Proximi Gal- Romanis fuit Barba-
lis & similes sunt seu durante originis vi, seu procurrentibus in diuersa ri qui orti
terris positio cæli corporibus habitum dedit. In vniuersum tamen æsti- olim à Gal-
manti Gallos vicinum solum occupasse credibile est. Eorum sacra de- lis, eorum mores con-
prehendas superstitionum persuasione, sermo haud multum diuersus: in de- similes.
poscendis periculis eadem audacia, & vbi aduenere, in detrectandis ea-
dem formido, vt quos nondum longa pax emollierit. Nam Gallos quo- 31. Galli in
que in bellis floruisse accepimus, mox segnitia cum otio intrauit, amissa bellis flo-
pariter virtute & libertate, quod Britannorum victis olim euenit: cæteri rent.
manent, quales Galli fuerunt, &c. Diuus Iulius (Cæsar) cum exerci- Segnitiem
tu Britanniam ingressus, quanquam prospera pugna terruerit incolas, ac otium
littore potitus sit, potest videri ostendisse posteris non tradidisse. Mox sequitur.
bella ciuilia, & in Rempublicam versa Principum arma, ac longa obli- 32. Britanniam
uio Britanniç etiam in pace; consilium id Diuus Augustus vocabat; Cæsar Ro-
Tiberius præceptum. Ita legendum censet Doctissimus vir præce- manis ostẽdit non tra-
ptor quondam meus apud Louanium Iustus Lipsius, erudito planè didit.
Commentario in Tacitum, & ex eiusdem Taciti libro quarto An-
nalium Tiberius dicitur omnia dicta factáque Augusti vice legis
obseruasse. Apparet ex his populos Galliarum maritimos seu Ar-
moricos occupasse Albionem, inter quos maritimis copiis erant po- 33. Multi po-
tentiores Britones Gallici, qui insulæ nomen suum imposuere: sicut puli Are-
postea cum multi populi Germanici, Saxones, Iutti, & Angli Bri- morici Albionem
tanniam occupauerunt, inter hos potentiores Angli mutauere Bri- subegere,
tanniæ nomen & vocauere de nomine patrio Angliam: vt verum quorum
sit à maiore parte aut nobiliori sumi denominationem. Multis sæ- fuere potentiores
culis ante Maximum Imperatorem, vt supra incipiebam dicere, & Britones,
antequam rebellasset contra Romanum Imperium, in sua rebellio- qui insulæ
ne inter plurimas terras & Prouincias, subdidit sibi Britanniam in- nomẽ suum dedere.
sularem inuadens Imperium Occidentale occiso legitimo Impera-

tore Gratiano Zozimas aliis Zozimus Historicus Paganus, qui & multa falsa scripsit contra bonos Imperatores, quorum sed præci-
34. *Britanniæ duæ ante Maximum Imp.* puè Constantini Magni defensionem suscepere Paulus Diaconus, Euagrius, Nicephorus, Eusebius & alii. Ex Zozimo obseruare est Britanniam insularem & Aremoricam cum cæteris Galliarum prouinciis rebelles. *Transrhenani*, inquit, *Barbari cuncta pro libitu inuadentes incolas insulę Britannię, & quasdam Celticas (idest Gallię Celticę) nationes eo redegerunt, ut ab Imperio Romano deficerent. Totus ille tractus Aremoricus cętereque Galliarum Prouincię Britannos imitatæ consimili se modo liberarunt. Hęc Britannię Celticarúmque gentium rebellio accidit quo tempore regnum vsurpabat Constans, cunctis Romanorum pręsidijs eiectis, & propria quadam Rep. ex arbitratu suo constituta.* (*Zozimus lib. 6. Hist. ex versione Leonclauij.*) Non
35. *Aquitania maritima Aremorica dicitur.* ignoro Aremoricos non tantum dici Britones, cum Aquitania maritima Plinio appelletur Aremorica, quod placuit Alecampio & Roberto Constantino: Singulariter tamen Britanniæ Gallica vocaba-
36. *Britannia minor dicta singulariter Aremorica.* tur antiquis Aremorica, putà apud Sigebertum Gemblacensem in suo Chronico, & Æginhardo Caroli Magni Imper. Secretario consiliario in rebus gestis Domini sui: & apud Venerabilem Bedam sanctus Germanus Episcopus Altissiodorensis legitur profectus Rauennam ad Valentinianum Imperatorem & Placidiam ipsius matrem pro pace gentis Aremoricæ: Quod autem Britones seu Aremorici nomen suum dederunt victis Albionibus & eorum Prouin-
37. *Britones Galli dant Britanniæ nomen Albioni.* ciæ, obseruare licet apud eundem Bedam lib. 1. Historiæ Anglicanæ. *Hęc*, inquit, *insula Albion imprimis Britones* (*Gallos intelligit Britannos*) *solum, à quibus nomen accepit, incolas habuit, qui de tractu Aremorico, ut fertur, aduecti in Britanniam, sibi partes illius vindicarunt.* Nota, *Britones imprimis*, volens Beda indicare, multos quoque alios ex Gallia populos cum Britonibus Albionem subiugasse
38. *Falsum est Britanniam Anglicam à Bruto dictam.* ex diuersis Prouinciis maritimis. Aliqui Scriptores delirant & somniare videntur in ea hæresi obstinati, vt dixerint Angliam Britanniam denominatam à Bruto seu exactore Regum Romanorum & Consulum substitutore, seu parricida ingrato Iulii Cæsaris: quaqua versum accipiatur, semper bruta censebitur huiusmodi sententia. Ex supra dictis errare quoque conuincitur turba credentium & scriptis suis contra quod verum est intrudentium, Armoricam Britonum Prouinciam quarto demum Christi sæculo tunc primum appellatam esse Britanniam. Ad illum lapidem impegit etiam vir do-
39. *Falsum etiã quarto Christi sæculo tunc primum Armoricam Britonum Britanniam dictam.* ctus Claudius Robertus in sua Gallia Christiana retexendo Catalogum Episcoporum Redonensium in sancto Retisino, vulgo *saint Riot*, sedis illius post sanctum Moderannum & sanctum Iustinum tertium Episcopum. *Circa annum Christi*, inquit, *trecentesimum octogesimum tertium Armorica accepit nomen Britannię imperantibus Gratiano & Maximo.* Pasius vulgo *de Pas*, in Historia Britanniæ, vbi sermo illi de Episcopis Redonensibus, præiuerat Claudio Roberto ad errorem, dicendo incolas Albionis seu Maioris Britanniæ consi-

lium

lium cepisse inuadendi oras Aremoricas quo tempore Maximus Clemens in dicta maiore Britannia commoratus contra Gratianum rebellauit, & auctoritate Maximi Conanum expulisse armis Aremoricos illos saltem qui suis mandatis non acquieuissent. Iuerat Pasius manibus & pedibus in Ioannis Trithemij (Abbatis sancti Iacobi apud Herbipolim seu Artanum vulgo *Vuitzebourg*) sententiam libro de origine Francorum, quo loci obiter moneo Librariorum errore legi Marmoricam & Marmoricos pro Armorica, & Armoricis, *Postquam Maximus*, inquit, *omnem Galliam sibi subiugauit, & Gratianus ex Parisio fugiens captus apud Lugdunum & occisus fuerat; Conanus Marmoricorum Britonum* (nota Trithemium sibi dissidere dum ponit Britones seu Britannos in Gallia etiam ante Maximum Imp. & Conanum) *Rex volens militibus suis dare coniuges*, &c. Quæ sequuntur sunt Martyrium sanctæ Vrsulæ & sociarum, quarum magna pars incidit in manus militum Hunnorum & Pictorum mercede ab Imperatore Gratiano conductorum. Eodem libro idem Trithemius appellat Armoricam nouam Britanniam, & in compendio Annalium Francorum Regem quadragesimum Britonum fabulatur fuisse Marcomirum, eiusque regni anno nono armis Imperatoris Maximi occupatam Britanniam maiorem anno Christi trecentesimo octogesimo septimo. Postea traiecisse in Galliam. *Primo*, inquit, *cum nauibus applicuit ad littus terræ Aremoricæ, quæ ab illo tempore & deinceps Britannia noua seu minor dicta est vsque in diem præsentem, quam tunc Franci inhabitabant sub Ducis Iubaldi moderamine, Maximus verò etsi Tyrannus, tamen cum omni militia & populo suo Christianus fuit, qui Principatum illius Armoricum contulit Duci Conano, qui fuit eius ex fratre nepos*. Consimilem errorem legere est in Actis sanctæ Iulianæ, vnius ex vndecim millibus sodalibus sanctæ Vrsulæ. Differunt 40.
tamen Acta illa in anno: adnotant enim annum Christi 383. & summi Pontificis Damasi XVII. quando volunt acclamatum fuisse Imperatorem Maximum ab exercitu Romano in maiore Britannia, & à Britannicæ insulæ Regulis, ex eo quod Maximus se diceret Theodosij Imp. affinem, ex Pacato in Panegyrico Theodosii, suaderetque conscium esse sui consilii Theodosium. 41.
Sosius libro quarto Historiarum vult Maximum fuisse gente Hispanum. Socrates libri quinti capite decimo fuisse Britannum, seque cautè finxisse ex Helena matre Imp. Constantini ortum, eáque de causa assumpsisse cognomen Flauii. Gratianus Imp. auctore Suida in compendio Historiarum, ingratus & malè acceptus erat ethnicis Romanis Senatoribus, quia teste Zozimo honorem respuisset & titulum Pontificis Maximi Gentilium, quem illi soliti tribuere Imperatoribus etiam Christianis quod ridiculum merito credidit, & indignú ratus Principem Catholicum

Corrigitur Claudius Robertus in Gallia Christiana, & Pasius in Histor. Britanniæ, & Trithemius lib. de Origine Francorum.

387.

Falso noua Minor dicitur Britannia.

Blondus & Sabellicus, Brestum scribunt appulisse.

Corrigenda Acta sanctæ Vrsulæ & Iulianæ.

Quibus modis Maximus factus sit Imperator.

Christianus Princeps non vult honores illicitos.

esse Paganorum Pontificem Maximum: ideóque hunc titulum retrocessit vrbis Romæ Præfecto Prætorio, quare illi Senatores in occulto fauebant Maximo Tyranno, in quem hoc scomma spargebant ludentes in æquiuoco, *Si*, inquiebant, *Gratianus nolit esse Pontifex Max. breui Maximus erit Pontifex.* Dicere volentes Maximum postquam fieret Imperator, titulum Pontificis Maximi non recusaturum. Vnus ex M. S. Codicibus Abbatiæ Floriacensis ad Ligerim editus à Petro Pithœo I. C. Parisiensi, in rebus gestis Ludouici Desidis, cuius æuo Normani Neustriam infestabant. *Iuxta quos* (puta Normanos) *habitationem habent Britanni, qui pulsi ab insula Britannica, dudum Saxonibus regionem eandem, quam modo incolunt, sibi vindicantibus, appellauerant à sua gente Britanniam, quæ pars dicebatur Cornugallia vulgo Cornoüaille.* Ergo iuxta Floriacensem illum Monachum non cœpit Armorica, appellari Britannia sub Maximo, sed tantum quando Angli Saxones eiectis Britannis ex insula sua se fecere Dominos, & Britanniam voluere deinceps dici Angliam: sicque Britannia Gallica habet triplicis generis Britones, antiquos ante Iulium Cæsarem, secundos æuo Imperatoris Maximi, & tertios profugos ex Albione Anglis victoribus.

42. Æquiuocum in nominibus Maximi & Pōtificis.

43. Corrigitur codex Abbatiæ Floriacensis.

44. Britannia Gallica habet triplices Britones.

In Superioribus dilucide probaui Albionem insulam armis victam Gallorum Armoricorum, & singulariter ex maiori parte Britonum appellatam primum fuisse Britanniam insulam. Superest narrari occasionem qua relicto nomine Britanniæ maioris appellata sit Anglia. Ordericus Vitalis Vticensis seu sancti Ebrulphi in Diœcesi Lexouiensi Monachus gente Anglus libro decimo Ecclesiasticæ Historiæ de sua patria loquens audiatur. *Angli*, inquit, *de Anglo insula, vbi est Metropolis Saxoniæ, venere in Britanniam, & deuictis seu deletis quos modo Gallos seu Vvallos vocant, occupatam bello insulam Heugist primo Duce, à solo natali Angliam vocauere, vt in scriptis Gildæ Britonis, & Bedæ Anglici legitur.* Marcellinus Presbyter gente Friso ex Suffrido Petro tractatu de Scriptoribus Frisiæ, qui vixit tempestate temporum impii Radbodi Regis, bonus ille inquam Clericus in vita sancti Svviberti Episcopi Vverdensis (primus ille fuit Sanctorum qui canonizatus est eo modo quo nunc canonizantur.) *Bertha*, inquit, *Matri sancti Svviberti atauus fuit Eugistus* [*alijs Hengistus seu Heurist*] *Princeps à quo Britannia appellata est Anglia, quod nomen nunc retinet apud omnes gentes.* Bertha illa, de qua eo loci, Svviberto seu Sigeberto nupserat circa annum Domini DCCXLVII. ex quo aberrare conuincitur Claudius Robertus in Gallia Christiana in Catalogo Regum Angliæ, cum scripsit Angliæ nomen esse natum sub Rege Ecberto ferè centum annis postea, putà DCCCXXX. Abbo seu Abbon Monachus Floriacensis missus in Angliam excolere agrū Monasticum, & disciplinam Cœnobitarum propagare, vir fuit pius

45. Angli de insula Anglo Metropoli Saxoniæ orti.

Angli vocati ab Engisto Principe sancti Svviberti atauo.

747.

46. Corrigitur Claudius Robertus.

& eruditus, qui scriptis illustris inter cætera ingenii monumenta scripsit vitam sancti Eadmundi Regis Angliæ eamque inscripsit Dumstano Archiepiscopo Cantuariensi sub initium: *Adsciti, inquit, aliquando in Britanniam precario munere in eius exitium perniciosum tres Germaniæ populi, hoc est Saxones, Iutti & Angli primum Britonibus fuerunt auxilio: qui cum sepius lacessiti bello se & suos defensarent fortiter: illi verò ignauię operam dantes quasi proletarij ad voluptatem solam domi fisi de inuicta fortitudine stipendiariorum militum quos sibi condixerant. Ipsi miseros indigenas domo patriaque pellere deliberarunt & ita factum vt exclusis Britonibus inter se statuerint diuidere victores alienigenę insulam bonis omnibus fœcundissimam: indignum iudicantes eam ignauorum dominio detineri, quę ad defensionem suam posset idoneis prębere alimoniam optimis viris: qua occasione inducti Orientalem ipsius insulę partem, quę vsque hodie lingua Anglorum* [Eastengle] *vocatur sortito nomine Saxones sunt adepti, Iuttis & Anglis ad alia tendentibus, in quibus suę sortis funiculo potirentur, nec esset cum sodalibus vllum in possessione litigium, quibus terrę amplitudo suppeteret ad regnandi emolumentum: vnde contigit vt per regiones & Prouincias diuisa primum pluribus Ducibus, deinde Regibus sufficeret vna & eadem Britannia.* Tomo tertio Conciliorum extat Epistola Gregorii secundi Papæ, quam intitulat omnibus antiquis Saxonibus, quos vocat Alt-Saxones, populos Germaniæ ad distinctionem antiquorum Saxonum, qui absolutè dicuntur Saxones, qui verò prodiere ex eorum coloniis Anglicis appellati Alt-Saxones, quasi dixeris noui Saxones, qui sub ditione sua subiecere Britanniam & suam fecerunt Prouinciam. Quia verò auxiliariorum militum qui venere ex Germania, numerosior erat copia Anglorum, & maioritate Britannia dicta est Anglia non Iuttia aut Saxonia. Dici quoque possit Britanniam appellari Angliam à situ loci, quia insula illa sit angulus terræ quæ habitatur; & Gallica lingua *Angle* est extremitas. Gildas vetustissimus scriptor Britannus in excidio suæ Patriæ, eam indigetat, extremum orbis limitem. Sanctus Gregorius primus Papa, cognomento Magnus secunda parte Conciliorum, Epistola trigesima ad Eulogium Episcopum Alexandrinum super Anglorum conuersione ad fidem Catholicam. *Anglorum gens*, inquit, *in mundi angulo posita*. Beatus Hieronymus Epistola decima septima ad Marcellam vnam ex deuotis fœminis suæ curæ commissam. *Diuisus*, inquit, *ab orbe nostro Britannus si in religione processerit*. Ex quo loco disco iam tempore Diui Hieronymi cœpisse Britannos fidem Catholicam profiteri: & Poëta Romanus dixit,

—— *toto diuisos orbe Britannos.*

47. Saxones, Iutti, Angli vocati in auxilium Britannorũ, eos fecere sibi subditos indignati vt insulam ignaui possiderent.

48. Eastengle Orientalis pars Angliæ.

49. Anglia partita inter victores.

50. Alt-Saxones antiqui Saxones Angli, qui à parte maiori denominarunt Angliam.

51. Anglia est Angulus orbis extremus limes terræ, & mundi.

Ostrea delicatiora, quæ Romam ex variis regionibus deferebantur ad satiandam luxuriem epulonum Romanorum, illa censebantur quæ veniebant & conquirebantur ex Britannia maiore, ex littore Rutupino in Prouincia Cantiorum nota Ptolemæo Geographo:

Ostrea Romam delata ex Britannia.

dicta maris vltimi Conchilia & ab vltimo Oceano.

& portus Rutupinus adnotatur in itinerario Imperij Romani quod tribuitur Antonino Pio, ab aliis, Imp. Constantino: qui portus Ortosio in Historia orbis est *Rutuby*, vulgo hodie *Repchestre*, aliis *Richborogh*. De quibus Ostreis loquens Seneca facit ad propositum meum libri de Consolatione ad Helbiam matrem capite nono. *Vitijs*, inquit, *non vsibus laboratur non est necesse omne perscrutari profundum, nec strage animalium ventrem onerare: nec conchilia vltimi maris (nota verba) ex ignoto littore eruere, quod dissolutus vitiis stomachus vix admittat ab vltimo. (nota iterum) portatur Oceano; vomunt vt edant, edunt vt vomant*. Locum non nominat Seneca contentus indicasse, Poëta Lucanus in belli ciuilis Romani Historia nobis digito monstrabit, & nominabit, & irridebit scientiam epulonum, & gulonum eruditum palatum quo in gustu discernerent Rutupina delicatiora & succulentiora Ostrea ab aliis:

52. Britannica Ostrea ex gustu discernere.

—— *Rutupinóque edita fundo,*
Ostrea callebant primo deprendere morsu.

Sanctus Paulinus Aquitanus Gallus Episcopus Nolanus Epistola ad sanctum Victricium Archiepiscopum Rothomagensem inter populos fidei Catholicæ acquisitos illius prædicatione, enumerat Morinos vicinos insulæ Britanniæ maioris, quam vocat extremum orbem, & terram situ orbis extremam. Venerabilis Beda piè & religiosè Philosophatur super Dominio insulæ Britannicæ ad Anglos translato, imputátque iusto Dei iudicio, & diuinæ sapientiæ, propterea quod Britanni obliti præceptorum & consiliorum à sancto Augustino Apostolo suo per manus acceptorum contempserint Anglos in Sacramentorum & rerum sacrarum commercio, & societate diuinorum mysteriorum per suam superbiam. De qua insignem habemus lamentationem Principis Britanni sancti Gildæ Baldomij cognomine Sapientis, & cuius memoria in benedictione est: quia Deus similem illum fecit in gloria Sanctorum in Martyrologiis die nona Ianuarij: dixi eum cognominatum Sapientem, ad differentiam alterius Gildæ eiusdem nationis consanguinei domus Regiæ, etiam Scriptoris, cognomine Albani quia Dominus erat Albaniæ de qua supra dixi: & alterius Gildæ etiam Britanni auctore *Breuiarij Historiarum*. Primus ex tribus scripsit de excidio, & conquestu Britannico, seu Britanniæ, circa annum Christi quadringétesimum nonum sub tertio Consulatu Ætii, vt constat ex eius Epistola quam Britanni scripsere per legatos missos ad eundem ætium: *Ætio ter Consuli*. Anno septimo Pontificatus sancti Leonis Magni Papæ. Cardinalis Bellarminus libro de Scriptoribus Ecclesiasticis facit sanctum Gildam floruisse anno CCCCXCV. & excidium Britannicum euenisse CCCCXLV. *Scripsit autem*, inquit, *reprehensionem acrem in Clerum Britanniæ, tum propter peccata populi, & maximè propter peccata Cleri Deum iratum immisisse huiusmodi flagellum*. Alii descripsere Britanniam, sed nemo poterit melius Britanno, eóque doctissimo san-

53. Britannia extremus orbis.

54. Beda iusto Dei iudicio imputat quod Angli subegerint Britannos.

55. Sanctus Gildas Britannus Princeps scripsit lamentationem de excidio Britannico.

409.

56. Angli fuere flagellum Britannorū.

cto Gilda; extat opus eius tomo quinto Bibliothecæ SS. Patrum editionis secundæ Parisiensis. *Britannia insula*, inquit, *in extremo ferme orbis limite, Circium, Occidentémque versus diuina vt dicitur statera ponderatrice totius librata. Ab Africo Boreali propensius extensa axi, octingentorum in longitudinem millium; ducentorum in latitudinem spatium, exceptis diuersorum prolixioribus Promontoriorum tractibus, quæ arcuatis Oceani sinibus (ita legendum, non ciuibus) ambiuntur, tenens. Cuius diffusione vt ita dicam transmeabili vndique circulo, Meridiana freto plaga, quo ad Galliam Belgicam nauigatur, vallata: duorum ostijs nobilium fluminum Tamesis & Sabrinæ velut brachijs, per quæ olim eidem Transmarinæ deliciæ ratibus vehebantur, &c. Hæc Britannia erecta ceruice ex quo inhabitata est: nunc Deo interdum ciuibus nonnunquam etiam Regibus Transmarinis & subiectis ingrata consurgit. Duabus primum gentibus Scotorum à Circio, Pictorum ab Aquilone calcabilis, multos stupet gemitque annos*, &c. Paulus Orosius gente Afer, aliis Hispanus, Africæ vicinus, sancto Augustino coætaneus in orbis Historia. *Britannia*, inquit, *Oceani insula per longum in Boream extenditur, à meridie habet Gallias. Vnde non procul à Morinis in angusto positos Menapios Batauósque prospectat: habet in longum millia passuum octingenta, in latum millia ducenta, à tergo infinito Oceano patet*, &c. Ista est Britannia insula, quam fata destinabant Guillelmo Normano Duci inuictissimo, & bellicosis Francis eius commilitonibus & fortunatarum sociis, coadiutoribus Conquestoris, scientibus homini communem esse mundum: illúmque potissimum esse locum optabilem, qui campus sit ad acquirendam virtute gloriam & honorem artibus & iure legitimis. Et certè mirum sit siquis apud se contempletur nullam in toto orbe nominari Prouinciam posse, quæ à proprio & naturali inquilino habitetur, si primaria mundi inquirantur seu ante, seu post diluuium incunabula. Ita vt videantur omnes nationes in illud studium incumbere, vt sibi inuicem locorum mutationes procurent. Testem compello sapientiorem Stoicorum Senecam libro de Consolatione ad Helbiam matrem, quam in exilio suo apud Corsicam, quo ab ingrato Nerone Imp. relegatus, conscripsit. *Vsque adeo*, inquit, *commutatio locorum grauis non est, vt hic quoque locus (Corsica) à patria quosdam abduxerit: inuenio, qui dicant esse quandam naturalem animi irritationem commutandi sedes, & transferendi domicilia. Aspice sydera mundum illustrantia, nullum eorum perstat, labitur assiduè, & locum ex loco mutat. Sol quamuis cum vniuerso vertatur, in contrarium nihilominus ipsi mundo* [idest cælo, & libri Aristotelis de mundo ijdem sunt de cælo] *defertur: per omnes signorum partes discurrit, eius perpetua est agitato, & alio commutatio. Omnia voluuntur, semper in transitu sunt, & vt lex naturę necessitas ordinauit, aliunde alio deferuntur, cum per certa annorum spatia orbes suos explicuerint, iterum ibunt per quę venerant. A cælestibus agedum ad humana te conuerte, videbis gentes populósque mutasse sedem*, &c. *Illud itaque mani-*

Topographia Britannicæ insulæ ex sancto Gilda.

58. Superbia Britannorũ humiliata.

59. Anglia cãpus honoris Normanorum.

60. Prouincia nulla in orbe potest nominari quæ à proprio & naturali inquilino habitetur.

Naturalis est animi irritatio commutandi sedes.

Exemplum in syderib.

61. Lex naturæ necessitas.

Nil eo loco manet quo genitũ est.

festum est nihil eodem loco mansisse quo genitum est, assiduus humani generis discursus est, totus mundus viro bono patria est, vt omnis aër Aquilæ est peruius. Emetiamur, quascumque terras, nullum est inuenire solum intra mundum, quod sit nobis alienum: vndequaque ex æquo ad cælum dirigitur acies, paribus interuallis omnia diuina ab humanis distant, dum animum ad rerum cognatarum (idest ex mente Stoïcorum ad rerum cœlestium, quia animæ illis credita cœlestis origo, & Poëtæ Romano

62. Animæ est cœlestis origo.

Igneus est illis vigor & cælestis origo)

Conspectum tendentem in sublimi semper habeam, quantum refert mea quid calcem? omnis locus viro forti est patria: erit ergo quoque fortissimo Principi Guillelmo Normano Anglia domita pro patria, Horatius belle *terras alio calentes*

Sole mutauit, patriæ quis exul?

Idem Seneca Epistola vigesima octaua, *cum hac*, inquit, *persuasione viuendum est, nos non vni angulo natos, patria mea totus mundus est, in quamcumque terram venio, in meam venio.* Gallia erga Britannos insulares & Anglos benefactrix, eósque tum in sinu Francico, tum in Anglico pietatem edocuit. Nota est atque celebris opera, quam nauauerunt Sancti Germanus Antissiodorensis & Lupus Tricassensis Episcopi Britannis conuertẽdis ad fidẽ & in eadem confirmandis contra Pelagianam, domesticam & natalem pestem. Ex lectione quoque Bedæ discere est solitos Britannos mittere suos erudire in Monasteriis regni Francorum, vt iis locis pietati & litteris sacris incumberent. Sufficiat vnum saltem exemplum proponere ex laudato Beda libri tertii Historiæ Anglicanæ capite octauo. *Anno*, inquit, *Dominicæ Incarnationis sexcentesimo & quadragesimo, Eadbaldus Rex Cantuariorum transiens ex hac vita Earcomberto filio regni gubernacula reliquit. Hic primus Regum Anglorum in toto regno suo relinqui idola noluit sed destrui, simul & ieiunium quadraginta dierum obseruari principali auctoritate præcepit, in transgressores dignas & competentes pœnas proposuit. Cuius filia Earthongatha, vt condigna parenti soboles magnarum fuit virgo virtutum, indesinenter semper seruiens Deo in Monasterio quod in regno Francorum constructum est, Abbatia nobilissima nomine Fara, loco qui dicitur* Brige (*vulgo* sancte Fare au Païs de Brie) *nam eo tempore nec dum multis in regione Anglorum Monasterijs constructis multæ ex Britannia, gratia Monasticæ conuersationis, Francorum vel Galliarum Monasteria solebant adire, & filias suas eisdem erudiendas ac cælesti sponso copulandas mittebant.* Docebimus sequenti capitulo placuisse Guillelmo Duci Normano Angliæ Conquestori ex eodem regno Francorum mutuari Monachos in exemplum proponendos victis Anglorum Monachis, quos edocerent & Franca virtute emollirent ad pietatem: poterátque tunc temporis vsurpari illud Psalmi 136. *Terra Anglicana redacta erat in salsuginem à malitia inhabitantium in ea.* Ante aliquot sæcula quam Dux Guillelmus & Normani

63. Gallia benefactrix Angliæ & Anglorum, quos intus & foris docuit pietatem.

64. Earcombertus I. ex Regibus Angl. vetuit vbique idola, & destrui ea iussit.

Earthongatha eius filia in Monasterio Franciæ erudita, & aliæ multæ Virgines ex Anglia in Franciam Missæ.

65. Guillelmus Dux Normanus inuenit Angliam valde

transfretarēt in Angliam vt armis eam subiugarent, prius armis spiritualibus subiugata fuerat (vt cœperam adnotare) S. Germāni Altissiodorensis, & sancti Lupi Trecassensis Episcoporum. Constantius; alias Constantinus Presbyter patria Lugdunensis ad Rhodanum, in vita sancti Germani Altissiodorensis quam intitular Patienti Lugdunensi & Censorio Altissiodorensi Episcopis rem gestam ingenuè narrat. *Ex Britannia*, inquit, *directa legatio Episcopis Gallicanis, nuntiauit peruersitatem Pelagij in locis suis latè populos occupasse; & quamprimum fidei Catholicæ debere succurri : ob quam causam Synodus numerosa est collecta : omnium iudicio, duo præclara Religionis lumina; precibus vniuersorum ambiuntur, Germanus ac Lupus Apostolici sacerdotes, terram corporibus, cælum meritis possidentes. Et quanto laboriosior necessitas apparebat : tanto eam promptius Heroes deuotissimi susceperunt, celeritatem negotij stimulis fidei maturantes*, &c. Ibidem referuntur pericula peregrinationis, & quomodo ventis imperauerint sancti illi atque mari, aduenientésque inenarrabili lætitia excepti ab Anglis Catholicis super littore maris : ad eorum aduentum Dæmones fugati ab energumenis eorum præsentiam euulgauerunt, eorum virtutes ferre non valentes præsagiunt futuram victoriam de hostibus perduellionibus Maiestatis Diuinæ. Cum vētum fuit ad disputationem. *Aderat*, inquit, Constantinus Presbyter *populus spectator futurus & Iudex : adstabant partes conditione dispari dissimiles, hinc diuina auctoritas, inde humana : præsumptio inde, hinc fides. Deinde Antistites venerandi torrentes eloquij sui Apostolicis & Euangelicis tonitruis profuderunt. Sermo miscebatur proprius cum diuino, & assertiones violentissimas, lectionum testimonia sequebantur : perfidia confutatur, &c.* Sequuntur eo loci miracula adstruentia veritatem fidei Catholicæ : Gratiæ solemnes actæ sunt ad sepulchrum sancti Albani illius insulæ protomartyris toto anno duo luminaria cœlum & solum Anglicanum illuminārunt : & conspicui facti sunt in campo victoriæ : fortésque illi armati atrium illud custodientes faciebant vt omnia essent in pace. Conuicti & confusi hostes Dei Pelagiani à verbis voluere venire ad verbera : furénsque hæresis admixta Pictis & Saxonibus comparauit exercitum contra Catholicos, & in eo qui conuersi essent nupera sua hæresi. Paschale tempus erat, cum ad pugnam ventum est. Ex parte Catholicorum Dux militiæ factus sanctus Germanus, induit pro thorace iustitiam, & scutum inexpugnabile æquitatem & veritatem causæ Catholicæ. Instabant acies, acclamatum à Catholicis melos Alleluyaticum, incipientibus Presbyteris & Clericis, prosequentibus reliquis de plebe : hoc clamore conterriti inimici; personare audita est sancta Echo vsque ad profunda antrorum & cauernarum : sanctus Germanus signifer admonuit vniuersos, *vt voci suæ vnà clamore respondeant, tertiò repetitum Alleluya, Sacerdotes exclamant, sequitur vna vox omnium eleuantium clamorem aëre repercusso, quem montium inclusa multiplicant, hostile agmen prosternitur terrore. Spolia colliguntur ex-*

irreligiosā, cámque studuit fieri piam.

66. Episcopi ex Francia missi in Angliam SS. Germanus & Lupus. In Pelagianos : excepti ab Anglis cum exultatione.

67. Hæretici victi refugiunt ad arma contra Catholicos.

Horum Dux B. Germanus.

Catholici in acie clamant Alleluya.

Vincunt suos hostes & diuidunt spolia.

posita, & prędam cœlestis victorię Religiosus miles adipiscitur. Composita ieaque opulentissima insula securitate multiplici, superatisque hostibus vel spiritualibus, vel carne conspicuis: quippe qui vicissent Pelagianistas atque Saxones, moliuntur reditum. Sex anni effluxerant, quando ex hydra renascentia apparuere repullulare capita. Ideo Angli iterum venere ad Asylum fidei sanctum Germanum, qui secundaria expeditione sodalem assumpsit sibi sanctum Seuerum: terra marique multum militibus Christi in via obstitit impedimentum. Appulere ergo in maiorem Britanniam in pace, Cleri populique occurrente infinita multitudine.

68. Iidem sancti post sexennium iterū vocati in Angliam.

69. Vincentius Bellouacensis incolatu, nō patria, neque loci Episcopus, vt malè sensit Antonius Posseuinus in Apparatu sacro, decus Ordinis Fratrum Prædicatorum libro secundo Speculi Historici seu Historialis: & post Vincentium sanctus Antoninus archiepiscopus Florentinus in Chronico, cum Petro de Natalibus Episcopo Equilino libri sexti Catalogi capite centesimo sexagesimo primo, Historiam prodigiosam & obseruatione dignam communi consensu referunt. *Dum iterum ad Britannias rediret* [*puta sanctus Germanus*] *vt Hereticos confutaret, & Rex ei cum socijs hospitium denegasset: bubulcus Regis à Palatio rediens sanctum Germanum cum socijs fame & frigore laborantem in domo sua suscepit,* &c. Hæc verba sunt Episcopi Equilini cuius Sententiam confirmat Archiepiscopus Florentinus parte secunda Chronici libri vndecimi capite decimo septimo: narrata repulsa quam sustinuit sanctus Germanus cum bonis sodalibus: *Facto autem manè*, inquit, *Germanus progreditur ad Palatium, & Regem egressurum de Palatio præstolatur. Exeunti festinus occurrit, & cur illi serò hospitium negasset potenter inquirit. Rex stupore defixus, & Sancti auctoritate attonitus respondere non potuit. Tunc Germanus ait, Egredere, & regnum meliori dimitte, egrediens, inquiens, sicut Dominus definiuit* (quod Petrus Equilinus adnotat factum à sancto viro ex diuina reuelatione) *nequaquam Regia potestate deinceps abuteris. Rex autem authoritatem cœlestem in præsule reformidans cum coniuge & liberis indifferenter exiuit, & vlterius ingredi non præsumpsit. Tunc sanctus Germanus* (alter Samuël de quo libri primi Regum capite decimo sexto, qui Dauidem ouium pastorem deposito Saule substituit in regnum populi Israëlitici. Dari quoque potest exemplum Iehu. Dantes Poëta Italus ignorantia seu odio quia ex Florentia pulsus à Carolo Valesio, Hugonem Capetum Parisiensis Beccai filium fuisse cecinit, refellitur à Volaterano.) *Subulcum* (*alias bubulcum Gracè diceres* Βυκόλον *Ducem boum aut vaccarum*) *venire fecit, & vniuerso stupente Palatio Regem constituit. Ex tunc Reges* (*Anglici*) *ex subulci genere prodeuntes genti dominantur Britonum, Deo mirabiliter ordinante per Beatum Germanum. Hæc gesta sunt apud Cantium.* Neque desunt exempla facti consimilis vt attigi ex libro primo Regum, & ex Psalmo septuagesimo septimo. Dauid de seipso dicit, *Sustulit*, inquit, *eum* (*puta per Samuëlem Prophetam*) *de gregibus,*

69. Corrigitur Posseuinus.

70. Sanctus Germanus cum socijs hospitio nō est admissus à Rege Britanno? sed ab eius bubulco: quod ægrè tulit Sanctus, & correpto Rege, eum deposuit Dei fultus auctoritate: eique bubulcum substituit. Exemplum in Saul & Samuële & Dauide. 4. Reg. 9. & in Iehu.

71. Reges Angli ex genere subulci. cap. 9. 10. & 16.

bus, & de post fœtantes accepit eum pascere, &c. Agathocles Rex fuit figuli filius, sui non immemor cum Diadema capiti imposuisset, in supellectile domestica & Regia vsus est vasis fictilibus inter aurea & argentea vnde Ausonius 72.

Agathocles Rex filius figuli.

Fictilibus cœnasse ferunt Agathoclea Regem.

puta Siciliæ. Genealogia Regum Anglorum solet deduci à Rege Egberto, qui domitis Regulis maioris Britanniæ, vniuersæ regionis 73.
factus potens cœpit regnare circa tempora Pipini Regis Francorum, si credimus Ioanni Leslæo Episcopo Roffensi in Scotia (temporibus Patrum nostrorum Decano Escoiacensis Ecclesiæ in nostro Vulcasino Normanno, & Vicario Generali Archiepiscopatus Rothomagensis, pro fide Catholica extorris à Patria sua factus Christi Confessor) in Historia Scotorum in qua genealogia subest difficultas: quia anno Christiano millesimo decimo quarto inuasere Dani Angliam cum Suenone Rege Daniæ atque Noruegiæ ex Rogerio Hoedano in Annalibus Anglicanis à quibus fugatus Ethebredus Rex Anglorum: fugere coactus est in Normaniam cum filiis duobus Alfredo & Eduardo postea sancto. Iste Ethelredus duxerat vxorem 74.
Emmam filiam Richardi primi, & sororem Richardi secundi Ducum Normaniæ, ex qua genuit præfatos Alfredum & Eduardum: Tota familia exul benigne & amantissime recepta est in cognata & sororina Prouincia. Sueno alias Hunno reformidans potentiam Normanam quo sibi conciliaret Richardum, in secundis nuptiis vxorem accepit prædictam Emmam: ex quo indignatus maior natu filius Alfredus bellum indixit Hunoni, à quo victus: sed iunior frater Eduardus meliore vsus fortuna vicit Hunonem seu Suenonem: vnde regno Anglico est pacifice potitus. Cum verò deuotionis & Religionis ergo virginitatem suam secreto deuouisset Deo, decedens sine liberis, suo testamento regni Anglici & fortunarum suarum reliquit hæredem cognatum suum Guillelmum Nothum filium puta Roberti filij Richardi secundi, & fratris Emmæ. Robertus Dux Pater Guillelmi tentauerat aliquando Angliam, sed ventos aduersos passus & tempestate redire coactus, Deo relinquente filio eius trophæa Anglicana, & iustum Conquestoris titulum.

Angli reges orti ex Rege Egberto, circa Regis Franc. Pipini tempora; difficultas in eorum genealogia.

Parentela S. Eduardi Regis Angliæ ex Matre Normana.

Guillelmus Nothus probatur esse cognatus sancti Eduardi Regis Angli à quo hæres eius institutus.

De pugna Guillelmi secundi Ducis Normaniæ cum Haraldo tyranno, & de parto titulo Regio Conquestoris Angliæ.

CAPVT XIX.

1. S. Eduardus Rex Angliæ instituit hæredem Guillelmũ II. Ducem Normanorum.

DVCI Guillelmo, vt probaui, cognatus erat sanctus Eduardus Rex Angliæ, qui multis se nominibus sentiens obligatum & Roberto Duci patruo suo, fratri Emmæ Matris suæ, & filio eius Guillelmo successori Ducatus, & amicitiæ paternæ, vltimæ suæ voluntatis tabulis testatus animi sui gratitudinem, hæredem regni Anglici, & suarum fortunarum ex integro scripsit & designauit Ducem Normanum, belli pacisque studiis florentissimum Principem Orthodoxum, & Pastorum legitimorum fautorem, maximéque sedis Apostolicæ obseruantissimum. Chronicon Normaniæ docet Guillelmum Nothum, antequam aggrederetur negotium Anglicanum ex consilio procerum Normanorum misisse legatos ad Alexandrum secundum summum Pontificem, quem informaret de suo iure in prætensione regni Anglicani, & quid facto opus censeret contra iniustam Haraldi tyranni & periuri perfidam occupationem. Quo verò propensiorem sibi redderet Apostolicam sedem, spopondisse se Romanæ Ecclesiæ fore Feudatarium, si res ex voto Normanorum prosperè succederent, & exercitus victor hostes superaret. Benignè excepti legati beneuolum per omnia experti sunt Pontificem cum Collegio Cardinalium: visum est ad Guillelmum mittere Roma vexillum, cum annulo aureo, cui insitus lapis pretiosissimus, intexto vno ex capillis sancti Petri Apostolorum Principis. Cantici Canticorum capite quarto, sponsus dicit se vulneratum in vno crine colli sponsæ suæ: tu verò Haralde vsurpator alienæ hæreditatis confidens in armis & in equis, in vno crine capilli sponsi Ecclesiæ Romanæ cades vulneratus, & precibus Apostolicis Guillelmo subiicieris, & dabis improbe pœnas exercitui Normano. Haraldus post exhibitum sepulturæ honorem Sancto Eduardo regi apud Vvestmonasterium à defuncto Sancto Rege ædificatum, & dedicari curatum in die festo sanctorum Innocentium, anni post Christum natum MLXV. annóque sequente MLXVI. in festo Sanctorum Regum hæredem suum nominauerat prædictum Guillelmum Ducem charissimum agnatum ex Alredo Abbate in vita eius apud Laurentium Surium.

2. Principes consulere agenda debent.

3. Anglicanũ regnum sedis Romanę feudatariũ.

Guillelmus Dux accipit à Papa militiæ vexillum cum annulo, cum vno ex capillis sancti Petri.

4. Vvestmonasterium opus sancti Eduardi dedicatum ante eius obitum, & vbi sepult.

5. *Haraldus inuadit regnum Angliæ.*

Haraldus contra fidem pactam & promiſſam iureiurando in Normania, inuaſerat ſolium Anglicanum dominandi ſola libidine, perſuadens, ſi violandum eſſet ius, maxime regnandi cauſa violandum. Omitto referre bellicos ex vtraque parte apparatus, pugnæ ordinem, prudentiam Normani Ducis in ipſo etiam ardore conflictus. Verum enimuero quis, niſi omnino irreligioſus ſcriptor haberi velit, ſilentio tegat concionem pietate & generoſitate plenam, quam habuit ad belli & periculi conſodales Dux Guillelmus regni candidatus.

6. *Oratio Ducis Guillelmi ad exercitum.*

Chronicon Normaniæ ait iuraſſe fide ſua dicens, huius terræ incolas ſuos eſſe, fraudulentos olim iniuſtè omnes Danos vna nocte occidiſſe.

Conuocare, inquit, *vos placuit chariſſimos conſultores & adiutores rei bene gerendæ, cui ſi vos mihi defueritis, maior dedecoris pars veſtra erit, ſi hanc Normano nomini patiamini inferri iniuriam, vt impunè liceat Haraldo tyranno periuro legitimè mihi partam vſurpare hæreditatem. Hanc ſi viribus veſtris, & fortitudine militari; virtute Duce, Comite gratia diuinæ fortuna, reſtituatis, maxima vos manebit apud poſteros gloria, maiorum noſtrorum compar triumphis per vniuerſum orbem Catholicum diffundetur, ita vt penes vos ſit aut honoris iacturam ſuſtinere, aut incrementum præteritis trophæis comparare, præter immortale decus quod conciliabitis vobis pugnando contra infideles & periuros, fructus & emolumentum certaminis erunt immenſæ opes Anglicanæ, ſpolia opima. regni vnius glebam Normanico imperio aggregabitis, cuius poſſeſsiones inimicę vos amicos meos reſpiciunt familię herciſcundę.*

7. *Boni non timent malos in bello, ſi confidunt in virtute Dei.*

Apparatus ſcelerati Haraldi non vos terreant, cohortes impiorum, & phalanges Dei inimicorum nequaquam timorem vobis incutiant, non pręualebit Pharao contra Iſraeliticum populum: à tergo quidem mare, antè faciem hoſtilis acies, vincendum glorioſè, aut turpiter moriendum: victoriam ſperemus, quę comitari ſolet confidentes in brachio excelſo omnipotentis Dei exercituum. Voe autem compello Principes Normanicę gentis, armis feroces, victorijs aſſuetos, antiquis meritis cumulatos memores eſſe Francorum arma Patrum noſtrorum ceſsiſſe armis, quibus coacti regni ſui optimam partem dare Rolloni imperij noſtri parenti primario, & quam nos poſsidemus.

8. *Britanni nec in bello fortes, neq in pace fideles.*

Angli teſtè famoſo illorum nationis Principe ſcriptore Gilda, nec bellò fortes, nec in pace fideles ſunt, haud pręſument poſt primum impetum fortitudini veſtrę reſiſtere. Aquilonares, vnde ortum traximus, toties Anglos ſibi deuicere, quoties cum eis manus contulere: brachia illa Anglica, quę in pugna contra nos gladios eleuatura, vinculis noſtris applicatura, & quot vexilla explicata in auram conſpicitis, inuoluendis ſpolijs erunt vtilia, modo memineritis partam tot ſęculis famam tueri & amplificare. Pro comperto habeo numerum bonorum & fortium, ſi qui inter Anglos computabuntur, pro memoria & teſtamento ſancti ſui

9. *Iniuſtitia cauſæ animos militi aufert, audaces facit ius & æquitas.*

Regis cognati mei Eduardi, ad nos conuertendos, & manus daturos, & ſuppetias allaturos iuſtitię cauſę meę, & veſtrę, quia mei eſtis, & Sacramento non tantum militari, ſed etiam Chriſtiano mihi deuincti; iniuſtitia Haraldum, & ſuos vecordes faciet; aliqua licet in eis eſſet generoſitas, malę conſcientię teſtimonium illa ſuos priuabit, eruntque quaſi oues fugientes ante

faciem persequentis, configétque Deus timore carnes illorum à iudicijs diuinis iure merito pauidos. Nos autem scientes quod qui sperant in Deum non confundentur, ponamus, commilitones charissimi, adiutorium nostrum in nomine Domini, & pugnæ nos accingamus.

10\. Pietas Ducis Guillelmi ante prælium, & militũ eius.

Rara pietas apparuit Guillelmi Ducis ante conflictum prælij ineundi cum Haraldo, & eius exercitu: pridie namque, & sequenti mane summo nullum deuotionis omisit genus inter arma & licentiam bellicam penè inauditam. Scriptores Anglici omnes id profitentur, & notatu digna sunt verba Chronici Normaniæ. *Normani*, inquit, *suas conscientias examinauerunt, orationibus intenderunt corpora macerantes, & tota nocte viri Ecclesiastici vacauerunt Psalmis, & Canticis Spiritualibus, pro fælici rerum successu apud Deum precibus instantes fuere, & confeßionibus militum audiendis vacantes, pugnaturis Eucharistiam administrauerunt: diluculo facto Missas hi celebrauerunt, illi interfuerunt celebrantibus cum quo potuere deuotionis ardore. Odo Baiocensis Episcopus suggestum ascendens concionem habuit, præsente Guillelmo Duce fratre eius, & exercitu, in qua adhortatus suos auditores spem suam plus in Deo quam in fortitudine sua ponere, séque Deo exercituum & fortunas committere. Confidere oportere, & diuina ope sperare victoriam de hostibus reportare, orationibus & ieiunijs milites superaddidere votum, quo Deo vouere Normani, quod toto tempore vitæ suæ recurrente die conflictus & anniuersario pugnæ, si votorum fierent compotes & correi, carnibus non vsuros, insuper & ieiunaturos. Erat autem dies sacra sancto Calixto Papæ & Martyri decima quarta mensis Octobris.*

Eadem leges apud Matthæum Parisium ad annũ 1066.

11\. Miles plus in Deo quã in fortitudine sua debet sperare.

12\. Votum factum à Normanis pro obtinenda victoria.

De quo festo Romanum Martyrologium pridie Idus Octobris seu XIV. memoriam faciens meminit victoriæ, & triumphi. *Romæ*, inquit, *via Aurelia natalis B. Calixti Papæ & Martyris, qui Alexandri Imp. iussu cruciatus, victoriæ triumphum promeruit.* Apud Acta sancti Calixti è manuscriptis codicibus, quæ leguntur transcripta apud Petrum Mombritium, & Laurentium Surium Carthusianum, collectores vitæ Sanctorum. Huic victoriæ quadrant & accedunt verba Virginis nomine Iulianæ, *Quæ clamabat*, inquiens, *Deus Calixti vnus est & verus Deus qui indignatur pollutionibus Reip. vestræ & conteret Regem vestrum mortalem, quia non adorastis veritatem.* Audire debueras, ô Haralde, quia hoc erat vaticinium in caput tuum pronuntiatum multis ante te sæculis: tu confidis in potentia militiæ tuæ, & in armis exercitus tui gloriaris: totam noctem inter pocula, & epulas, iocósque transegisti, magno constabit vita tua & tuorum, qui es spurcitia & dedecus Reip. Christianæ: nescitis qui in proximo est dies, qui vobis positus est ad vltionem & vindictam diuinam, vósque immolandos instar victimarum per gladios Normanorum.

Facta pugna die sancti Calixti 14 Octob.

Notate Politici, qui Deum non respicitis.

13\. Haraldus & Angli pridie pugnæ, & tota nocte effusi in iocos, pocula, & epulas.

14\. Alexander Papa II. mittit Duci Guillelmo benedictum vexillum.

Alexander secundus huius nominis Pontifex Romanus habens per legatos pro comperto ius legitimum Guillelmi Ducis, miserat ad eum vexillum benedictum, sub cuius vmbra pugnaret contra Haraldum, ex Ingulpho seu Indulpho illius æui Scriptore Anglo Monacho & Abbate Crolaudiensi in Anglia in sui temporis Historia Guillelmo

noſtro coætanea, ſcriptis mandans, quæ ex propria ſcientia comperiſſet. *Guillelmus, inquit, Papam conſuluit, & ab eo animatus, etiam vexillum legitimę victorię accepit pro munere. Haraldus verò iudicium parui pendens, potius circuibat militiam colligens,* &c. Vvillelmus Malmeburienſis ſcribit vexillum Haraldi, auro & lapillis fuiſſe ſumptuosè contextum. De eodem vexillo miſſo à Papa, & de vexillo Haraldi ſpeciem hominis armati exprimente, Matthæus Vveſtmonaſterienſis & Guillelmus Pictauienſis Hiſtorici rei geſtæ contemporanei meminere in Hiſtoria Guillelmi Conqueſtoris, qui ſceptrum Anglicum iunxit Normanico Ducatui. *Xerxem, inquit, fabulatur Gręcia Seſton* (σῆςος καὶ ἄϐιδος *duo caſtella & vrbes famoſę Helleſponti) & Abidon ponte diſiunctas vrbes nauium ponte coniunxiſſe. Guillelmus Nothus vno clauo ſuę poteſtatis, Normanici ſoli & Anglici amplitudinem copulauit.* Zardus ſcripſit octo ſtadiorum ſpatio Seſton diſtare ab vrbe Abido: hanc in Aſia ſtare, illam iacere in Europa, quæ hodie à Turcis poſſidentur, & lingua eorum appellantur *Bagazoſſar*, ideſt oppida poſita in maris faucibus. Traiectus ille Leandri amoribus ſatis ſuperque celebratus à Poëtis antiquis, cuius fluctus accuſabat immites, eóſque affatus rogabat,

15. Vexillum Haraldi auro & lapide pretioſo ornatum.

16. Seſtos & Abidos vrbes Helleſponti ponte iunctæ nauium: Guillelmus Dux Angliam & Normaniam coniunxit.

Parcite dum propero, mergite dum redeo.

A Leandro redeo ad Guillelmum melioribus captum cupidinibus & amoribus Diadematum, & Regiæ Coronæ, quam ſibi ſperabat breui ponendam in capite ſub fœlicibus auſpiciis vexilli Apoſtolica benedictione venerandi, & hoſtibus reuerendi: de quo plus cæteris & copioſius ſcripſit Guillelmus Pictauienſis vbi ſupra. *Guillelmus Dux, inquit, pugnat contra Haraldum Anglum Regem, præmio vexillo, quod Apoſtolicus* (ideſt Papa, ita loquebantur Patres noſtri Chriſtiani, & Catholici per excellentiam appellantes virum Apoſtolicum ſummum Pontificem ſedentem Romæ in Cathedra Principis Apoſtolorum ſancti Petri, & in litteris priſco idiomate Gallico conſcriptis Papa vocatur *l'Apoſtoille*) miſerat. *Poſt victoriam Romanæ Eccleſiæ ſancti Petri, pecuniam in auro & argento ampliorem quam dictu credibile ſit, ornamenta quæ Bizantium perchara haberet, in manum Alexandri (ſecundi) Papę tranſmiſit: memorabile quoque vexillum Haraldi, hominis armati imaginem innexam ex auro puriſſimo habens, quo ſpolio, pro munere Apoſtolici eiuſdem benignitate ſibi miſſo par redderet, & ſimul triumphum de tyranno, Romæ vlteriuſque optatum pulchrè indicaret. Potentes nonnulli, ſanctis iniquè largiuntur (ô veracem Scriptorem) plerumque in illis donationibus, laudem ſuam in mundo, delicta ſua coram Deo augentes, ſpoliant Eccleſias, & rapinis ipſis ditant illas. Rex verò Guillelmus nunquam niſi bonitate ſinceram famam comparauit ſibi, donans verè ſua, non ad gloriam, quæ peribit, intentus.* Vexillum porro quod Roma miſſum à Papa & ab eodem benedictum fuerat Guillelmus Nothus Dux Normaniæ toto tempore conflictus ſurſum ſublatum exercitui viſendum à Normanis per ſuum vexilliferum, & à ſodali-

17. Chriſtiano Principi benè cedit cum Sede Romana conuenire.

18. Apoſtolicus antiquis idem quod Romanus Pontifex.

Gallis Priſcis l'Apoſtoille.

19. Dona quæ maxima Victor Dux Papæ miſit.

20. Iniquorum oblationes non ſunt dona.

21. Vexillum à Papa benedictum, tempore conflictus eleuatum omnibus viſendum.

bus pro iustitia pugnantibus, vt bono animo essent, conspiciendum proponi imperauerat, & ita factum bono & prospero successu totius exercitus. Ex fragmento Historiæ Francorum veteris Anonymi Scriptoris obseruo suam narrationem exordiri à Regis Francorum Roberti temporibus vsque ad mortem Philippi huius nominis primi Regum Francorum: quod fragmentum edidit Petrus Pithœus Iurisconsultus Parisiensis: ille ergo vetus auctor ad annum Domini millesimum sexagesimum sextum, quo, quæ narrauimus, in Anglico

22. Guillelmi exercitus compositus ex pluribus Prouincijs Franciæ, qui hostem primo vicit certamine Rege occiso Haraldo per Guillelmum Ducē.

solo euenerunt. *Ea tempestate*, inquit, *Comes Normanorum Guillelmus contracto ex Normania, Francia, & Aquitania non mediocri exercitu, extructa multa nauium classe, in Angliam transfretauit. Si quidem Rex eiusdem insulę Einardus* [*vult intelligere Regem sanctum Eduardum*] *nomine, quoniam proximus fuerat sanguine sibi reliquerat regnum Anglorum. Eiradus* [*vult dicere Haraldum*] *autem vnus optimatum gentis illius, regni Diadema sibi imposuerat, quem prefatus Guillelmus cum maximo belli apparatu, transito mari aggrediens, primo vicit certamine, peremit, omnésque copias eius fudit, deinde totam illam insulam multis prelijs* [nota vnico prælio acquisitam Angliam, quæ plus triginta conflictibus vix potuit conseruari ab eius domitore] *adeptus est. Cuius demum Rex effectus, culeúmque Religionis Christianę, qui in ea modicus erat, ampliauit.*

23. Normanus victor in Anglia, curat Dei cultum promoueri.

Illius postremo potentia penè toti orbi innotuit. Qui sub initium potentiæ suæ cum esset adhuc Dux Normaniæ, quia Nothus erat, fuit multis magnatibus contemptui, etiam suæ Prouinciæ primoribus. Vnde factum vt in bello, quod gessit contra Gaufridum Martellum Comitem Andegauensem in obsidione Alenconij facta circumuallatione à copiis Normanis Guillelmus cum esset præsens castris ciues per Iocum & Sarcasmum acclamarent *Pel, Pel*, volentes dicere ma-

24. Derisus Dux ab Alenconij ciuibus: sed pœnas Duci dedere.

trem eius Herleuam fuisse filiam Fulberti, Pellitoris quondam in vrbe Falesiarum. Insuper iidem Alenconii ciues in dorsum ex muro vrbis visi tundere pelles: sed capta vrbe risus eorum conuersus fuit in fletum & triginta duo contumeliæ conuicti, truncati pedibus, manibúsque vitam suam misere finierunt. *Interest ciuem in humili positum supra caput constitutum à Deo Principem nunquam contemnere, sed velut Dei imaginem suspicere suum Principem & venerari.* Guillelmus Patuus seu *Petit* Neubrigensis Monachus initio libri primi

25. Locus pugnæ in Anglia adhuc ruber si pluat.

de rebus Anglicis. *A testibus*, inquit, *fide dignis accepimus* (puta de victoria Guillelmi Nothi contra Haraldum, quorum ætati vicinus erat Neubrigensis) *quo in loco, vbi victi Angli occubuerunt, esse constructum à victoribus Monasterium nobile, Beati Martini de bello nuncupatum,*

26. Abbatia constructa in loco pugnæ. In signum victoriæ Normanorum.

quod scilicet & ad homines ęternus foret Normanię victorię titulus, & ad Dominum propitiatio pro effusione tanta Christiani sanguinis (Ordericus vult dictam Abbatiam postea nominatam de sancta Trinitate, cuius primus Abbas Gillibertus, alias Guisbertus Monachus Turonensis Maioris Monasterii ex libro quarto Ecclesiasticæ Historiæ) *denique in eodem Monasterio locus ille vbi Anglorum pro patria* (Anglus

Monachus falsum dicit, pugnabant enim contra patriam pro tyranno inuadente regnum à sancto Eduardo Rege illorum donato Duci Normanniæ) *dimicantium maxima strages facta est, si forte modico imbre terra maduerit, verum sanguinem quasi recentem exsudat: ac si apertè per euidentiam ipsam rei dicatur, quod vox sanguinis tanti Christianorum* (alludit ad caput quartum Genesis, & ad iniustam effusionem sanguinis Abel, quam dolosus Monachus pessimè accommodat iustæ effusioni sanguinis istorum perfidorum, periurorum & rebellium) *clamet ad Dominum de terra, quæ aperuit os suum & suscepit eundem sanguinem de manibus fratrum,* idest Christianorum, qui fratres sunt in fide, filii Ecclesiæ Catholicæ. Matthæus Parisius in Historia Anglicana ad annum millesimum sexagesimum sextum scribit locum illum esse apud Hastingas, & appellari suo sæculo *Battel.* Abbas Ordericus libro quarto priùs vult locum appellatum *Seulac.* Vetus inscriptio dictæ Abbatiæ olim in pariete sequentes habuit conspicuos versus, ego nescio si adhuc hodie supersunt in regno in quo omnia sursum deorsum confusa fecit hæresis.

Ita quoque cemeticensis & Parisius.

Loci pugnæ nomina varia.

Dicitur à bello bellum locus hic, quia bello
Angligenæ victi sunt, & in morte relicti:
Martyris in Christi festo cecidere Calixti,
Sexagenus erat sextus millesimus annus,
Quo pereunt Angli stella monstrante Cometa.

Quod stellæ prodigiosum signum apparuit in parte Circij seu in plaga Septentrionali vnde flat ventus qui vocatur Circius plagæ suæ æquiuocus quam ventus ille circumeundo verrit de quo Lucanus Poëta.

27. Cometes sub tempus pugnæ & victoriæ Normanorum.

—— solus littora turbat
Circius, & tuta prohibet statione.

Cato de re rustica Circitium appellauit non Circium ventum impetuosum: & circumeuntes milites curam habentes vigiliarum nocturnarum Vegetius libris de re militari Circitores dixit, & eodem nomine compellat I. C. Vlpianus, qui huc & illuc obambulando vestes distrahendas comportant. Huiusmodi viso astro Haraldus tyrannus circuibat castra immemor Dei sui prodigio isto admonentis cœlum aspicere sibi iratum, & non in curribus & in equis sperare, sed in nomine Domini bellum fœliciter terminari, & in adiutorio altissimi confidere. De Cometa apparente Ordericus Vitalis lib. 3. Hist. Ecclesiasticæ. *Vvillelmus Dux,* inquit, *omnes suos armari mane Sabbati iussit, & ipse Missam audiuit, & Dominicis Sacramentis corpus & animam muniuit. Reliquiásque sanctas, super quas Haraldus (quo tempore putà simulata pacis pallio venerat in Normaniam ad Guillelmum Ducem) iurauerat, collo suo humiliter appendit: Religiosi quoque viri pugnaturos è Normania Comitati fuerant. Nam*

28. Circius ventus Septentrionalis.

29. Pugnatum die Sabbati.

Pietas Ducis Normanni & Normanorum.

Reliquiæ in collo Ducis appensæ dum pugnaret.

Cœnalis lib. 2. Ordericus lib. 8.

30. Haraldus in primo conflictu occisus, & frater eius.

31. Victor leges Normanas victis imposuit, iubens omnia instrumenta publica fieri Gallicè.

32. Guillelmus Dux petierat à Rege Franc. suppetias contra Anglum promittens Angliam facere Regi Vasallam.

Negato vero auxilio victor negauit se Regis Vasallum pro Anglia.

33. Alij Reges imitati Guillelmũ ædificando Abbatias pro victorijs.

34. Normani Duces facti exemplum virtutis alijs Principibus.

duo Pontifices, Odo Baiocensis (frater Guillelmi) & Corfredus Constantiensis (Episcopus XLI. *suæ sedis in Normania) seu Constantinus, aderant cum Monachis & Clericis multis, quorum officium erat pugnare precibus, & consilijs. Bellum secundo Idus Octobris, hora tertia commissum est, totaque die ad multorum hominum perniciem, & in primo militum congressu Haraldus Rex est peremptus; deinde Leofumnus Comes, frater eius cum multis millibus. Inclinata iam die videntes Angli quod Rex suus, & primates regni, & suorum legiones interierunt, & quod adhuc procaciter Normani steterunt, & terribiliter in obstantes armis sæuierunt, in fugam conuersi*, &c. Guillelmus Victor victis leges Normanas imposuit, & consuetudines patrias, imperauitque omnia publica instrumenta lingua Gallica perfici, quæ non fierent Latina. Quod in Anglia vsu receptum perdurauit vsque ad annum Christi millesimum trecentesimum sexagesimum primum; quo Rex Eduardus tertius cauit edicto suo instrumenta deinceps componi Anglicè: nam Gallicè facta probant Litteræ Patentes Henrici tertij Regis Angliæ, de quibus alibi dicam, in fauorem sancti Ludouici Regis, quibus omni iure prætenso in Normaniam vltro cedit cum consensu omnium optimatum Anglorum. Philippus primus Rex Francorum ante Anglicanam expeditionem humiliter à Duce Guillelmo fuerat interpellatus, vt ipsi suo Vasallo suppetias ferre dignaretur, pro repetenda legitima hæreditate, quæ sibi cesserat ex S. Eduardi tum donatione, tum vt ex cognati successione sine liberis mortui: quod si ferret opem, armisque Regiis vindicaret sibi Angliam, promittere se Anglicam Coronam Francorum sceptro æternum submittere, Philippum & eius successores Reges pro Dominis agnoscere. Rex Philippus quam poterat Guillelmo opem ferre, apertè denegauit, postea tamen Guillelmo Victore Anglorum ad eum misit legatos pro reddendo Homagio regni Anglici sibi & Coronæ Francorum: nouus Rex respondit quod quantum ad Ducatum Normaniæ non diffitebatur se Regis Franciæ clientem, & ambactum, pro quo iam ipse eidem fidem præstitisset: quod verò attinebat ad regnum Angliæ, se à solo Deo, & à Papa tenere, illisque solis hac in parte debere venerationem. Philippus Augustus Victor in Bouinensi pugna imitatus est pietatem Guillelmi, condens Abbatiam B. Virginis Mariæ de Victoria propè Syluanectum. Vtriusque sectator Ioannes Rex Portugalliæ huius nominis primus (oriundus ex Hugonis Capeti Regis Francorum stemmate) in loco cui nomen *Imberot*, non procul ab vrbe Vlyssiponensi, anno Christi millesimo trecentesimo octogesimo quinto fugato Rege Castellæ cum suis, ædificauit Benedictinorum Abbatiam, quam appellauit B. Mariæ de conflictu. Hactenus satis superque enituit quantas pietatis radices virtus in baptizato Rollone fixerit, cuius successores facti sunt in exemplar omnibus suorum temporum Principibus ad imitandum, saltem ad admirandum. Quod siquis conferat Carolum

Simplicem,

Simplicem, Ludouicum Tranſmarinum, Lotharium, Ludouicum 55
Nihili, & Philippum primum Reges Francorum, & actus eorum, re- Conferuntur Rollo &
mota omni adulatione, aut omiſſa præoccupatione affectiuum, cum eius ſucceſ-
Rollone, Guillelmo primo, Richardis tribus, Roberto primo, & Guil- ſores Duces
lelmo ſecundo, de quo agimus, Ducibus Normanorum, non negabit Normanorum, cum
candorem & ſinceritatem Principum Normanorum; eorum belli- Carolo Re-
cani virtutem, & ſtudia pietatis prævaluiſſe, Vaſſalóſque rerum ge Simplice
temporalium Domino ſuperiores fuiſſe patrimonio virtutum, pluſ- & ſuceſſoribus eius.
que potuiſſe Normanos ſimplicitate ſua, quam conſiliarii Franco-
rum, eorumque Duces aſtu & calliditate. Ingratitudinis accuſatum
Henricum primum Regem contra Guillelmum Nothum; filium
Roberti, qui Henricum regno reſtituerat, & Robertum Regem
verba dare volentem Richardo ſecundo Duci hunc illi retribuiſſe
bona pro malis.

De quodam celebri Conuentu habito in Normania & de duplici Abbatia vtriuſque ſexus ædificata, & magnifice dotata apud vrbem Cadomum à Guillelmo Rege, Duce Normano; & ab vxore eius Mathilde, Item de Succeſſoribus Guillelmi degeneribus à virtute Normana, tranſmiſſo Imperio ad Anglos, & Andegauenſes connubij titulo.

CAPVT XX.

CONVOCAVIT aliquando Guillelmus tres ordi- 1
nes Normaniæ, Prælatos, Barones, capitáque vr- Guillelmus II. Dux ex
bium; & præfecturarum apud Cadomum ex malis moribus, conde-
Reipublicæ Normanorum commodo atque vti- bat bonas
litate, quam omni tempore ſemper in corde ſuo leges.
meditari ſoleret, & ex malis quos ſub oriri vide-
bat moribus ſatagebat bonas & ſanctas efforma-
re leges. Conuentus iſte generalis quò magis celebris haberetur;
placuit vndique ex diuerſis Prouinciæ locis paſſim cõquiſitas aſpor-
tare Reliquias, vt tot Sanctorum & Sanctarum Dei coniunctis in- 2 In Comitiis
terceſſionibus, & multiplicatis ſuffragiis eorum exaudirentur vota eius publi-
comprouincialium. Ex numero Sanctorum eminebant Feretra & cis SS. Re-
capſæ Sanctorum Archiepiſcoporum Rothomagenſium Romani, liquiæ expoſitæ.
& Audoëni: atq; in illo Concilio Catholico pro bono publico inter
optimos Reip. concertato, decreta & ſtatuta iurata ſunt ab omnibus Statuta iurata ab ad-
ante Conuentus Generalis dimiſſionem, promittentibus ſingulis ex ſtantibus.
totis viribus ſuis ſtatuta executioni fideliter per ſe, & ſibi commiſ-
ſos demandari quantocyus curaturos: qui diſtarent licet terrarum

vario spatio, quasi vnius se vrbis conciues victuros inuicem spondere, sub capite suo & Principe, non secus ac sub amantissimo Patrefamilias, quem non timore pœnæ, sed dilectionis intuitu & cordata dilectione obseruarent. Peractis Comitiis Guillelmus Dux proposuit ad futuram rei memoriam ædem sacram eo loci, quo Reliquiæ, & corpora Sanctorum simul quieuissent, erigere: consensere omnes, sola quæstio controuersa de nominis impositione; suadentibus quibusdam Basilicam omnium Sanctorum appellandam, aliis placebat vocari nomine pacis: Guillelmus Dux arbiter denominationis, spiritu principali confirmatus, vtrámque sententiam maritauit, imposuitque nomen de pace omnium Sanctorum. Nullus locus complacentior Guillelmo post caput vrbium suarum Rothomagum, quàm Cadomum vrbs præclara Baiocassinæ Diœceseos, quam Olena interluit, pontéque lapideo vtraque pars vrbis iungitur; Quam Normani Duces delectati sunt ornare ædificiis, & Priuilegiis: ita-ut post sæculum Guillelmi Nothi Guido Brito Poëta Armoricus de Cadomo scribens tempore Philippi Augusti, & filij eius Ludouici octaui libro octauo Philippidos eam comparet Lutetiæ Parisiorum; nostro verò sæculo certamen veniret ad impar. Philippus Rex capta Phalesa.

(Margin: 3. Sacellum ædificatum vbi facta Comitia. — Dictum de pace omnium Sanctorum. — 4. Guillelmus Dux complacuit sibi Cadomi. — Olim comparata Lutetiæ Parisiorum. — Vniuersitas Cadomi instituta 1433)

Inde petis Cadomum, quæ iam tribus ante diebus
Quàm Rex venisset, tradi poscebat eidem,
Villa potens, opulenta, situ speciosa, decora
Fluminibus, Pratis, & agrorum fertilitate:
Merciferásque rates portu capiente marino,
Séque tot Ecclesijs, domibus, & ciuibus ornans,
Vt se Parisio vix annuat esse minorem,
Quam Caius dapifer Arturi condidit olim:
Vnde domus Caij pulchrè appellatur ab illo.

(Margin: Condita vrbs à Caio Arturi dapifero.)

Olena flumen eo loci bis quolibet die ob fluxum & refluxum Oceani inflatur (in quam quoque vrbem fluuius Vdo fluit) & tribus leucis ab vrbe in portu Doystrehano in Oceanum effunditur. Abeunte mari plebs Sulmones, alausas, & lampredas quotidie quamplurimas capit aut occidit: hæc ex Papirio Massono libro de Galliæ, qua Francia est, fluminibus. Titulus Archidiaconatus Ecclesiæ Baiocensis apud Cadomum: necnon & Curia Ecclesiastica, seu Vicariatus Episcopalis. Armoricus insignem facit Ecclesiis, inter quas supereminet vna Ordinis sancti Benedicti, sacra Beato Stephano Protomartyri: fundata à nostro Guillelmo Conquestore, in qua iacet mortuus anno ætatis LXXIV. Quidam Monachus sancti Stephani Cadomensis reliquit aliquod Chronicon quod vocatur Cadomense editum ab Andrea *du Chesne* Geographo Regio. Inter Abbates illius Monasterij eminent Lanfrancus, & prior Sanctus Anselmus; vtérque successiuè Archiepiscopi Cantuarienses & Guillelmus Archiepiscopus Rothomagensis, & Gillebertus

(Margin: Olne. Ondon. Estrehan. — In loco qui dicitur Semella anno 1605. balena aquis destituta ingens capta in littore Oceani. — 5. Ecclesia sancti Stephani eminet Cadomi.)

celebrauit exequias nostri Guillelmi fundatoris anno millesimo octuagesimo octauo. In Catalogo Abbatum seu inter Abbates xxvii. Carolus de *Martignis* Episcopus fuit Castrensis, Legatus diuersarum nationum sub Regibus Carolo octauo, & Ludouico XII. & Petrus de *Martygnis* æquiuocus, Episcopus fuit Baiocensis: Franciscus Cardinalis *de Tournon*, Cardinalis *de Medicis*, Alexander Cardinalis Furnesius. *Præfatam Ecclesiam & Abbatiam sancti Stephani Guillelmus Nothus à primo lapide usque ad ultimum perfecit (& ut verbis Historici Normani utar) bonis honorarijs; è largitionibus potenter gloriosam reddidit.* De qua dixi supra cap. de Iustitia Rollonis Ducis. Ad bonitatem morum & pietatis augmentum Guillelmi Nothi non parum profuit, quin multùm conduxit sanctitas & deuotio uxoris eius Mathildis. Vas electionis & Apostolus gentium Epistolæ primæ ad Corinthios capite septimo, *Sanctificatur*, inquit, *vir infidelis per mulierem fidelem & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem*: quanto magis vterque coniux sibi profuere fideles ad geminam sanctificationem. Mathildis filia Balduini Comitis Flandriæ ex Adela filia Roberti Regis Francorum, vxor fuit Guillelmi: hæ duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum, & in domo Dei resplendent, certantes quis vinceret in cultu religioso: duas Abbatias in eadem vrbe Cadomo ædificauerunt, easque ditissimas & magnificas: sancti Stephani fuit sepulchrum mariti; vxoris vero Abbatia, & Ecclesia, cuius titulus fuit de sanctissima Trinitate, Monialium Benedictinarum, sicut sancti Stephani virorum eiusdem Ordinis: præcessere fata viri fatum Mathildis: marito curæ fuit in choro Monialium erigere superbam sepulturam cum tumulo, cui ad naturam supereminet imago Mathildis auro & lapillis pretiosis ornata, cum hoc Epitaphio,

Hanc Dux Guillelmus à primo lapide ad ultimum perfecit.

6\. Mathildis vxor Ducis Guillelmi ad pietatem eius multū conduxit.

Sepulchrum eius in Abbatia SS. Trinitatis Cadomi ab ea fundata.

Egregie pulchri tegit hæc structura sepulchri
Moribus insignem, germen regale Mathilden.
Dux Flandrita Pater, huic extitit Hadala mater
Francorum gentis, Roberti filia Regis,
Et soror Henrici regali sede potiti:
Regi magnifico Uuillelmo iuncta marito
Præsentem sedem, præsentem fecit & ædem, &c.

Hadala pro Adela regis Francorum Henrici sorore.

Genealogia Ducum Normaniæ describitur in quodam manuscripto libello, quam etiam tangit Guillelmus Gemeticensis libri 8. Historiæ Normanorum capite septimo, liberos dat Guillelmo Duci ex vnica vxore Mathilde tres masculos (omitto quinque filias quarum iunior & nouissima fuit Sibylla Abbatissa secunda SS. Trinitatis Cadomensis) Robertum natu maiorem natum in Normania, Guillelmum minorem natu in solo Anglico natum (cognomine Rufum propter crines rufos) postquam Pater eius admissus est in regnum Anglicanum, Patris & maiorum moribus multum dissimi-

7\. Liberi Ducis Guillelmi ex Mathilde vxore.

Guillelmus Rufus II. filius dissimilis vitā Patri suo.

Male viuens, male mortuus.

lem, dilapidatorem patrimonij Ecclesiastici, Prælatis & sacratis Deo locis irreuerentem. Ideo dum adhuc ordiretur telam iniquitatis, succidit eum Dominus & condigna factis morte remunerauit, sagitta percussus instar feræ in sylua, quam plantari iusserat destructis multis locis diuino numini consecratis. Patri Guillelmo Notho, & fratri Guillelmo Rufo in Ducatum Normaniæ & regnum Angliæ Robertus primogenitus debuerat succedere, sed à fratre iuniore Henrico dolo malo supplantatus vtrumque imperium perdidit, occasione capta, quod præfatus Robertus abesset ab Anglia, & à Normania, occupatus in bello sacro cum Godefrido Duce Bullonio, & flore Christianorum Principum: abusus Anglicano, pessimóque more ambitiosorum, quo quisquis præualet, dominatur: ideo ægrè ferentem Robertum fratrem reducem incarcerauit, &, velut alter Herodes, si non vxorem, certè tulit fratris sui, quam ipsi non licebat, hæreditatem. Vinum tuum ô Guillelme ex vinea tua purè maiorum tuorum Normana expressum, vinum fuit optimum, sed ex

Robertus natu maior à fratre iuniore Henrico supplantatus, mortuus miser in carcere redux à Terra Sancta.

Cant. 7.

8\. quo mixtum est Anglicanis vndis, fiet deinceps amarum: euadétque deterius ex Godefridi Iunipera admixtione contrahet acedinem, atque ex Anglorum & Andegauensium acrimonia & bile tollet priscam familiæ tuæ Baptismate tinctæ mansuetam dulcedinem in nepotibus tuis: tandémque vlciscente Deo, qui dat salutem & prosperitatem bonis Regibus, quique malos male perdet in gentibus: olim primam Normanorum in Neustria dominationem permisit propter Francorum peccata: dominatio vero eorum transiens per Mathildem ab Anglonormanis ad Andegauenses, quo tempore abundauit eorum iniquitas, & completæ sunt malitiæ Amorrhæorum, Normania rediit ad Francorum Reges, & omnis possessio eorum, quæ ex Godefrido Comite, & eorum affine Leonora ipsis obtigerat: vt per meliores Francos Andegauenses nascerentur noui qui dominarentur Hungariæ, Siciliæ, & aliis regnis: *Vidi*, inquit Rex Propheta, *impium exaltatum sicut cedros Libani, transiui, & ecce non erat*: & dixi ego in corde meo, viden tu, ô quisquis dominaris in populo Christiano, & Diademate superbiens gloriaris, homines qui non ponunt Deum adiutorem suum, sed in superbia gloriantur, quomodo euanuerunt, & humiliati sunt?

Stirps Normana deteriorata ab Anglis & ab Andegauensibus.

Godefridus Comes Andegauensis dictus plantator Iuniperi.

Psal. 141.

9\.

Deus regna transfert propter peccata.

Psal. 36.

10\. Diffusius mihi incumbit explicare quid sentio de filiis Guillelmi Nothi comparatis parenti suo. De Notho apud Gemeticensem obseruo fuisse orthodoxum Principem, pium, & victoriosum, cui Samsonis inesset fortitudo, abyssúsque iudicii Salomonis Regis, ad bene de rebus occurrentibus sapientérque iudicandum. Ordericus Vitalis Ecclesiasticæ suæ Historiæ libro sexto transcribit litteras Guillelmi Nothi ad Maynerium B. Arnulphi Abbatem cum ex Normania traiecisset in Angliam. *Ego Guillelmus*, inquit, *Dei gratia Rex in regno mihi diuinitus concesso, eleemosynam, quæ mihi perenniter prosit, Cœnobio Beati Arnulphi tradere dispono*, &c. Anno ab Incarnatione

Comparantur Guillelmi Nothi filij Patri suo. Eocomia Nothi Ducis Regis. Qui agnoscebat sibi regnum datum diuinitus.

Guillelmus Nothus dictus magnus & Conquestor, signum sanctæ Crucis primus posuit in Diplomatibus.

Domini M. LXXXI. Indictione quarta: *Hoc testamentum signo sanctæ Crucis* † *dedicandum trado. In hac nimirum charta* [*subiungit Ordericus*] *Guillelmus Magnus, hoc est Conquestor; Rex Anglorum primus signum sanctæ Crucis* [*puta in Litteris Regijs & Diplomatibus*] *edidit, & subsequentes magnates subscripserunt.* Par exemplum habes per me transcriptum in Cathedra Rothomagensi capite quinto, vbi Philippus primus Rex Francorum, Guillelmo Notho contemporaneus, paulò Iunior Normano, illique superuixit, ad instar Ducis nostri præeuntis, in Litteris Regijs datis in fauorem Archiepiscopi Rothomagensis pro Castello Pontœsiæ seu Pontisaræ, & feodorum eius, vel ab eo mouentium in Vulcasino pago seu Prouincia. *In nomine,* inquit, *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, &c. Ego Philippus Dei gratia Francorum Rex, &c. Concedo Rothomagensi Archiepiscopo datum anno* M. XCI. *ab Incarnatione Domini*: In autographo dicti Diplomatis quod asseruatum vidi, legi, & manibus contrectaui in Archiuo siue Armario Palatij Archiepiscopalis, visitur atramento efformata vna parua Crux † & infra legitur S. seu signum Philippi Regis, & omnes Proceres qui cum Rege subscripsere, singuli signum Crucis apposuere: S. Guidonis dapiferi. † S. Pagani de Nealfa † &c. Mille est reperire exempla in instrumentis subsequentium Principum Christianorum signum Crucis cum sua subscriptione apponentium. Nunc autem plures pudet profiteri se pios, multi tamen, qui piè sapiunt, in capite litterarum solent pingere signum sanctæ Crucis, pauci, quod sciam, in subscriptionibus: quod tamen laudabile initio & fine scriptionis venerabile signum pingere, quod terrori est hostibus nominis Christiani, solatio sperantium salutem per virtutem sanctæ Crucis per Christum acquisitam. Bonus quoque Princeps Guillelmus laudatur, quòd die sancto Paschæ in Ecclesia Abbatiæ Fiscanensis obtulerit Deo filiam suam Cæciliam (quæ postea obiit Monialis, Deo deuota, & secunda Abbatissa Cadomensis anno M. CXXVI. benedictione accepta ministerio sacro Ioannis Archiepiscopi Rothomagensis. Quo loci sanxit quoque Guillelmus *ne quis* (*vtor verbis Diplomatis Regij*) *alium assailliret* (*seu vim inferret*) *pro morte sui agnati, aut affinis, nisi Patrem aut filium interfecisset.*

12. Philippus I. Rex Francorum imitatus Ducem Guillelmū, & alij nobiles & Principes Christiani.

13. Malos pudet Christianos imitari priscam pietatem.

14. Laudabile in inscriptione Litterarum, apponere signum Crucis.

15. Guillelmus Dux offert die sancto Paschæ Deo filiam Cæciliam.

Lex eius de homicidio.

Audit Missas quotidie & diuino officio interest.

Pietatem insignem toto vitæ spatio testatus, non contentus quotidie Missas audire, si poterat horis Canonicis aderat. Auctor veteris fragmenti Abbatiæ sancti Stephani Cadomensis obseruat, quòd eadem ipsa die, qua Guillelmus Conquestor mortuus est, mors eius nota fuit Romæ, in Calabria, & in Prouinciis multum à Normania distantibus.

Eo die, quo mortuus fama fuit Romæ, & in Calabria.

Ordericus lib. 4. Hist.

16. Dux Robertus II. ocreacurtus de court-te Heuse breuibus ocreis calceatus incedebat.

Locus est aliqua differere de Guillelmi primogenito Roberto, qui fortis fuit & generosus, sed nimis violentus, & consiliorum malorum capax. Normaniam acceperat à Patre Guillelmo, gubernatoris, ipso viuente, non Ducis titulo: illam voluit nomine Ducis possidere, & sibi à Normanis præstari Homagia, se Philippi Regis Franco-

Bellum eius in Guillelmum Patrem quem equo deiecit incognitum, genuflexus cum fletu petijt veniam. rum Vasallum fidelitatis iuramento palam professus. Ea propter Guillelmus Pater Anglia soluens venit in Normaniam cum exercitu, cui occurrens Robertus Patrem incognitum in ardore pugnæ lancea ex equo deiecit: sed vt deiectum aperta casside agnouit, protinus ex equo desiliens Patrem subleuare fategit, & genuflexus cum lacrymis multis veniam postulauit: Pater duce natura inclinatus pepercit vltro, & collacrymatus in collum filij & osculum procubuit: fletibus consignata pax, quam sanguinis effusio nunquam conciliasset, potius exacerbasset intestinum & cruentum bellum.

17\. Guillelmus partitur filijs bona sua. Moriens Guillelmus tabulis testamenti Robertum Ducem Normaniæ voluerat; & Guillelmum Rufum in Anglia natum post regnum conquestum Angliæ regno donauerat: Henrico tertio filio multa pecunia concessa.

18\. Robertus II. Normaniæ Dux. . luit ad Terram Sanctā pugnare in Turcas. Contrahit æs alienum pro impensa belli sacri 1600. & 1360. marcas argenti. Anno Christiano M. XCVI. conclusum instante summo Pontifice Vrbano secundo genere Franco (Eudoni de Castillione nomen illi fuit) bellum Asiaticum & sacrum contra hostes fidei: Robertus fisci & ærarij prodigus habebat in votis sumere pœnas de Turcis, quorum nequitia auus eius Robertus, Pater Guillelmi, Religionis gratia sepulchrum Christi cum visitasset, rediens apud Nicæam vrbem veneno extinctus fuerat, quem Turcæ Terræ Sanctæ exploratorem pertimescerent. Ad peragendam ergo expeditionem Asiaticam, & peregrinationem sacram Robertus sciens fratrem Henricum pecunia opulentum, ipsi oppignerauit Normaniæ Ducatum ex parte, & singulariter Comitatum Constantiensem pro mille & sexcentis marcis, seu ponderibus, argenti, & reliquum Ducatus pro tredecim millibus & sexcentis marcis.

19\. Recusat esse Rex Hierusalem ex Malmeburiensi Paulo Æmilio, Gemeticensi, Polyd. Virgil. Absente Roberto & Guillelmo Rufo mortuo, sese Henricus præsens, pecunia & amicis potens in Ducatum Normaniæ, & in regnum Angliæ intrusit, curauitque sibi præstari fidelitates & iuramenta.

20\. Henricus I. Rex Angliæ & inuasor Normaniæ vbique vir iniquus. Gemeticensis lib. 8. Paul. Æmilius in Ludouico 6. Malmeburiens. lib. 4. Robertus porro audita morte fratris Guillelmi, quamuis electus esset in Regem Hierosolymitanum, amantior hæreditatis paternæ, quam alienæ, hunc honorem lubens recusauit: eoque recusante in eius locum suffectus Godefridus de Bullonio, qui gente quoque & origine Normanus. Cum appulisset porro Robertus Dux in Normaniam, auctoritatis suæ sedem inuenit occupatam: tum traiecit in Angliam: mediatione procerum concordarunt fratres, Henrico cessit Anglia & ager Constantiensis in Normania. Henricus porro vindictam exercuit in omnes qui Roberto fauissent, ea propter ex Anglia fugere coacti in Normaniam, quibus pro vitæ comparandis necessariis Robertus Dux concessit prouentum Comitatus Constantiensis, quæ causa fuit belli redintegrandi.

Robertum fratrem natu maiorem 28. annis detinet in carcere erutis illi oculis. Robertus facilior decipi quam vinci, & fortiori quam prudenti similior, sensit Henricum subornasse subditos Normanos, domesticos, & quibus magis credebat: deduxere Ducem in castrum dictum *Tenerchebray*, vbi captus & deductus in Angliam, vbi perpetuo carcere detentus, oculis erutis, vel, vt quidam dicunt, obcœcatis per annos viginti octo languidam

vitam traxit, & tædio atque ærumnis confectus interiit anno M. CXXXIV. cum annis XIX. imperaffet Normaniæ, illuftris fama bellica in Oriente, ibique mille actis generofis præclarum fortitudinis fpecimen exhibuiffet. Melior fuit bello quam pace, in quo prodigus, & ideo exactor erat: caufam fibi ad ruinam parauit credulitate nimia malorum confiliatiorum.

Robertus Dux fuit generofiffimus, bonus bello, in pace prodigus.

21\. Ex Sibylla filia Itali Comitis Auerfani reliquit Guillelmum filium, paterni infortunii fodalem & hæredem. Robertus vltimus fuit ex Ducibus Normanis poft Rollonem in Normania natus, ex quibus nullus inuentus eft ingenio debilis, neque vecors, neque impius: exceffere mediocritatem inter fui temporis Principes orbis Chriftiani, & ex ipfis plures excelluere dotibus principalibus, qui digni iudicati funt maiore imperio.

Guillelmus filius Roberti II. Ducis fuperftes abfque hæreditate.

22\. Rarum porro in fucceffione octo Ducum à fortitudine non deflexiffe, aut ab auorum non degeneraffe gloria & generofitate. Captiuitas & feruitus Roberti Ducis exterminium fuit Normanici imperii, nam ex illo tempore Normania domitrix & domina Angliæ, facta eft Anglorum ancilla Prouincia, & viciffitudine fortunæ, victores Normani à victis Anglis ius & legem accepere.

Octo Duces Normaniæ omnes fortiffimi & magoi animi.

23\. Frater fecundo natu Roberti Ducis fuit Guillelmus Rufus, in Anglia, vt dicebam, natus ex Patre Guillelmo Notho, tunc Rege. Ordericus Vitalis Hiftoriæ Ecclefiafticæ libro decimo diuinum iudicium agnofcit contra Rufum ad annum Chrifti millefimum centefimum decimum. *In noua Forefta Angliæ*, inquit, *Calterus* [*nomen Pontafianis vulgare, vnde ille erat oriundus*] *Torellus de Pice miles Francus generofus, ex intimis Regis Guillelmi Rufi, ex fex nouis catapultis illa die oblatis Regi, poft prandium duas accepit. Erat ille Pontifaræ oppidamus diues, armis acerrimus, Regi conuiua familiaris, & vbique comes affiduus. Hic in fylua fuper dorfum feræ fetam radens fagittam emifit, quæ Regem è regione ftantem letaliter vulnerauit, qui mox ad terram decidit, & fine mora expirauit feria quinta quarto nouas feu fecunda die Augufti* M. CX.

Guillelmus Rufus filius fecundus Nothi nequam periit iufto Dei iudicio, 2. Augufti. 1110.

Cum effet Rex poffedit opulentum Archiepifcopatum Cantuarienfem, quem poftea pudore & verecundia magis, quam voluntariè ceffit Sancto Anfelmo Cantuarienfi, cui irritatus plurimum quod pro ceffione ab eo non potuit obtinere pecuniam, ideoque Sanctum iuffit exulare. Laudatur Pius Pontifex veteri carmine.

Vfurpator Ecclefiaft. bonorum, perfecutus eft fanctum Anfelmum, exulare iuffum, lætum in aduerfitate, humilem in profperitate.

Profpera non lætum fecere, nec afpera triftem;
Afpera rifus ei, profpera terror erant.

Pater Rufi Guillelmus Nothus Abbatiæ Cadomenfi fancti Stephani dederat fuam Coronam Regiam, virgam Regiam, & fceptrum ex auro, lapillis ornata, & aurea candelabra. Rufus facrilegus omnia abftulit. Hiftorici fuper funefto fine Rufi prudenter philofophantes, qui fapiunt, agnofcunt in eo digitum Dei fuper impium Principem Anglum: Omiffa enim cura rerum diuinarum, & paginæ facræ immemor, ex cuius lectione non poterat ignorare,

14. Deus punit Principes loca sacra prophanantes. quanta mala passi sint omnes scelerati, qui abutentes sibi data au-ctoritate parui pendunt loca sacra profanare, & dilapidare patrimonium Christi & Ecclesiæ, merito Sanctorum acquisitum. Accusatus quoque Guillelmus Rufus contemptor fuisse Pontificum, Pastorum, Sacerdotum, personarum religiosarum & numini consecratarum.

25. Mores Regis Henrici primi vsurparoris Normaniæ. Cautior & apparenter melior videri voluit frater eius Iunior Henricus primus tertio natu filius Guillelmi Nothi, qui astutus, vt famam bonam sibi conciliaret, sciuit benefactis venales acquirere stilos plurium Monachorum, qui illis temporibus penè soli scribendis Historiis in otio suo vacabant, quorum Monasteriis se præbens munificum, Monachos alumnos habuit suos præcones.

Qui Scriptores sui temporis benefactis sibi acquisiuit adulatores. *Nullum enim genus hominum faciliùs in laudes prorumpit aut in vituperium, quam Cœnobita, si quid boni acceperint, aut aduersi sustinuerint, vtilitatem aut dispendium æquilibrium ponentes, & sæpissime vtilitati, aut rei veritati postponentes.* Quod hoc sæculo, plusquam in nullo experientia docet; nec multa inquisitione opus sit ad probandum.

Qui eius scelera vix attigere. Hinc est quod Henrici pleràsque iniquitates aut tacuere, aut excusauere, horum adulatione famæ & veritati publicæ illusum, & scelera velata, de quibus palam accusatus fuit in Concilio Generali

26. Henricus in Concilio Generali Rhemensi accusatus. Rhemensi coram Calixto secundo Papa, dicti Regis cognatione materna propinquo: cui Concilio cum non ausus fuisset ob conscientiam iniquitatis præsens esse, ne confusionem in consessu Sanctorum pateretur, dignatus est Papa data opera venire Gisortium,

Gisortij cum Calixto II. Papa locutus eluso eum promissis. vbi moram traxit, si quo modo Henricum ad sanam mentem, & totam conscientiam reuocaret: nihil omnino profecit, vanisque illusum Pontificem promissis, vacuum spe dimisit, quod diffusius narro & explico Tomo secundo Historiæ Gisortianæ. Neque pœna nefario, & versipelli defuit: in eo enim mascula proles Normana defecit, ex bona, quamdiu fuit Normana purè, facta deterior Anglicana aut in solo Anglicano. Henrico spes familiæ duo erant exspectationis magnæ, vt prætendebatur, duo masculi filij Guillelmus & Richardus cum sorore Sibylla; ex Normania in Angliam

Pœnas dat Henricus & duo filij in mari pereunt. traiicere parabant, cum prospero vento soluissent anchoram ex portu Harefluxus, submersi sunt in mari, esca facti piscibus marinis, naui, qua vehebantur, illisa ad scopulos rupis, cui ex forma externa impositum nomen cassidis vulgo *le Casquet*, quod naufragium locum dedit disticho.

Funus plangendum, priuat lapis æquoris vnum
Et ratis vna suo Principe regna duo.

Filij duo erant vitæ nequioris. Normaniam, & Angliam appellat duo regna, quorum erat vnus hæres maior natu Guillelmus, quam Pater Henricus possidebat. Causa naufragij præter paternam iniquitatem, imputant infami Guillelmi & Richardi peccato Sodomitico, quod in Scriptura appellatur pessimum: propter quod Pentapolis periit, ex quibus Sodoma & Gomorrha. Henricus non contentus iniuriosè habuisse fra-

trem

trem Robertum natu maiorem, sicut supra narraui: vnicum eius filium Guillelmum persequi vbique non destitit, legitimum hæredem Angliæ & Normaniæ. Hic adiutus à Ludouico Crasso Rege Francorum, donatus Vlcasino, deinde, vt supra dicebam, Comitatu Flandriæ, dum male vtitur sua fortuna; studio nimio conquirendæ Normaniæ, causam dedit Flandro se ab eius abstrahendi obedientia, & post plures currens lepores nullum sibi acquisiuit, occisus in bello Flandrensi. Obiit tamen helluo alienæ hæreditatis Henricus die vltima Nouembris circa meridiem noctis pene incipiente prima hora mensis Decembris. 17. Henricus persecutus filium fratris Guillelmum. Hic fortunæ bona male vsus perijt in bello Flandrensi.

Quem decedentem cum nox extrema Decembris
Soluisset, secuit prima Decembris eum.

Magnus fuit ædificiorum & castellorum fabricator; inter quæ Gisortianum viuente fratre Rufo. Locum obitus aliqui adsignant vicum S. Dionysij, sed verè apud castrum Leontium propè Ecclesiam Parochialem sancto Dionysio dicatam. Huic superstes filia Mathildis, vidua Imperatoris Henrici quinti, secundis tabulis iuncta fuit Godefrido Comiti Andegauensi cognomento duplici Martelli & Iuniperi. Non fuit cur sancta Ecclesia de eo par votum fecerit ei, quod postea fecisse legimus sanctum Franciscum ob sodalem suum optimum, & sanctum fratrem ~~Iuniperum, Vtinam, inquiebat,~~ *habéremus sylum de talibus Iuniperis*: perfidus enim fuit, & dolo plenus, & versutiarum suarum discipulum & hæredem habuit filium Henricum secundum, qui ex successione materna Patruis suis Guillelmo & Richardo mortuis hæres fuit Angliæ & Normaniæ. Habuit tamen æmulum, & contradicentem Stephanum Comitem Blesensem filium Adelæ amitæ suæ, sororis Henrici primi, ille armatus Angliam ingressus pro Rege agnitus, Mathildis & Godefridus Normania potiti, suppetias illis ferente Ludouico VII. filio Crassi: à quibus donatus est pro gratia accepta toto Vulcasino Comitatu. Veruntamen Mathildis non contenta solius Normaniæ possessione traiecit in Angliam, quam ex manu cognati Stephani Blesensis sibi vindicaret, quæ tam fœliciter pugnauit, vt in pugna ceperit captiuum Stephanum competitorem intermedia ope fratris naturalis Roberti Comitis Cestrensis, quem multum diligebat, & proposito naturali iure, si eadem sorte ipsa capta esset, quid sibi fieri vellet, non grauiter tulit commutare fratrem à Stephani exercitu captum, contra ipsum Stephanum. Occupato Stephano in Anglicano bello non multa opera suam fecerat Normaniam quam dedit filio suo Henrico, qui postea huius nominis secundus Dux Normaniæ, & Rex Angliæ, quibus accessere multi Principatus & Prouinciæ quas Guillelmus Brito libro tertio Philippidos paucis comprehendit. 18. Mors Henrici primi. Cui vnica superstes Mathildis filia vxor Comitis Andegauensis ex quibus ortus Henricus II. Hæres Angliæ & Normaniæ mortuis suis Parruis, Guillelmo & Richardo. Mathildis obijt 10. Septemb. 1169. Mathildis lapidei pontis Rothomag. fuit auctor, alij ad vxorem Nothi referunt: opus mirabile quod nostri æui opifices reficere nequiuere. 29. Quam potens fuerit Dux Henricus II.

Neustria, Pictones, Andis, Vasconia, Santo,
Armorici, Bitures, Aluernicus, Anglia tota.

Nota subditos Normano Duci Armoricos seu Britones teste Poëta Britone.

Adde his Irlandiam seu Hiberniam quam sibi comparauit, dolo, an virtute, nescio. Omnia hæc dominia partim paterno iure, partim ex successione matris Mathildis: sed maxima eius potestas in Francia processit ex infami coniugio cum Eleonora relicta & repudiata Ludouici septimi Regis Francorum ob impudicitiam vulgarem. Concordauerat mater eius cum Stephano opera Theobaldi

30\. *Henricus in superbiam elatus. Insultare cœpit Clero & persequi sanctum Thomam Archiepiscopum Cantuariensem.*

Archiepiscopi Cantuariensis, ea conditione, vt Stephanus, dum viueret regno Angliæ potiretur, eo mortuo Henricus filius Mathildis illi succederet, ita factum puta anno sequenti. Intumuit Henricus Andegauensis, & exaltatum est cor, elatique sunt oculi eius, ita vt ambulare visus sit in magnis, & in mirabilibus super se: neque deinceps de se humiliter sentiebat, Clero insultans, & Ecclesiasticæ libertati iugum imponere satagens pœnas dedit ob persecutionem sanctissimi Pontificis Cantuariensis Thomæ Becqueti, cuius causa martyrij ideo euenit, volente Deo, vt, qui pessimus fuerat spiritualis filius Thomæ, passus sit rebelles sibi omnes filios, & propriam vxorem, & factus sit etiam sibimet ipsi grauis, quia non auferret à se peccatum nec iniquitatem suam, nunc quoque in puluere dormiens à contumelia non quiescit ab auditione mala diffamatus vbique.

Habuit sibi rebelles & vxorem & omnes filios.

31\. *Henricus filius Henrici secundi iunctus cum Margareta filia Regis Franc. Ludouici VII.*

Inter Henrici filios primogenitos æquiuocus cognomine Curtimantellus, qui tantùm annos septem natus iunctus conuentione matrimonij cum Margareta filia Regis Francorum Ludouici septimi, quæ erat triennis, cui pro dote datum est totum Vulcasinum, & ipsius caput vrbs & Castellum Gisortianum, quod à tempore Henrici primi, veteris Castelli destructoris, & noui in modum arcis conditoris, ad perniciem & damnum vtriusque regni, nati ad turbas concitandas, pro eius sibi possessione tuenda. Depositum erat in manibus Equitum Templariorum quasi instar sequestris & dubiæ possessionis cuius esse deberet. Detrectabat Henricus nubilem & nuptiis maturam Margaretam dare filio Curtimantello, qui speciosissimam virginem, eamque sponsam legitimam amore deperibat: & suspicio grauis erat Patrem amores eius affectasse, immo & constuprasse: ex quo non vano rumore iusta Eleonoræ vxoris suspicio, quæ, quid aliis accideret, ex seipsa coniecturam facere poterat: filium Curtimantellum pro eo mitigando pro suo successore coronari curauerat: cui à parte rei vafer homo illudebat, vt & maritus esset filius absque fœmina, & Rex absque regno. Nequitia paterna bilem liberis iustam Henrici concitauit. Itaque Henricus, Richardus, & Godefridus iunctis animis relicto Patre fugêre in Franciam. Godefridus duxerat vxorem Britanniæ hæredem: vndique bella domestica filiorum in Patrem: ex alia parte Rex Scotus occasione capta, adiutus armis Francorum Angliam inuasit; & in cassum procuratum colloquium Franci & Angli apud Gisortium, nec

Anglus nolebat nuptã dare filio marito, quia eam deperibat ipse Pater, & creditus eam constuprasse.

Illusit filio sub titulo coronationis Regiæ.

Vt esset maritus absq; filio, & Rex absque regno.

Tres filij in Patrem insurgunt.

Rex quoque Scotiæ Angliam inuasit.

mitigatus Pater, nec contentus filius patre, ad quos Ludouicus Gisorti amicam concionem habens vna manu panem, altera lapidem tenens, belli pacisque symbola, pacifico panem daturus, lapidem proiecturus in caput litigiosi & contumacis. Rex perdidit tamen operam, maior erat morbus medicina & cataplasmate.

Rex Frãcus Anglum, & filios frustra ad pacem adhortatus.

Henricus Iunior Curtimantellus mortuus est in agro Bituricensi, Rothomagi sepultus in Metropoli ad sinistram maioris altaris. Godefridus filius eius mortuus, non secus ac Curtimantellus, armatus vterque contra Patrem, de Richardo & Ioanne filiis, suis locis aliquid dicetur: infœlix in prole mortuus est Chinone, agitatus stimulo conscientiæ, quòd illegitimè duxisset relictam Ludouici Regis, ex qua duas habuisset filias: infamis persecutione sancti Thomæ Cantuariensis, tum quia multorum malorum artifex pro augendis fortunis liberorum suorum, per quos meritò afflictus, vt per quos, & propter quos peccauerat, per eosdem puniretur.

Stimuli conscientiæ Henrici II. in morte.

Vix animam exhalauerat, ab aulicis tota supellex Regia dilapidata est: duos filios habuit ex illicito concubitu notos, præter ignotos, Guillelmum cognomine de Longa Spata Comitem Salisberiensem, alterum Godefridum primò Lincolniensem, deinde Archiepiscopum Eboracensem.

Supellex Regia tota dilapidata.

Spurios habuit plures.

Deportatum corpus ad Monasterium Fontis Euerardi seu Ebraldi, cui obuiam factus filius eius Richardus, vix cadaueri appropinquabat, quod illico sanguinolentum visum est, & sanguinem fundere. Anxietate animi oppressus mortuus fuit secundum quosdam in spiritu humilitatis, & in animo contrito: quem multi in sæculo potentes sequuti sunt in minuenda dignitate & Ecclesiastica auctoritate: Rarus est istorum impiorum finis bonus, aut mors Deó accepta, & vix eorum assequuntur veram pœnitentiam, qui in terris clauigeros cœlestes aut contempserunt, aut minorari curauerunt.

Ex Chronicis Normaniæ sanguis ex naribus fluxit mortui.

Matthæus Monasteriensis in floribus Historicis ad annum Christi M. CXXXIII. *Post Natiuitatem*, inquit, *Henrici postea Regis secundi factę sunt tenebrę horribiles in Anglia.* 33.

Raro bene moriuntur qui Ecclesię auctoritatẽ minuunt.

Timendum ne tenebræ, & vmbra mortis, vbi sempiternus horror inhabitat, fuerint portio tam mali principis, cuius tamen iudicium Deo relinquimus, narramus tamen quæ legimus: sunt enim qui asserunt miserum Henricum Andegauensem freno equi sui, desperato similem, seipsum strangulasse: contemporaneus Armoricus libro tertio Philippidos de dicto Henrico Rege misero & miserabili. 34.

Nascente Henrico secundo tenebræ & in die quo postea se strangulauit.

Habeo Chronicõn Normaniæ M. S. quod idem refert.

Per proprios victus natos, & obire coactus
Abbreuiasse suę lugetur tempora vitę.
Fœlix si sancti Thomę, fratrumque suorum
Non interfector, sed amator amasset haberi.
Hinc tibi scire licet, quid homo, quid gloria mundi:
Quem formidabat regni pars maxima nostri,

Henrici II. Epitaphiũ.

Nunc satis arcta domus totum concludit, & ex his,
Quos genuit, nullus interfuit eius honori
Supremo, aut saltem corpus perduxit ad urnam.

Oportuit ergo Richardum viso cadauere Patris paterno funeri se subtraxisse. Qui vero viuens in frequenti sermone habuisse refertur in ore, magno Principi vix terram victoriis & eius imperio sufficere debere: ad dictum allusit de Pompeio, cui Velleius Paterculus scribit terram defuisse ad victoriam: ideo Poëta tumuli compositor aptè de Henrico secundo cecinit.

Rex Henricus eram, mihi plurima regna subegi,
Multiplicique modo Duxque, Coméſque fui.
Cui satis ad vitam non essent omnia terræ
Climata, terra modo sufficit octo pedum.
Qui legis hæc, pensa discrimina mortis, & in me
Humanæ speculum conditionis habe.
Sufficit huic tumulus, cui non suffecerat orbis
Res breuis est ampla cui fuit ampla breuis.

Legendum puto, Qui breuis amplior est, terra cui ampla breuis.

35. Gisortium captum à Rege Philipp. Augusto.

Philippus Augustus natus homo fuit à Deo, qui flagellum esset Henrico: ille redux ex Terra Sancta res non Richardi, sed sibi à Richardo, & à Patre eius Henrico iniustè sublatas iure belli repetere aggressus, initio capto ab vrbe & castro Gisortiano, cuius ciues scirent ab antiquo procliues in partes Francorum, & quorum intuitu omnes fortunas perdidere sub Henrico Anglo Rege primo, Ecclesiâ totaque vrbe combustis, ab vrbe expellendo Francos à Gisortianis introductos mense Nouembri die Lunæ seu Feria secunda quo extunc macellum in vsu erat frequens anno M. CXXIII. ex Orderico Vitali in Historia Ecclesiastica. Subacto Vulcasino, & Præfectura Ebroicensi, Albamarla, &c. Richardus ex Asiatica peregrinatione naufragium cum fecisset in Sclauonia, transire coactus personato habitu per Austriam, agnitus tamen, & pro suspecto creditus ex vultus speciosa dignitate, qualem decet Regiam maiestatem, suspicione non falsa captus, & in manus Leopoldi Archiducis traditus, deinde missus ad Imperatorem Henricum, post viginti duorum mensium captiuitatem iussus pro redemptione numerare bis mille ducentas marcas argenti facti. Vix consederat in Anglia, iræ & furoris in Philippum impotens copias comparat, bellum indicit: coactus tamen componere Exolduni, & inter conditiones pacis Vulcasinum, & Gisortium Franco Regi remansere. Castrum Andeliacum, nolente Vvaltero generoso Archiepiscopo Rothomagensi antiquum Ecclesiæ suæ patrimonium alienari, vi armisque inuaserat Richardus, qua de causa Pontifex pronuntiauit interdictum in tota Normania, cuius erat Metropolitanus & Primas. Necesse fuit Richardo auctoritatem Romanam expostulare, & Archiepiscopo satisfacere, iis conditionibus, quæ passim leguntur in nostris Chronicis, & apud Scriptores Anglonormanos: nec suffecit Archiepisco-

36. Richardus Rex Angliæ captiuus in Austria per menses 22. soluit in redemptionẽ 2200. marcas argenti facti. Supplem. Sigeberti Rigordus & Houedenus leg.

Redux bellum Franco indicit: coactus pacem petere. Gisortium, & Vulcasinum remãsere Frãco.

37. Andeliacum cedit Anglo & compensatur Rothom. Archiepiscopus.

pum mitigasse, & eius Capitulum, placuit Augusto ex pacto conuento arcem Andeliacensem demoliri: & cum corde duplex Anglus pactis non stetisset, ventum ad pugnam. Philippus à Medunta veniens cum familiari turba nobilium & domesticorum custodum, parum abfuit, quin Regem interceperit Anglus, exercitu clam de nouo comparato, & noctu à Diepa festino itinere adueniente. Postea Richardus in agro Lemouicensi sagitta percussus interiit, ad sepulchrum paternum corpus asportatum, intestina Pictones, cor Rothomagenses habuere pro legato: Magni fuit Princeps animi, quique de corde Leonis indigetari soleret, tanto terrore Turcas & Asianos affecerat, vt matres, atque nutrices flentes pueros, puellásque ad nomen Richardi aduenturi, seu aduenientis compescere solerent, teste Ioanne de Ioinuilla illius æui nobili & veraci Scriptore. Mortuus Richardus inquietus dum viueret Rex, hæredibus turbas concitauit, contendentibus Ioanne Iuniore eius fratre, cum Arturo nepote ex seniore defuncto Godefrido Britanniæ Comite, de successione Angliæ Normaniæ, & cæterarum Prouinciarum. Ioannes quo in suas partes traheret Augustum, spondebat eum, & hæredes eius hæredes suos agnoscere, si absque liberis masculis moreretur. Aspernatus Augustus Ioannis oblata stetit pro iustiore causa Arturi, cui vxorem dedit Mariam de Francia filiam suam. Sub initium Arturo omnia prospera, excepto quod Eleonora mater Ioanni fauebat, inuidiam exercens contra Constantiam Arturi matrem: Princeps infortunatus dormientibus militibus suis apud Mirabellum captus à satellitibus Patrui sui Ioannis, & in Normaniam adductus, inclusum se doluit in turri Rothomagensi, inuentus vna nocte mortuus, & pro strangulato creditus ab ipso Rege Ioanne. Ad hæc insolita, Constantia defuncti mater, aduoluta Philippi Augusti pedibus, iudicem eius iustitiam implorauit: indicta dies Ioanni coram Rege & Paribus Franciæ, à quibus condemnatus & conuictus de nepotis scelerato homicidio. Pro Sententiæ executione Philippus armata manu venit in Normaniam, in qua ne pedem quidem terræ Ioanni reliquit, non tantum in Normania, sed etiam cis mare, præter aliquem angulum in Aquitania: transiit Ioannes in contemptum omnium, etiam sibi subditorum, vir deliciarum, vecors, & effœminatus, & supra modum crudelis, exactor bonorum, & glebæ Clericorum: qui de eo conquesti apud Innocentium tertium Papam: sed cauto consilio, quo Pontificem Romanum negotiis suis adstipulatorem haberet, obtulit se deinceps, & successores suos sedis Apostolicæ & Romanæ Feudatarios. Interea omnes Angliæ ordines legatos misere ad Philippum supplices, quatenus gratum haberet filium eius primogenitum Ludouicum sibi dare in Regem: acquieuit, & cum legatis filium transmisit in insulam, in qua beneuolè exceptus, & Londini coronatus consentiente Clero, Proceribus & populo. Verum facies rerum mutata Ioanne Rege mortuo, conuersi sunt

38\. Philippus Augustus peoè captus propè Gigiortium à Richardo Rege.

39\. Moritur Richardus Rex magni vir animi de Leonis corde dictus. Polyd. Gagui. Æmilius. Tilletus. Vualsing. legendi.

40\. Bellum pro successione Richardi. Dormientibus militibus Arturus capitur à militibus Ioannis Patrui. Strangulatus Rothomag. à Patruo. Indicitur dies Ioanni Anglo coram Paribus Fräciæ. Coram quibus condemnatus, armis Philippi eiectus de tota Normania. Ioannis vitia, de quibus fit querimonia Papæ Innocentio III. Cui conciliando reddit Angliæ regnum sedis Romanæ Feodum.

41\. Ludouicus filius Augusti coronatur Londini Rex Angliæ.

Postea ab Anglis derelictus.

animi Anglorum in Henricum tertium Ioannis filium: sensitque se Ludouicus breui ab omnibus derelictum, & maturum præparauit reditum, ne quid deterius ipsi contingeret.

Guillelmus de *Nangis* Monachus Benedictinus Abbatiæ sancti Dionysij in Francia in rebus gestis sancti Ludouici Regis Francorum

43. Henricus tertius Rex Angliæ filius Ioannis. Venit in Franciam concordare cum sancto Ludouico. De consensu fratris sui Regis Alemaniæ & procerum Angliæ cedit omni iuri Normaniæ & Prouinciarum aliarũ.

ad annum Christi M. CCLIX. *Henricus tertius*, inquit, *Rex Anglorum [post mortem Patris sui Ioannis sine terra vocati] venit in Franciam [puta volens & non coactus] Ludouicus verò Rex remorsum conscientia suæ sentiebat pro terra Normaniæ, & alijs terris, quas Philippus [Augustus] Rex Francorum auus suus Ioanni [sine terra dicto] Regi Angliæ Patri ipsius Henrici (tertij) iure & iudiciò suorum Parium abstulerat, pacem cum ipso facere satagebat. Henricus Rex Angliæ de expressa voluntate (notanda verba) sui fratris Richardi Regis Alemaniæ, & Principum, & Prælatorum Angliæ, quietauit in perpetuum Regibus Franciæ, quidquid habuerat iuris* (puta à tempore factæ donationis Rolloni anno nongentesimo duodecimo vsque ad illud tẽpus Henrici tertij) *in Ducatu Normaniæ, & Comitatibus Andegauiæ, Cænomaniæ, Pictauiæ, & Turoniæ ac eorum Feudis. Rex vero Franciæ (sanctus Ludouicus) dedit ei magnam summam pecuniæ*, &c.

Et post illum Eduardus quintus Rex Angliæ.

Henrico tertio successit in regno Angliæ Eduardus quartus, illi Eduardus quintus huius filius: de quo Ioannes Froissardus thesaurarius, & Canonicus Cymeensis, & Insulensis in Chronico rerum Francicarum vsque ad annum Christi M. CCCC. Ille ergo tertij voluminis capite XXV. transcribit integras litteras & Diploma Eduardi

Froissardus domesticus eius, & Historicus ita refert.

quinti, cuius se domesticum fuisse testatur, & fautorem eius se palam profitetur in Historica narratione, quo fit vt in hoc negotio contra Anglum sit testis omni exceptione maior, si quid in fauorem Francorum quos oderat scripsisse legatur. Quo loci igitur Froissardus prosequitur res gestas Philippi Valesii seu sexti nominis huius Regis Francorum, cui Eduardus quintus in vrbe Ambianensi præsentibus Regibus Bohemiæ, & Insularum Balearium propè Hispaniam, genuflexus in paludamento Regia cum corona Homagii præstiti dedit litteras & Diploma, quod ex Gallico sermone fideliter in

Litteræ Eduardi ad Regem Franc. Philippum textum. Homagium faciendi.

Latinum, quia Latine scribo, reddere non grauabor. *Eduardus Dei gratia Rex Anglorum, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, notum facimus, quòd, cum fuerimus Ambiani, Homagium excellenti Principi nostro, charissimo Domino & cognato Philippo Regi Franciæ, tunc requisiti sumus ab ipso, vt recognosceremus dictum Homagium Ligium esse, & in illius præstatione promitteremus expressis verbis illi seruare fidem & legalitatem. Quod tunc non fecimus, quia nondum satis edocti eramus, ideo*

Non amplius se dicit Anglus Normaniæ Ducem.

dicto Regi feceramus verbis generalibus Homagium, dicendo quod nos in eius Homagium intraremus, nostrorum instar antecessorum Ducum Aquitaniæ, quod retro actis temporibus Regibus Francorum præstitissent: & quamuis generalibus expressum verbis, intelligi debuerit de Homagio Ligio, & quod illi fidem & legalitatem debemus titulo Ducis Aquitaniæ,

Paris Franciæ, Comitis Pontiuij, & Monasterioli, nósque promittimus Comte de Ponthieu & de Monstreüil.
dictam fidem & legalitatem seruare. Utque futuris temporibus nullum
restet super hoc disidium, promittimus pro nobis, & pro successoribus no-
stris Ducibus Aquitaniæ, quod dictum Homagium fiet hac verborum
formula. Rex Angliæ & Dux Aquitaniæ ponet manus suas in mani- 44.
bus Regis Francorum, & qui alloquetur Regem Anglorum Ducem A- Formula Principis præstantis Regi Homagium.
quitaniȩ pro Rege Francorum sic dicet. Vos deuenitis homo Ligius Re-
gis Francorum Domini mei hic præsentis, titulo Aquitaniȩ Ducis &
Paris Franciȩ? & illi promittitis fidem & legalitatem seruare? dic quod
ita promittis: Rex vero Angliȩ & Dux Aquitaniȩ, & successores eius,
dicent, ita promitto. Et Rex Francorum admittet dictum Regem An- Oris osculum datur à Rege facienti Homagium.
gliȩ & Ducem Aquitaniȩ in dictum Homagium, fidem, & ad oris oscu-
lum, &c. Sicque fiet, & profitebitur toties, quoties dictum Homagium
præstabitur: de quo nos & successores nostri tenebimur dare Litteras no-
stras Patentes sigillo nostro maiore munitas, si ita videbitur Regi Fran-
corum. Datum apud Eselinum trigesimo Martij anno Christi millesimo 30. Martij 1333.
trecentesimo trigesimo tertio. Addit Froissardus istas Litteras asseruari in Archiuo Regum Francorum: ex quibus Litteris apparet successores Rollonis qui nunc regnant in Anglia nihil iuris habere nec posse prætendere in regno Francorum nec in Ducatu Normaniæ.

Corollarium & conclusio operis de Rollone Northmanno-Britannico.

CAPVT XX.

PROVINCIA Normaniæ ducentis pene quinquaginta annis, ex quibus pars Neustria occupata fuit ab eis; & postquam intra insulare regnum se continere coacti hæredes Materni Ducum Normanorum, qui ex Anglo-Normanis erant, facti sunt Angli, tum Neustria & portio separata accessit iterum ad glebam Francicam. 1.
Henricus tertius Rex Angliæ filius Ioannis sine terra cognominati, Ioannes Normaniæ Dux & Rex cur dictus sine terra.
quia dux erat sine Ducatu, & Rex sine regno, omnibus possessionibus spoliatus à Philippo Augusto in Francia, & à filio eius Ludouico in Anglia; mutata rerum facie, & Ioannis filio redeunte ad solium paternum vicissitudine Anglicæ gentis, variæ, & tumultuosæ, Ipse & filius eius Henricus voluere perdita repetere.
ausus Henricus velle pennas maiores nido extendere, & recogitare annos antiquos fœlicitatis maiorum suorum, qui ex parietinis ædificii Regii Francorum, atria sibi gloriæ & honoris extruxerant, dolo malo iniustis armis, seu mauis, vlciscente Deo peccata & iniquitates Francorum flagello extraneo, qui Dei ferulæ domesticæ subesse

nequiuerant. Repetiit ergo ablata Henricus per Philippum annosum victoriis & trophæis Augustum Regem. *Senex leo non facile suis manibus submissam prædam dimittit, cui anni generositatem non minuunt, sed augent; nec imbelli lepori par erit pugna cum Rege animalium*: cœpit tamen intra insularem potestatem omnia bona, quæ ad Francos attinebant, fisco suo adiudicare. Perdidit operam in Francia, & à Philippo vbique victus, & à Ludouico eius filio, donec regnante sancto Ludouico huius nominis nono Augusti nepote res compositæ sunt ad pacem, renuntiauitque Henricus omni iuri Normanico in manus sancti Regis, & ex hac die cessauere Angli Reges se Duces Normanorum appellare. Circiter triginta annos Franci cum Anglis vixere pacificè, pax turbari cœpta sub Philippo Rege Pulchro, sed interueniente Papa Bonifacio octauo iterum concordarunt, Regique Eduardo filio Henrici tertii data in matrimonium Margareta de Francia soror Philippi, & Iuniori Eduardo Angli Regis filio Elizabeth filia dicti Regis Franci, duplicique connubio visa est pax duplici modo connexa. Historicus Tilletus tractatu de bellis & de pactis inter Regem Philippum Valesium Regem & Anglos, Normanos extollit laudibus ex eo quod visi & probati sint omnino propensi in Valesium contra Anglum, missis legatis suis ad Regem Franciæ, qui tunc apud Vicenarum castrum moram traliebat propè Lutetiam Parisiorum, offerentes solos Normanos sufficientes esse Anglis retundendis intra insulare regnum, petentes licentiam Anglos aggrediendi in propria sua insula, & Hannibalem in ipsa Carthagine, dimissurum pacificam Italiam. Normanos progeniem esse; & successores nepotes virorum, qui vnico prælio sub Guillelmo Notho eorum Duce gentem illam sibi subiecissent, & adhuc duret in hæredibus victorum Normanorum materna successio masculæ minime comparanda. Normanorum esse in potestate quadraginta millia virorum militum numerare peditum, & quatuor millia Equitum Regiæ defensioni subministrare, placerétque Regi Philippo primogenitum suum Ioannem sibi dare in Ducem. Philippus Rex cum applausu oblatis beneuolus acquieuit, & collaudata fortitudine Normana, propensionéque gentis in publicum regni bonum & commodum, contentum se dixit viginti millibus stipendiariorum stipe Normanica ad menses quatuor commodum militare habiturorum. Malè consultus Rex cum alia cepisset consilia, præuentus ab Eduardi diligentia, qui prior classicum cecinit, & aggressus est Franciam per Picardiam: rerũ varii euentus narrantur ab vtriusque gentis Historicis. Carolus quintus Rex, qui Sapientis cognomen tulit, domi sedens plus Anglis obfuit Patre Ioanne bellicoso, temerario, & auo Philippo inconsulto Principe qui contra Anglos infœliciter armis decertarunt. Carolus cognita Normanorum generositate, & naturali propensione in commodum Regium, vnicè gentem Normanam diligebat, & testamenti tabulis cauit cor suum

Valsing. in Hypodig. Polyd. lib. 16.

Concordia pacta inter S. Ludouicum & Henricum.

I. Normani propensi in Philippum Regem Valesium offerunt soli inferre bellũ Anglo intra ipsam Angliam.

Iactantes se posse exercitum componere 40. millium virorum peditũ & 4000. Equitum.

Obtinent Regis primogenitum Ioannem pro Duce Normaniæ.

Froissardus volum. 7. cap. 40. & sequentib.

Carolus V. Rex sapiẽs.

Magni fecit & amauit Normanos.

suum velle tumulari in medio Choro Ecclesiæ Metropolitanæ Rothomagensis, quam multis etiam beneficiis cumulauit. Visitur adhuc tumulus eius, non ea speciositate pulcher aut conspicuus, qua factus, Caluiniana seditiosa, hæretica, & iniuriosa Regibus manu fœdatus. *Isti hominum & nebulonum generi in more est positum omnia Religiosa fœdare; & quà possunt Regium honorem de medio tollere, vbi se fortiores & impunitate securos autumant.* Piget, pudétque referre statum Normaniæ sub regno funesto, seu potiùs sub seruitute Regia Caroli sexti filij quinti huius Sapientis illius ingenio minuti: qua debilitate occasionem dedit omnibus tumultibus, & rebellionibus improborum; multis Principibus sibi vindicantibus auctoritatem Regiam, & inter se partientibus, *cum mala sit res plures Domini*, nemo poterat non tantùm duobus, sed infinitis Dominis seruire, cùm iustè cautum sit; Rex vnicus esto, non modo nomine, verùm etiam potestate. Antesignani malorum fuerunt Duces Andegauiæ, Burgundiæ, & Bituricum discordantes superbia Duce, & Comite auaritia, quibus populum Francum vbique, & semper vexauere exactionibus, tributis, & militum irreuerenti & infrunita licentia cum via aperta & impunita ad omnem malitiam, & in malitia rapacitatem. Inter hæc mala publica Normani fuere victores de classe Anglica ad littus Harflotti: exercitus Regis vexillifer & auriflammæ gerulus Eques gente Normanus erat, vir spectatæ virtutis Guillelmus Martellus Paganus, seu Dominus Pagi de Bacciuilla, cui subsidiarius datus propter senium filius eius natu maior; qui comitatus est Carolum sextum euntem in bellum Britannicum, & cum in amentiam incidisset apud Cenomanos in exitu nemoris, seu sylvæ gladium manu tenens in obuios quoque sæuiret nullius discrimine habito; Regem audacter aggressus cum vitæ propriæ eminenti periculo, illæsus illæsum compressit, & reuerenter compescuit à sæuitia. Henricus V. Rex Angliæ, persecutor Reip. Christianæ, & regni Francorum appulit Diepam anno M. CCCCXIII. vbi sensit arma Normanorum sibi noxia, iteratis vicibus fugatus & victus, tertia demum vice aggressus Normaniam per ostium Sequanæ; descendit in agrum Caletensem anno M. CCCCXV. cum mille quingentis velis seu nauigiis; Harfletum obsedit; anno sequenti M. CCCCXVI. Gisortium cepit, & Pontœsiam vrbes nostrates & Vulcasinas, quo appropinquaret vrbium capiti Lutetiæ Pasiorum: & via patente in Normaniam, & Angliam omnia facilius & ex animi sententia gereret: longiore, quàm bono publico interfuit, Caroli sexti cessante tandem imperio, nouum sidus Francis apparuit Carolus septimus Sexto Patre melior filius, latuit aliquando, vt sol inter nubes Anglicas: ex tenebris illis Aurora conspicua,

Cor suum in Rothomag. Ecclesia sepeliri canit.

Sepulchrum à Caluinistis fœdatum pro more suo.

4. Rex ingenio debilis causa perditionis regni.

Principibus de partienda auctoritate disputantibus.

Vrsinus leg. in Carolo sexto.

5. Normani vincunt Anglos.

Normanus Eques gerulus auriflammæ.

Qui reuerentes manus iniecit in Carolum VI. ense sæuientem ex amentia.

6. Henricus V. Rex Angliæ appulit Diepam 1413. victus à Normanis.

7. Gisortium & Pontœsia ab Anglis captæ 1416.

Ioanna d'Arc puella rebus affulsit Francorum.

Polyd. Virgil. lib. 27. Charterius ad annum 1428. Monstreletus volum. 1.

8. meridiem obscuris rebus allatura surrexit Ioanna puella, Luna pulchra, velut inter ignes minores Ducum, qui vt sydera, vndique incipiebat se manifestare in solo Francico. Incredibi e dictu rusticanam virginem incultam bello; & depost fœtantes egressam, anno ætatis suæ decimo octauo venisse ad Carolum septimum Regem Chinoni tunc temporis commorantem, tamque grata gestus & corporis compositione; & tam eloquenti suadela compellasse Principem, vt ipsum & adstantes Aulicos in sui admirationem traxerit, vt nemo esset, qui non aliquid diuinum in ea relucere palam profiteretur. Verum quia insolitis non temere confidendum; ætásque eius, & sexus puellaris cautionem multam desiderabant, & quæ promitteret cum inaudita essent, non leuem occasionem dedit tentandi eam, quæ & qualis esset. De ea singularia multa obseruo in Historia B. Ioannæ de Valesia. Post plurimam igitur inquisitionem dedit signa multa, & sufficientia testimonia diuinæ & cœlestis desuper ad Regem missionis, & vocationis ad inchoandam regni Francorum restitutionem. Victrix toties permittente Deo ad vrbem Compendium est capta anno M. CCCCXXX. à Ioanne de Luxemburgo proditore, & qui eam Anglis pecunia vendidit: ducta Rothomagum, vbi condemnata per Cochonium Episcopum Belloua censem, hominem Anglicæ factionis, & pro hæretica & venefica igni adiudicata in veteri Macello, seu in Macello vitulorum, vbi fons lapideus & suggestus visitur. Annis viginti post innocentem mortem, iubente Pontifice Maximo Calixto tertio delegati iudices Prælati, qui de eius condemnatione iusta vel iniusta cognoscerent: declarata est vnanimi consensu integra vitæ, scelerisque pura. Ne forte diutius protrahatur editio Historiæ meæ de B. Ioanna Valesia (auus cuius Carolus VII. Rex) apponere hic visum est & transcribere Elegiacum carmen in honorem illius, quod spero non ingratum fore beneuolo Lectori ex libri primi capite septimo.

Capta ab Anglis ex proditione inuidorum.

Et per Anglos ad ignem damnata.

De eius innocentia post annos viginti inquisitum.

De Ioanna Darc puella Virgine iniquo iudicio Anglorum Rothomagi in ignes damnatâ. 9. Elegia in laudem Ioannæ puellæ.

ELEGIA.

Virgo Ioanna decus secli, quę nomen ab arcu
Traxit, Amazonides prǽlia multa parat.
Cœlitus Angligenas legata fugare phalanges,
Ex pharetra iaculum docta vibrare manu.
Forte redibat ouans hostis cumulata tropheis,
Tradidit in victos inuidiosa manus.
Arcensi cui nomen erat, combusta vocetur 10. Mali iudices, vituli. Psal. 21. Circumdederunt me vituli multi.
Arcensis, charę fecit amor patrię.
Agna fuit vitulis circumdata, de nece quando
Prodere mugibant supplicium immeritum.
Bellouaci Antistes plenus liuore Cochonus
Iudicium in Sanctam grunijt ore nefas.
Iusta sit, inquirit, Sententia, Papa Calixtus, 11. Ioannæ corpus redactum in cineres, qui Anglos obcæcauere.
Anglorum vt facinus iure retractet Iber.
Virgineum corpus cinerēs fecere Britanni;
Sed cinis ille oculis obfuit Angligenûm.
Ex illo mens cęca Ducum, populique proterui
Tempore, & ex busto lux noua Francigenis. Ex busto eius lux Francis.
Regum corda Dei quę dextera seruat, eadem
Regiferę intactum cor cineri rapitur.
Tradiderat vix flamma neci, de corpore abire Cor intactū inter ignes, ex quibus alba columba exijt.
Alba columba fuit visa Ioannę anima.
Supplicijque loco surgens fons limpidus, Anglum
Purget, & vt fugiat monstrat iter liquidum:
Quo patriam repetens trepidus, manibúsque puellę
Vincentis victus venerat, hac redeat.
Crux fonti sociata loco quo passa dolore 12. Olim erat Crux supra fontem eminens.
Gaudia parta, pia morte refrigerium.
Manibus exactus defunctę littora Franca
Non nisi turbato lumine respiciet.
Vallicolor cui terra parens, nunc arcus, & Iris Ioanna orta oppido, cui Vallicolor nomen est.
Multicolor meritis, emicat alta polo.

ROBERTVS DENYALDVS *Gisortianus Rector Presbyter statuæ Ioannæ puellæ Venerabundus P. C.*

12. Normani se Anglico iugo liberant.

TÆDIO tyrannidis Anglicanæ, & amore Regum Franciæ Dominorum suorum legitimorum Normani Nobiles cum populo conspirauere excutere ex ceruicibus suis iugum Anglorum, & imperari ab iis, quibus sui maiores legem dedissent, & sub iugum misissent. Vrbes ergo Normaniæ paulatim ad Francum redibant; cuius gloriæ partem etiam rustici vindicare satagebant, præsertim in Vulcasino; & vi aperta insurrexerunt in Anglos, interea dum proceres collectis copiis recuperauere Diepam, Harfletum, Fiscanum, Longam-Villam, &c. Quibus compertis Henricus Iunior filius Henrici quinti celeri mare pertransiit rate, & trepidus in Angliam rediit. Burgundus fax incendiorum ciuilium bonitate suæ vxoris Elizabethæ de Portugallia, rediit in amicitiam Francorum: nimis longo postliminio tandem Lutetia Parisiorum admisit Regem, quam secutæ ceteræ ciuitates, & prouinciæ; inclinante vbique prospera fortuna ad Francos, Cæsaroburgum fuit vrbs vltima Normaniæ sui temporis munitissima quæ agnouit antiquum Dominum suum. Normani diuino numini grati, quot annis gratiarum actiones solemni ritu persoluunt de libertate sibi reddita per expulsionem Anglorum ex hac Prouincia, quam circiter triginta quinq; annos in illa temporum perturbatione possederant. Carolus octauus impense Normanos amare testatus est, & Ludouicus duodecimus, qui ante Regiam dignitatem gubernator noster & prorex fuerat: cui complacuit in pompa magnifica Rothomagum ingredi die sexta Martij M. CCCCXCIX. & cum supra omnes diligeret Cardinalem Ambasium, primum & perpetuum status Ministrum, dedit nobis & Pontificem & gubernatorem in Spiritualibus & Temporalibus. Capto in conflictu Hispano ad Ticinum vrbem Francisco primo Rege Nobiles Normani æmuli honoris Regij & Coronæ eorum, vltro decimam partem suorum bonorum obtulere pro Regis redemptione, & sese opposuere alienationi Ducatus Burgundiæ, & supremæ potestatis Flandriæ renuntiationi: Franciscus cognito erga suam maiestatem amore Normanorum dedit illis primogenitum suum Franciscum Delphinum Proregem, quem ipse Rex adduxit Rothomagum vbi solemni pompa admissi mense Februario MDXXXI. Delphino mortuo in eius locum suffecit Admirallum seu Archithalassum Dominum Hannebaldum generosum Normanum Equitem, qui successerat fauori Montmorentiano temporibus Henrici secundi Regis. Ante annos quadraginta hæresis caput

Historicus Carterius ad annum 1454. Polydo. lib. 23 Gaguinus Monstreletus.

13. Burgundus fax bello reconciliatur Franco.

14. Normania tota rediit ad Regem post 35. circiter annos.

15. Carolus octauus & Ludouicus XII. Reges Francorum impense amauere Normanos.

16. Normani nobiles vltro obtulerunt pro Francisci I. Regis redemptione, bonorum suorum decimam 1531

extulerat in Germania auctore Luthero, cuius malignitati & odio 17.
in Ecclesiam Catholicam superaddidit maledictus Caluinus, qui Franciscus I. Rex amauit Normanos.
multos liberioris vitæ sectatores asseclas sibi conquisierunt, prætextu accepto quod disciplina inter Ecclesiasticos & Clericos esset pene prolapsa, & hypocrisi sua fucum facientes incautos etiam, qui se 18.
pro sapientibus iactitabant, deceperunt. Regnantibus Francisco primo, & eius filio Henrico secundo non ausi cornua subleuare, concepere tamen audaciam sub Francisco secundo breui spatio regnante adolescente, & prodire visa in apertum hæresis per Principes irritatos se à rebus gerendis prohibitos: promouerunt insaniam hæreticorum, quò suæ superbiæ satisfacerent, negligentes Dei & Ecclesiæ cultum, quò ab hominibus præ cæteris conspicerentur; facti inimici diuini numinis, & Patriæ iniuriosi prostitutores, cum priùs sine Duce aut capro, qui istis arietibus præiret, non auderent ciere pugnam, aut cum exercitu prodire in publicam rebellionem. 19.

Lutherus & Caluinus Hæresiarchæ, auctores malorũ.

Quorum fuere fautores mali Principes ob superbiã.

Pugnare se dicebant pro suæ libertate conscientiæ contra Reges, qui vbi rerum Domini in seruitutem redigebant omnium Catholicorum conscientias, proscribentes bona, exilia procurantes, supplicia & mortem inferentes nolentium Deo renuntiare & Idolo Caluinianorum animas suas prostituere. Benedictus Deus misericordiarum, & Pater totius consolationis, qui non permisit hæresim superiorem in regno Franciæ. Gallia olim teste sancto Hieronymo caruit monstris, idest hæresibus. Ludouico Regi nostro Christianissimo concedat Deus monstra ista de medio regni tollere, & suos superare hostes Religionis Catholicæ.

Hæretici sibi volunt libertatem, Catholicis imponere conscientiæ seruitutem.

Plinius senior de suis lucubrationibus verba faciens profitetur se nullum emendandi genus omisisse, illas secum pertractando, aliis legendo & tradendo ad emendationem, & dubia si quæ occurrerent 20.
ad elucidationem: nonnunquam coram pluribus recitando ad subeundam auditorum censuram. Plinii consilia in exiguo oppido Gisortiano exequendi facultas non datur, neque Rectori & animarum œconomo tantùm otij abs re mea, vt cum Pastorali Cura & assidua super gregem numerosum vigilantia possim mei iuris esse, retentus intra septa ouilis mihi à Deo commissi. Tu tamen bone Lector.

Plinij consilia Scriptoribus vtilia, non omnibus possibilia.

Ne mea dona tibi studio deposita fideli
Intellecta priùs quam sint, contempta relinquas.

Pastori animarum vix libera.

Censoris vultum si assumpseris, per me licet, modo æquitatis non obliuiscaris: virgam & baculum Pontificalem si assumpseris ad me corrigendum, ipsa me consolabuntur. Ego editionem secundariam paraturus per te puriorem factam & locupletiorem, in qua 21.
spondeo reddere bene monenti honorificam gratitudinem laudemque viris, quorum manuductione, vbi fuero visus aberrasse ab orbita, lubens volens redibo, ad amandam semper doctrinæ sanæ & 22.
simplicis veritatis semitam. Rollonis & masculæ eius prolis Historiam abbreuiatam aggressus sum quamdiu purè fuit Normana, &

Psal. 21

Censoris officium.

Gratitudo dcbetur his qui Scriptores bene monent.

non admixra Anglicæ contagioni, aut Andegauensi versutiæ; & ni fallor in obscuro notitiæ lucem dedi, & nescientibus prælu xi, non inuisurus alterius facem Historicam & fœliciorem conatum fœcundioris eloquentiæ, aut vberiori labore cognitionem partam Normaniæ nostrę bonorum ingeniorum parentis. Excitandi sunt viri litterati ad honestandam maiorum suorum memoriam, vt, qui gestis eorum impares sumus, saltem stili & calami applausu excitemus nepotes, & stimulemus ad parem gloriam, &, si possit fieri, ampliorem nomini Normano conquirendam. Post Franciscum Balduinum Iurisconsultum Atrebatensem domo, professorem olim Bituricensem libro primo de institutione Historica: *Laudo*, inquit, *litteratæ antiquitatis quamtumuis peregrinæ cognitionem, & familiarem veluti cum ea consuetudinem; sed laudare non possum ξενομανίαν, quæ tanquam aliqua Circe socios Vlyssis studiosos dementat, ne vnquam domum redire velint.* Cæca certe & prope amens illa demum eruditio quæ res propinquiores, & quæ sunt ante pedes, quamuis etiam sint magis vtiles & necessariæ, tamen neque videt, neque videre optat; remotas & penè sibi inutiles peruestiget. Plinius in Historia naturali postquam obseruauit singularem Romanorum in maiorum suorum conseruãdis imaginibus curam & sollicitudinem. *Expressi*, inquit, *cera vultus singulis disponebantur armarijs, vt essent imagines, quæ comitarentur funera gentilitia. Stemmata vero discurrebant lineis ad imagines pictas; tablina codicibus replebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarum. Alia foris & circa limina, affixis hostium spolijs, quę nec emptori liceret infringere.* Valerius Maximus de priscis eorumdem ciuium Romanorum sapientibus institutis loquens, *Maiores natu*, inquit, *in conuiuijs ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant: quo ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Quas Athenas? quam scholam? quę alienigena studia domesticę huic disciplinę pretulerim?* Virgilius prudens & doctus Poëta facit ad propositum.

23. Normani litterati debent studere maiorum gloriæ, ad eam imitandam, & superandã.

Domestica exempla excitant magis quam Athenarum studia.

Lib. 35. cap. 2.

Æneid. 12.

Tum facito, mox, cùm matura adoleuerit ętas,
Sis memor, & te animo repetentem facta tuorum
Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.

Quiuis bene consultus crediderit fœdum esse & turpe viro ingenuo, & nobili ingenio prædito, aut causas publicas agenti, ius, in quo versatur, ignorare: hominémque sagacem nationis & notionis esse inhospitem, patriæque Historiæ non esse satis supérque intelligentem.

I. C. Motius lib. 2. ff. de origine iuris.

FINIS CVM DEO.

INDEX
ET
EPITOME
HISTORIÆ ROLLONIS.

AVCTORE

ROBERTO DENYALDO
ECCLESIÆ, VRBISQVE
Gisortianæ Rectore Presbytero.

INDEX EPISTOLÆ AD TRES ORDINES NORMANIÆ.

LVGDVNENSIS SECVNDÆ CLERO, Senatui, Populóque Rothomagensi, Neustriæ Normanæ columinibus, Robertus Denyaldus Ecclesiæ vrbisque Gisortianæ Rector Presbyter, S.

EPITOME

I. INTENTIO Auctoris. II. Disputatur de Normaniæ Gallicæ limite. III. Romani diuiserunt victas Gallias. IV. Franci victores Gallias bifariam partiti. V. Galli Ditem & Plutonem coluerunt. VI. Non est opprobrium pro aliis offerri in victimam. VII. Laus est malos immutare in bonos. VIII. Roma olim omnium fuit cultrix Idolorum. IX. Northmanni in meliores mutantur. X. Tribus vicibus data est Normania Gallica à Regibus Francorum. XI. Pietas pars est iustitiæ, vel eius comes. XIII. Northmanni Pagani bonas artes contempsere. XIII. Inutilis est scientia, si virtuti non inseruit. XIV. Quæ sit optima eruditio. XV. Amor patriæ in eius salute consistit, virtutúmque societas Reipublicæ nexus. XVI. Singuli sua debent exercere munia. XVII. Nihil sine concordia subsistit. XVIII. Omnes debent sua studia conferre in Rempublicam. XIX. Apostrophe ad tres ordines Normaniæ.

INDEX CAPITVM ET EPITOME LIBRI QVI INSCRIBITVR ROLLO NORTHMANNO-BRITANNICVS.

CAPVT PRIMVM.

De Northmanniæ propriè dictæ situ, & nomine, atque de Normania Occidentali in Neustria Francorum.

EPITOME.

I. NORTHMANNIA Septentrionalis longè distat à Normania Occidentali Francica: neque omnes Septentrionales sunt censendi Northmanni. II. Corrupta & vitiata sunt scripta optimi auctoris Alberti Crantij. III. Veteres solent sedes Episcopales vocare sanctas. IV. Septentrionis regna & prouinciæ Normaniæ adiunctæ. V. Omnes alti montes dicti sunt Alpes. VI. Northmannia Septentrionis sterilis, in qua sapientes sunt viri, alias dicti Aquilonares. VII. Egidore fluuius Northmannos disterminat, vulgo dictus Eyder in Northmannia sterili fertilia ingenia. VIII. Northmannia distincta à regno Daniæ illi vicino; quæ regna distinguit Trithemius in Chronico Horsangiæ. IX. Dani cum Northmannis confunduntur sæpius. X. Roricus Rex Northmannorum. XI. Northuuegia pro Northmannia. XII. Septentrionales populi, qui? XIII. Duo

sancti Olaui. XIV. Gotthia & Northmannia distinguuntur. XV. Sueno Rex Danus sollicitus de conuersione Northmannorum. XVI. Situs veræ Northmanniæ. XVII. Balticum mare dicitur pigrum, Sinus Codanus, Veneticum & Baltæum mare, Belth seu Beleth, Langlanth insula. Lagnus sinus: Cimbri & Cimmerii. XVIII. Rifargica insula nihil habet viride, nec floridum. XIX. Frigida & sterilis Northmannia, ideo colonias emittit, & vicinos subiugat. XX. Accessus Normanorum & Danorum in Gallias. XXI. Odium Saxonum in Northmannos pro suis finibus qui concordauerunt ad bellum contra Francos, quos continere se coëgit Carolus Mag. Imp. XXII. Northmanni venerati Ludouicum Pium Caroli filium. Haroldus eorum Rex ab illo restitutus, baptizatur cum suis. Mortuo Ludouico Dani & Northmanni coniuncti in Francos, anno 885. statuêre habitare in Gallia. XXIII. Sona fluuius Northmanniæ. XXIV. Norvvisgmanni idem quod Northmanni. XXV. Plures populi Septentrionales se vocauere Northmannos, & ipse Hastingus, etsi esset gente Francus. XXVI. Sub Carolo Magno naues ducentæ à Septentrione egressæ. XXVII. Fluuius Sona vulgo le Sunth, fretum. XXVIII. Northmanni iam potentes tempore Caroli Magni. Vanitas Godefridi eorum regis. XXIX. Galliarum per Francos facta diuisio in Austrich & Vvestriich. XXX. Rigordus Historicus corrigitur. XXXI. Rollo non habuit totam Neustriam. XXXII. De nomine Northmanni North Man vel Mam: Gaguinus patria Atrebatensis corrigitur. XXXIII. Normania Gallica. XXXIV. Consuetudo Caletensis sequitur priscum vsum Northmannorum. XXXV. Normania Gallica pars Neustriæ. XXXVI. Godefridus Aduocatus emendatur. XXXVII. Gallia tripartita: Belgæ Gallorum fortissimi. Normania Gallica est pars Belgicæ, in qua supersunt Romana nomina locorum. XXXVIII. Saxonica Marcha in Gallia, quo sit illa loci. XXXIX. Gallia facta Christiana sub Imp. Romanis. XL. Clodoueo primo Regi Christiano Lugdunensis secunda vltro se submisit: Prouinciæ Galliarum subiugatæ à Francis dictæ sunt Francia: quæ Regio Franciæ dicta sit Neustria. XLI. Neustria sub Rege Suessionensi & eius regno. XLII. Regnum de Yuetot in pago Caletensi. XLIII. Francia in duo regna partita. Pipinus & Carolus Magnus Neustriæ Reges, Ludouicus Pius, & Carolus Caluus. XIV. Pons Arcuatus, vulgo *le Pont de Larche* prope Rothomagum. XLV. Quibus modis Franci animos Normanorum conciliauerint. XLVI. Alia descriptio situs veræ Northmanniæ Septentrionalis. XLVII. Mare Balthicum, sinus Codanus. Iuttia vel Iutlandia, Dania, Suecia, Noruegia, Gotthia, quoties ex illis regionibus fiunt coloniæ terrori sunt aliis gētibus, præcipuè Monachis

& locis sacris, vnde eorum nomen adhuc hodie odio habetur. XLVIII. Quod isti Northmanni viri fuerint prudentes, politici, sed & humani post baptismum: gesta eorum non sunt per suos illiteratos scripta, quos decet laudari à Francis. XLIX. Franci à Romanis habiti pro piratis. L. Nothmanni adiuti per Saxones contra Francos, qui Saxonem Hugonem Capetum Regem suo tempore fecere. LI. Reges qui nunc regnant in Francia sunt affines Normanorum. LII. Rodo & Rollo idem: ex Rodone Rodomus quæ Rothomagum dicitur. LIII. Neustria qualis antequam esset dicta Normania: Neustria Prouinciarum orbis nobilior. Matthæus Paris vult Pipinum Regem Franc. Neustriam subiugasse. LIV. Odo Rex Franc. Neustrius fuit, creatus ob suum meritum vt resisteret Northmannis, qui ideo irritati, ex omnibus Prouinciis ipsam sibi elegerunt Neustriam patriam Odonis. LV. Neustriæ totius limites: intra quos pars Lutetiæ Parisiorum. LVI. Normania omnibus bonis abundat, illius metropolis est Rothomagum, cuius sex vrbes Diœcesanæ suffraganeæ, nonaginta quatuor oppida munita. LVII. Nicolaus de Lyra Normanus in quo accuset suos Normanos. LVIII. Pars Galliæ data Barbaris Normanis dicta est ab illis Normania. Gaguinus sese arguit male locutus de Normanis. LIX. Normani nolunt subiici legibus vllius gentis, capaces doli ante annos pubertatis, maiores fiunt anno vigesimo, in aliis Prouinciis anno vigesimo quinto: sunt valde laboriosi. LX. Breuis Panegyris Normanæ gentis. LXI. Angli omne suum decus traxere à Normanis, nunc sunt omnibus dedecus, suo Regi perfidi & Religioni. LXII. Generalis descriptio Topographica Normaniæ Gallicæ, limites eius, longitudo & latitudo: cœlum & solum gratissima, hoc fertilissimum. LXIII. Nutrix Parisiorum Normania. LXIV. Fructus delicati Abrincenses & Gallionenses: portus spatiosi, flumina quamplurima. LXV. Optima quæque Normaniæ absorbentur Parisiis. LXVI. Rothomagi commendatio. LXVII. Pons Rothomagi, cum staret integer, erat mundi miraculum. LXVIII. Godefridus Bullonius Rex Hierosolymæ gente Normanus. LXIX. Normania subdit collum Regi, & tributis, ex doctrina Diui Pauli. LXX. Imploratur Deus pro Normania.

CAPVT SECVNDVM.

Rollo Northmannus, vnde domo, & quis? & de sancta Virgine quam Rollo adhuc Paganus veneratus est, eiusque sacras Reliquias deposuit apud Gemeticum.

EPITOME.

I. DE Patre Rollonis. Gurim Rollonis frater. II. Victores arte falluntur. III. Rollo in Scauzam fugit. IV. Somnium Rollonis ex quo præuidetur baptizandus. V. Colonia Dacorum. VI. Gemeticensis transcribit Dudonem, iunior Historicus seniorem. VII. Rollo appulit in Angliam. VIII. Secundum somnium Rollonis, interpretatio somnij, ex quo Christiani sunt liberati in fauorem interpretis. IX. Rollo prudens init fœdus cum Anglis, quod magno constabit Francis. X. Orat Rollo tempore tempestatis. XI. Rollo impugnatur à Frisiæ Principe, & à Comite Hannoniæ, quos Rollo superat & facit tributarios. XII. Rollo per Britannicum mare intrat Scaldim fluuium. XIII. Hannonia direpta, & Malbodium Abbatia sanctæ Aldegundis. XIV. Rollo per Oceanum intrat ostium Sequanæ, statio eius apud Gemeticum. XV. Procliuitas in Sanctorum venerationem, initium conuersionis Rollonis Ducis & Clodouei Regis: sancti honorandi sunt ab hominibus, qui ab ipso Deo honorantur. XVI. Sanctæ Aldetrudis Virginis inter arma honor confortatus. XVII. Corrigendus Gemeticensis ponens Britanniam pro Hannonia. Nulla sancta Harmentrudis nec Aldetrudis in vtraque Britannia: probatur ab Hannonia sumptam sanctam Aldetrudem. XVIII. Condatum Abbatia in Hannonia. XIX. Normani vastarunt Condatum. XX. Malbodium Abbatia vicina Condato, vbi vixit & mortua est sancta Aldetrudis, quæ fuit ex Regio sanguine Francorum, Abbatissa Malbodij, in Comitatu Raynerij Longicollis colitur 25. Februarij. XXI. Somnium Rollonis, eius interpretatio moralis. XXII. Paulus Æmilius aliorum errorem secutus in Reliquiis Ameltrudis pro Aldetrudis. XXIII. Rollo fit mitior. XXIV. Corigendum est Chronicon Normaniæ. XXV. Corpus sanctæ Aldetrudis captum in Raynerii Comitis terra. XXVI. Nulla est nota sancta Ameltruda neque Hermentrudis, constat vero de S. Aldetrudis, & loco & de tempore. XXVII. Corriguntur Nageretus & N. Taillepied in Chronicis. XXVIII. Princeps pro amore Dei factus porcarius. XXIX. Monialis Hameltrudis quæ, & quando. XXX. Vazor Valciodorum Monasterium. XXXI. Nulla sancta

cta Hameltrudis in Martyrologiis. XXXII. Beata Ermentrudis Leodiensis sanctæ Iulianæ comes, nata 1191. duobus sæculis post Rollonem. XXXIII. Hermentrudis vxor Comitis Cabilonensis.

CAPVT TERTIVM.

Expugnauit Rollonem adhuc Paganum & Northmannos infideles B. V. Maria Dei Genitrix, apud Louanium & in obsidione Carnotensi.

EPITOME.

I. VLCASINVM B. V. Mariæ dicatum, olim dicatum matri Deorum. II. Rollo bello & pace nobilis. III. Maria Deo paritura Rollonem pro & contra se gessit. IV. Louaniensis vrbis festum solemne contra Normanos. V. Louanium à Normanis facta spelunca latronum & latrociniorum. VI. Iusti Lipsii professoris Louaniensis de Northmannis Paganis iudicium. Normani omnibus Barbaris deteriores ex diuina vltione. VII. Antiquitas Northmannorum, irruptionum modus, Castra metati in Louen. VIII. Normana fraus bellica. IX. Galid paulo infra Traiectum, vbi hodie Pagus Guel, & Iuliacum. X. Northmanni victores. XI. Godefridus & Godalscidus Normanorum Duces. XII. Soliti Northmanni sua munire castra. Clyrale pro Dilia fluuio Louaniensi. XIII. Crudelitas Pagana. XIV. Oratio militaris Arnulphi Imp. ad suos dicens vincendum aut moriendum. Iussitque equites ex equis descendere ad pugnam. XV. Omnes cæsi Northmanni, cœlitus victi, ex iis occisa centum millia. XVI. Persecutores fuere Christianorum 70. annis. Flumen plenum cadaueribus. XVII. Calendæ Septembris festiuæ Louanii, quibus interfuit auctor Historiæ Rollonis cum daret operam Iusto Lipsio viro litteratissimo. Est lætitia annua Louanii de victis Northmannis. XVIII. Oratio Lotharii Imp. ad exercitum pugnaturum contra Northmannos. XIX. Northmanni fortissimi & inuicti. XX. Processio in campo victoriæ, & Litaniæ, Dominica prima Septembris fit processio annua. XXI. Recollectio festorum B. V. Mariæ. XXII. Carnoti commendatio. XXIII. Carnutum obsessa per Northmannos. XXIV. Metus in constantem virum cadens, cecidit in Rollonem, ex quo factus religiosior, sibi metuit à facie Matris Dei. XXV. Tunica B. V. Mariæ fugat Rollonem, exinde populi Carnotensis gaudium. XXVI. Gualtelinus Episc. Carnotensis erat indutus pontificalibus cum Crux & Camisia delatæ sunt. Concio Episcopi aduersus Northmannos. XXVII. Pro fide morientes saluantur, absoluuntur pugnaturi & sacris intersunt.

XXVIII. Cor Rolloni palpitauit. Rollo victus die vigesima Iulij die Sabbati. XXIX. Camisia Carnotensis vnde allata? XXX. Angli hostes Francorum antiquissimi. XXXI. Rollo victus anno 898. cæsa sex Northmannorum millia. Omnes impii etiam Christiani sunt secuti Rollonem spe prædæ. XXXII. Rollo diuino miraculo cæcutiens, sanatur: cæcitas corporis eius, mentis illuminandæ fuit initium: bonum fuit Rolloni humiliari vt iustificaretur. XXXIII. Quinquaginta millia cæsa Northmannorum. Corrigendus Annalis Cadomensis, in numero occisorum. XXXIV. Northmanni cœpere irridere visa B. V. Mariæ Camisia, sibilo, eiulatu, iaculis. Delatum quoque velum Deiparæ. XXXV. Vera victoria habere confitentem victum: Ægrotus asperæ irascitur medicinæ, sed sanatus agit gratias medico. XXXVI. Apostrophe Rollonis ad Deiparam. XXXVII. Pulchrum est scire vinci in tempore suo. XXXVIII. Iulianus Imp. Apostata de cælo percussus, ex imagine auditur euentus Iuliani Imp. Oratio Sanctorum contra Apostatam, Iuliani vox abominanda. XXIX. Rollo ex pœna inflicta à Deo profecit, & euasit, quia reseruabatur vitæ meliori. XL. Corrigitur Malmeburiensis Historicus. LXI. B. V. Mariæ vestes & Camisia cum sindone inuentæ in eius sepulchro post eius Assumptionem. XLII. Vestes B. V. Mariæ solis sanctis virginibus asseruandæ datæ sunt.

CAPVT QVARTVM.

De pace composita inter Carolum Simplicem Francorum Regem & Rollonem Ducem Northmannorum, apud sanctum Clerum seu Clarum ad Eptam fluuium non procul à Cisortio.

EPITOME.

I. OMNE donum à Deo est, & pax à Deo pacis. II. Elogia pacis. III. Tempore persecutionis Northmannæ preces factæ pro pace per totam Franciam. IV. Christus auctor pacis, & per pacem ad Rollonis baptismum post bellum triginta sex annorum: Rollo mitigatus per Franconem Archiep. Rothomagensem, & Rex Carolus suasus paci acquiescere per Odonem Ducem Burgundiæ. V. Robertus Dux & Comes Parisiorum Patrinus Rollonis. VI. Data Rolloni Normania cum Britannia. VII. Rollo primo colloquitur cum Francone Archiep. prope Ecclesiam sancti Martini. VIII. Hastingus Francus erat, non Danus, qui mediator pacis cum Rollone. IX. Rollo domat Anglos, oblatum dimidium Angliæ regnum recusat: stirps eius acceptura totum. X. Carolus Rex Franc. colloquitur

cum Francone, per quem induciæ factæ cum Rollone. Rollo & Northmanni dicti Pagani. XI. Franci offerunt Rolloni terram ab Andela fluuio vsque ad mare. XII. Franco Rolloni ponit mortem ob oculos & animæ & corporis, & damnationem æternam, aut salutem conuersis ad Deum verum, magnáque præmia post hanc vitam: Rollo libenter audiebat Franconem. XIII. Locus eligitur apud sanctum Clarum pro colloquio pacis: petiuit Rollo ab Epta, obtinuit tantum ab Andela, data quoque Britannia Rolloni. XIV. Gisla filia Regis Caroli datur Rolloni cum magna festiuitate: pacta pacis. XV. Hastingus vastauit totam Neustriam. XVI. Rolloni tantum datam terram vsque ad Andelam & non vsque ad Eptam. XVI. Quam fuerit sapiens & prudens Rollo. XVIII. Vetus forma præstandi Homagium. XIX. Northmannus eques Regis sedentis pedem stans osculatur: sed Regem ex solio penè deiecit. XX. Normani Duces penè solium Francorum deiecerunt. XXI. Carolus Rex importunis Francorum precibus dedit Rolloni Neustriæ partem & Britanniam: minùs in Dei auxilio confidens, oblitus Regis Dauidis consilium mutuantur opem Northmannorum contra Odonem: monetur à S. Fulcone Archiepisc. Rhemensi qui Regem vnxerat, vt reuocaret eum à malo consilio. XXII. Corrumpitur castitas animæ ex malorum consilio, societas Hæreticorum externorum Gallos perdidit, qui soliti conuertere alias gentes. XXIII. Deum relinquit, qui iungitur societati impiorum, & Prophetas non audit. XXIV. Qui fideles, & qui infideles consiliarii: distinctio boni & mali regni. XXV. Nihil distat vtrum quis iungatur Paganis, an ipse colat Idola. XXVI. Obediuit Carolus Rex Fulconi, & tunc non fecit pacem, nisi postquam Northmanni promiserunt se fore Christianos. XXVII. Singularis & immodicus vnius amor, perditio Regis, & regni periculum. XXVIII. Rollo facit Homagium de terra Regi Francorum, quam dotis nomine accepit. XXIX. Prudentia est dare honoris titulo quod nequeas retinere. XXX. Normania est pars Galliæ. XXXI. Persecutio Northmanna magna & diuturna. XXXII. Bonum est ostentare liberalitatem, cum non potis est propulsare iniuriam. XXXIII. Rollonis generositas. XXXIV. Roricus Caroli Simplicis naturalis filius vir doctissimus obiit 13. Decembris 966. XXXV. Ludouicus Transmarinus legitimus filius Caroli Simplicis & eius successor obiit 7. Octobris 929. XXXVI. Complete visio somnij Rollonis in parte Angliæ data apud sanctum Clarum Anglum in Vulcasino.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

Britannia Gallica; seu minor Armorica data est, & dari potuit Rolloni à Carolo Rege Francorum, quia illa fuerat perpetuo cliens Francorum à temporibus Clodouei primi: & postquam est data; tunc facta subsidiario titulo Vasalla Franc. sub immediato seruitio Normanorum. Post vero exactos Francia Anglo-Normanos Duces, redijt ad primarios Dominos Reges Franc. Postmodum vnita glebæ Regiæ, matrimonio Annæ Britannæ cum Carolo octauo, & Ludouico XII. Regibus.

EPITOME.

I. TRIA in hoc tractatu de Britannia proponuntur: primum de subiectione Britonum à tempore Regis Clodouei primi vsque ad Carolum Simplicem: secundum à concessione facta Normanis vsque ad Regem Augustum: ab illo ad Annam Britannam: tertium à Gallis Britonibus esse denominatam Anglicam Britanniam. II. Vvignerius laudatur arguens fabulas Britannicas. III. Argentarius seu Argentræus impudens Historicus & impostor. IV. Mores & lingua Gallorum coaluerunt cum Francis. V. Anni regni Principum in instrumentis vsque ad Pipinum: Anni Christi cœpti adnotari sub Carolo Caluo Imp. VI. Docti & sapientes Scriptores secernuntur à falsis. VII. Probantur fabulosi Scriptores Britanni per ipsos Britannos. VIII. Descriptio natiua Argentræi Britanni in persona Gaufridi Arturi viri fabulosi; ignorantia mater est fabularum. IX. Merlinus ex incubo natus est dæmone. X. Britones Bruti & mendaces. XI. Brutannia secundum quosdam vocata à Romano Principe Bruto quasi Brutannia. XII. Æquale crimen mentiri, & mendacium publicare. XIII. Gaufridus Arturus qui & Monumetensis & Azaphensis. XIV. Corrigendus Possetinus in multis dum scribit de Arturo.

§. *Primus.*

Elogium Ricardi le Bret Gisortiani, Decani Consilij Secretioris Regii in regimine publici status. XVI. Britannia facta tributaria per Clodoueum Regem Franc. XVII. Titulus Comitatus olim cuiusque Comitis vita terminabatur. XVIII. Aliqui ex Comitibus Britannis vsurpauere titulum Regis. XIX. Reges sunt custodes coronæ suæ. XX. Vtile Dominium Regum Franc. in Britannia. XI. Anna Britanna agnouit ius priscum Regium in Britannia, sicut & Princeps Arausicanus. XXII. Titulus Britanniæ Ducis absorptus in titulo regio. XXIII. Non fuit necessaria vnio

Dominii Britannici per Litteras Regias, quæ ipso iure constabat. XXIV. Philippus Pulcher Rex inconsultè voluit ius supremum in Britanniam transferre ad Anglum, cui merito contradixere Britanni. XXV. Priuilegia Britannorum sunt ex Regia liberalitate, non ex obligatione. XXVI. Quid sentiat Andreas Quercetanus de iure Regis in minorem Britanniam. XXVII. Britones à Rege Clodoueo subacti, rebelles Carolo Magno Imp. & Regi, & Ludouico eius filio, sed victi 857. Britannia redacta ad titulum Comitatus in quo sunt minores tredecim Comites. XXVIII. Britones infensi Petro suo Comiti, quem dixere Mauclerum, seu malum Clericum.

§. *Secundus.*

XXIX. Ruina Imperii Romani in Gallia, & victoriæ Francorum. XXX. S. Melanius Brito Clodouei Regis consiliarius, & Episc. Rhedonensis. XXXI. Corrigitur Adonis Supplementum. Boii Germaniæ populi Tacito, & Galliæ Cæsari. XXXII. Humanitas Francorum in Gallos victos. XXXIII. Britanni sub potestate Francorum post Clodoueum Comites non Reges habuere, tributum persoluere. XXXIV. Ex Concilio primo Aurelianensi apparent quæ tunc Galliarum Prouinciæ Francis essent subiectæ. XXXV. Docentur Scribæ Regii formulam scribendi Episcopis. XXXVI. Auctoritas Regia firmatur Sententia Episcoporum. XXXVII. Britanniæ Episcopi congregati auctoritate Clodouei, & filiorum eius Regum Francorum. XXXVI. Britones victi à Rege Clotario fiunt ei obedientes, & Clotarii filiis. XXXIX. Frequens rebellio Britonum, & iteratæ victoriæ Francorum. XL. Coloniæ ab Anglia in Britanniam Gallicam subactæ per Reges Francorum. XLI. Britones se submittunt Regi Dagoberto. XLII. Leudes & Feudorum leges antiquissimæ. Homagia Prisca quæ: Leudes fideles Vasalli. XLIII. Apud Andelaum Leudes faciunt Sacramentum. XLIV. De Principe Britonum Iudicaële, Regi Franc. Dagoberto submisso. XLV. Iudicaël Rex Britonum præfert sobriam mensam S. Audoëni lautis epulis Regis Dagoberti: Villa Pruillium Villepreux iuxta Clypiacum. XLVI. Britones inuiti subiiciuntur Francis: sicut & Angli ex Anglia pulsi in Britanniam, qui gens perfida habiti: iteratis vicibus mutant animos. XLVII. Carolus Magnus totam Galliam possedit, ergo & Britanniam, quæ eius pars. Argentræus conuitiosus Carolo Magno. XLVIII. Ludouicus Caroli filius domat rebelles Britones, qui totam vastauit Prouinciam perfidi populi, & tandem eorum Princeps perfidus Vvincomarchus se subiecit. XLIX. De Aymonio Historico. L. De Theudgando Archiep. Treuerensi Historico qui scribit Britones victos à Francis, eósque natura perfidos arguit, vnanimi scriptorum exprobratione. Marmanus malè pro Normano. LI. Britannia Feudataria Francorum ab antiquo.

LII. Nitardus Historicus nepos Imp. Caroli Magni. LIII. Carolus Caluus quinque vicibus Britones rebelles subegit. LIV. Concilium nationale in quo tres Reges, Metropolitani nouem cum suffraganeis, apud Concilium Tullense, ad villam Saponarias in suburbio Tullensi. LV. Episcopi Britanni sub Archiep. Turonensi. LVI. Princeps Britonum Salomon fidelitatem iurauit Carolo Caluo Regi Franc. & soluit illi tributum, qui partem dedit Britanniæ vni ex suis Ducibus. LVII. Caluus iubet Principem Salomonem sibi adesse in obsidione Andegaui contra Northmannos.

CAPVT SEXTVM.

De Britannia cliente Franco-Normanorum.

EPITOME.

I. QVo iure Britannia data sit Northmannis. II. Rollo moriens Britanniam dat filio suo Guillelmo præsentibus primoribus Britonum. III. Northmannis Britannia data, quia illam iam dudum sui partem possidebant victoriis, Britones Normanorum serui, à quibus in vanum sæpe tentauerunt se liberare. IV. Britones fidelitatem iurant Guillelmo filio Rollonis, Patre eius adhuc viuente. V. Normania & Britannia appellata sunt regna. VI. Britannia dicta est Normanorum terra. VII. Britones Homagium præstant Richardo primo Normano Duci coram Reliquiis Sanctorum sub pœna mulctationis. VIII. Britonum præstitum Homagium Roberto primo Duci Normano. IX. Præsumptioni imputatur Alano Comiti Britonum, quod Diadema Regium capiti suo imposuerit. X. Britones coacti ad Guillelmi secundi Ducis Normanorum Homagium, qui fecisse sibi aclitiuem Britanniam scribitur. XI. Guillelmus II. Dux Normaniæ subegit minorem & maiorem Britanniam. Henricus II. Dux Normaniæ & filij eius Duces de Britannia. XII. Consentiunt veteres Historiæ Britonum cum Francicis & Normanicis, excepto fabulatore Argentræo. Arturus Comes Britanniæ facit Homagium Philippo Augusto Regi Francorum.

§. *Unicus.*

XIII. Britonum Princeps Homagium facit Regi sancto Ludouico. Petri Ducis Britanniæ perfidia in S. Ludouicum: quem victum iubet sequi & inseruire in Terra Sancta. XV. De eo conqueritur Rex sanctus: de Petro Duce multa mala scribunt Historici. XVI. Genus Petri Ducis Britanniæ, & vnde illi Ducatus accesserit,

XVII. Iuramentum Homagij Ducis Petri coram Rege S. Ludouico, post longam concertationem de formula præstandi dicti Homagij. XVIII. Petrus Britannus ab Anglo recedit, venit ad sanctum Ludouicum cum laqueo in collo suo, se proditorem confessus illi totam reddit Britanniam, & tamen in secreto facit Anglo Homagium. XIX. Abailardus gente Brito scribit de suis Britonibus quod sunt sæuiores & peiores omni gente terræ, inhumana, & incomposita, Barbara, exlex, indisciplinata, & inobediens. XX. Anglus spoliat Britannum omni bono in Anglia. XXI. Pœna Petri Ducis Britanniæ ob vexatum Clerum: fit Pirata. XXII. Edictum S. Ludouici cum consensu omnium Ordinum Britanniæ, quo Dux Petrus priuatur Britannia. XXIII. Ioannes Rufus filius Petri facit Homagium Regi S. Ludouico. XXIV. Homo Ligius idest obediens. XXV. Testantur Britanniæ Barones Ducis sui Ligium. XXVI. Homagium Britanniæ Ducis factum Carolo quinto Regi Franc. XXVII. Ioannes de Monteforti Britanniæ Dux. Hugo de Montelais Briocensis Episc. Cancellarius Ducis Britanniæ. XXVIII. Forma Homagii. Comitatus Britanniæ anno 1297. à Philippo Pulchro Rege fit Ducatus, & Pariatus Franciæ. XXIX. Britanniæ Ducatus pars Domanii Coronæ Franciæ. De Henrico le Barbu Episc. Venetensi ex nobilibus de Quillio, de quo in Catalogo Episc. Venetensium. Philippus Audax tutor Ioannis Ducis Britanniæ. XXX. Rex Angliæ agnoscit Ducem Britanniæ Vasallum esse Regis Franc. & teneri seruire illi contra eius hostes. XXXI. Non licebat Britanniæ Ducibus cudere argenteas nec aureas monetas. XXXII. Vnio Ducatus Britannici cum Dominio Coronæ Regiæ Franc. XXXIII. Genitæ ex Ludouico Rege XII. & ex Anna de Britannia, Claudia & Renata. Claudia vxor Francisci primi Regis Franc. XXXIV. Edicto 1532. Britanniæ Ducatus est vnitus Coronæ Franciæ indissolubiliter.

CAPVT SEPTIMVM.

Rolloni nulla portio Vulcasini propriè dicti data est, sed tantum ea pars Neustriæ, quæ fluuio Andela terminatur, vsque ad Coisnonem Britanniæ amnem: sed Richardo primo Duci vsque ad Eptam; Roberto verò primo Duci vsque ad Oësiam flumen, seu Pontæsiam.

EPITOME.

I. Pars Neustriæ Northmannis delegata à Carolo Caluo Rege Franc. non vero data fuit tota. II. Hadrianus Turnebus ortus ex Bailliagio Gisortiano, censet quod Rothomagum olim fuerit de Prouincia Vulcasina. III. Rollo pe-

tiit terram vsque ad Eptam vbi fiebat pax, sed tantum fuit illi concessum vsque ad Andelam. IV. Rhemensis Pontifex dictus Francorum Archiep. qui valde laborauit pro conuersione Normanorū. V. Normani pro captiui Ludouici Transmarini redemptione accepere terram ab Andela ad Eptam, aliqui scripserunt vsque ad Oësiam, cum solo Homagio, & nihil vltra. VI. Rex Francus Rolloni solùm promisit vsque ad Andelam, sub Richardo primo vsque ad Eptam: sed sæpe confunduntur limites per anticipationem, quod probatur ex Chronico Normaniæ. VII. Rex Francus & Dux Normaniæ per dies quindecim recreantur apud S. Clarum ad Eptam, vbi olim pax facta primùm inter Francos & Normanos. VIII. Robertus Dux Normaniæ suis armis restituit Regem Franc. Henricum primum in suum regnum, ideóque aucta est Normania vsque ad Pontœsiam. VII. Drogo Comes Vulcasini consensit se & suos Pontœsianos esse Normanos, & Normano Duci fecit Homagium. VIII. Falso obiicitur Henrico primo Regi Franc. ingratitudo in Guillelmum pupillum Roberti Ducis. IX. Emendantur Ordericus & Gemeticensis de Franco Rege male sentientes. X. Homines benefactorum facilè obliuiscuntur. Ordericus à seipso arguitur falsitatis, quia nunquam sibi constat mendacium. XI. Franci suo consulunt Regi à Duce Normano auxilium petere, & eius ope restitui, quem cum magno honore excepit Dux Normaniæ, & cum ingenti comitatu Gisortium reduxit, deinde vsque Parisios cum militari manu. Post domitos Francos ope Normana, datur pro mercede Pontœsia Normanis; ex quo Franci valde irati. XII. Historici Franci Philippo primo Regi tribuunt Pontœsiæ repetitionem, non autem Henrico. XIII. Vulcasinus indefinitè vocatus ante eius partitionem. XIV. Ludouicus VI. Rex, melior Philippo Patre, bene facit Normano Principi exuli, dat ei Vulcasinum, & Ioannam sororem Reginæ Adeleidis in vxorem. XV. Corrigitur Tilletus in Chronico. XVI. Guillelmus Princeps Normanus fit à Rege Franc. Comes Flandriæ. XVII. Henricus I. & Ludouicus VI. Reges Franc. bene affecti erga gentem Normanam, non vi sed beneuolentia demulcendam. XVIII. Carolus Caluus dat Normanis Frisiam ea lege quod fierent Christiani: Godefridum eorum Ducem de sacro Fonte Caluus suscepit. Rorich Normanus Dorestadium possedit iure beneficii Regii.

§. *Vnicus.*

XIX. Normania Romanis erat Lugdunensis secunda. XX. Franci Gallias denominauere Franciam, & diuisere in Austrasiam & Vvestriam seu Neustriam. XXI. Pontœsia sub Neustria, vt olim sub Lugdunensi secunda. Extensio totius Neustriæ quæ fuerit olim. XXII. Corrigitur Geographus Pinet, Neustriæ nomen post sæcula-

multa à tempore Iulii Cæſaris natum. XXIII. Prouinciarum diſtinctio eſt antiquior inſtitutione Parlamentorum, & limitibus raro concordant, neque cum Diœceſibus. XXIV. Pontœſia omni iure Normana. XXV. Metropolis agnoſcitur ex tributi penſitatione. Maria & Ioſeph iuere de Nazareth in Bethleem pro tributo perſoluendo in vrbe Capite. XXVI. Pontœſiani ad perſoluenda tributa Rothomagum agnoſcunt. XXVII. Pontœſiani interſunt Comitiis trium Ordinum Normaniæ : contendere aliquando voluere ſe non eſſe Normanos, ob hoc fuit litigatum in Magno Conſilio Regis, vbi cauſa ceciderunt, & Decreto Senatus Burgundiæ, atque iterato per Senatum Burdegalenſem à Rege datos iudices. XXVIII. Decet Pontœſianos gloriari ſe eſſe Normanos. XXIX. Pontœſiani condemnati in expenſas litis. XXX. Arrogantia ſingularis cuiuſdam. Electi apud Pontœſiam comprimitur Decreto Regio. XXXI. Pontœſiani ſunt Lugdunenſis ſecundæ, & Neuſtrio-Normani, & de Gallia Belgica. XXXII. Ab initio Regum Franciæ ſub eodem Dominio quo fuit Rothomagum, per plus duo ſæcula ſub Ducibus Normanorum, ſicut & Giſortiani : & ante nos Rothomagenſes ; extinctis Ducibus Anglo-Normanis omnes redierunt ad vnum & eundem Dominum Regem Franc. XXXIII. Inductio demonſtratiua, quod Pontœſia ſemper cum Rothomago eiuſdem fuerit Prouinciæ. XXXIV. Æqualis eſt poteſtas Regum in annis ſui regni. XXXV. Nugæ pueriles quæ obiiciuntur Gallis Normanis. XXXVI. Pontœſiani vnus & idem populus cum gente Neuſtria Vulcaſina. XXXVII. Non cedunt Giſortiani Pontœſianis in pietate nec in bonis moribus. XXXVIII. Pontœſiani profitentur ſe Normanos apud Pontif. Romanum ad obtinendam veniam vitæ præteritæ, quod probatur ex Bulla Iubilæi Clementis VIII. Papæ 15. Ianuarii 1601. XXXIX. Statio pro Normaniæ Iubilæo apud Pontœſiam vrbem Diœceſis Rothomag. & de Prouincia Normaniæ. XL. Pontœſiæ Dominium alternis vicibus oppigneratum diuerſis Dominis. XLI. Pontœſiani Iubilares Normano titulo. XLII. Adhortatio ad Pontœſianos. XLIII. Natalis reuerentia ſoli eſt omnibus naturalis. XLIV. Odiſſe licet malos vt tales, inter quos fuere Northmanni Aquilonares, Pagani : poſt eorum conuerſionem ad fidem ſunt amandi, qui admirabiles facti in omni genere pietatis. XLV. Laus ſingularis Neuſtriorum, qui victores ſuos ſubegere. XLVI. Eccleſia ad emendationem impellit, & admittit nefarios, quos faciat Dei filios.

CAPVT OCTAVVM.

Præfectura seu Pagus Vulcasinus pars Prouinciæ Normaniæ, & cur Rollo & Northmanni dicti Pagani.

EPITOME.

I. PROVINCIA quid sit Iurisconsultis & Grammaticis: esse prouincialem & esse de prouincia differunt. Prouincia vsurpatur pro aliqua procuratione subeunda. II. Prætor & Quæstor in Romanis Prouinciis. III. Quæ dictæ Proconsulares, & quæ prætoriæ prouinciæ. IV. Est quoddam commune ius omnibus Prouinciis in Gallia. *Langue Oüy, Langue D'oc*, diuerso iure succedunt: aliæ iure scripto vtuntur, aliæ consuetudine & municipali, cum differentiis localibus. V. Ius Romanum sæpe variat. VI. Voluntates Principum ambulatoriæ, neque edictum prætoris aut proconsulis fuit vniforme. VII. Vulcasini ob bella, partitio. VIII. Senatusconsulta componunt differentes consuetudines. IX. Latina lingua est nationum vinculum. X. In vnaquaque Prouincia Romana prætor & Quæstor qui subiicerent ciues lege & tributo. XI. Est consuetudo recentior prouincia: his Parlamentum. XII. De rebus iudicandum iuxta diuersos respectus. XIII. Prouincia pars regni, sub se habens præfecturas plures seu Bailliagia. XIV. Pagus idem quod prouincia, Diœcesis, vel territorium. XV. Vulcasinus appellatur Prouincia: idem vocatur pagus. XVI. Kala Abbatia in pago Parisiensi, Straminiacus in Lugdunensi pago, Esterpiniacum in pago Vulcasino. XVII. Regum Franc. Patrimonium in Vulcasino ante Rolllonem. XVIII. Pagi dicuntur Heluetiorum Cantones. XIX. Pagus pro Diœcesi. Pontisara in Vulcasino Pago. XX. Adnotatur omissio Claudij Robetti in Gallia Christiana. Monsfortis in Oximensi Pago.

§. *Vnicus.*

XXI. Infideles Ethnici, & Gentiles, iidem Pagani dicti. XXII. Northmanni dicti sunt Pagani: Rollo dictus Paganus: & Franci, dum essent Gentiles, dicti Pagani. XXIII. Pagani diis deuouent sanguinem Christianorum. XXIV. πάγος prima breui & Pagus prima longa, origo nominis vtriusque à fontibus, quia circa fontes positi Pagi, pro communi aqua. XXV. πάγη fons. XXVI. Pagani iure Romano qui: peculia Pagana, alia à Castrensibus. XXVII. Paganus qui aspirabat ad militiam, vir priuatus dictus Paganus. XXVIII. Festa Pagorum Paganalia. XXIX. Paganus

an sit proprium nomen, vel commune. XXX. Nullus sanctus inuenitur nominatus Paganus. Quidam Paganus Bergomensis Ord. Fratrum Prædicat. XXXI. Paganus pro Infideli atque Gentili. XXXII. Optatus Mileuitanus à Cardinale Baronio primus nomen Pagani creditur pro Infideli vsurpasse: probatur antiquius Optato, puta tempore S. Hieronymi. XXXIII. Pagani minus à Deo puniuntur, quàm mali Catholici. XXIV. Deum contemnere quis potest, in totum nescire nequit: Pagani sub vno Deo plures Deos sequuntur. XXXV. Pagani ab Atheniensium Pagis. XXXVI. In singulis mansionibus rusticorum locus Dei tutelaris adhuc tempore S. Augustini: Gentilium ritus Paganiæ dicti, quas Moguntinum Concilium prohibet, & pro eis abolendis orat Ecclesia in die Parasceues. XXXVII. Pagani à Pago, seu à loco, vel à Prouincia, aut Rege Pagano. XXXVIII. Paganus filius Pyrrhæ & Deucalionis, inuentor Idololatriæ. XXXIX. Gentiles eiecti ex vrbibus Pagos petiere, vbi Deos suos colebant, vnde Pagani: rustici vltimi fuere Idololatræ. XL. Sui moris tenacissimi imperiti. XLI. Locus qui dictus est Pagus, vbi thus Ioui offerebatur.

CAPVT NONVM.

Catechismus Rollonis Ducis, atque Northmannorum.

EPITOME.

I. ROMANVS Pont. reuerenter alloquitur Archiep. Rhemensem. II. Conuersio Northmannorum gaudium Ioannis Papæ noni, eius oratio pro Northmannis. III. Anabaptismus. IV. Nequitia Northmanna in sua infidelitate. V. Aliter agendum cum veris Christianis, aliter cum Neophytis. VI. Quam sit prudentia necessaria Euangelistis. VII. S. Remigius munera mittit Papæ, ad illum apprecatio Apostolica. VIII. Papa Episcopi salutat Sanctitatem. IX. Godefridus seu Rotifredus Rex Northmannorum baptizatus tempore Caroli Calui. X. Carolus Rex Simplex seu stolidus. XI. Apud Platinam Normani pro Hungaris. XII. Northmanni multi ad fidem conuersi ante Rollonem. XIII. Sigebertus idem quod Godefridus. XIV. Rorich Northmannus baptizatus tempore Ludouici Pij Imp. De Baptismi Rollonis Catechismo. XV. Non sufficit bene credere: non oportet fauere Dei inimicis. XVI. Tempus Ioannis noni Papæ qui sedit annos duos, quindecim dies. Benedictus quartus successor eius. XVII. Baptizatus Rollo sub Papa Anastasio tertio, ex supputatione Card. Baronij sub Laudo Papa qui vix sedit menses septem. XVIII. Leo Vitto seu Victus Archiep. Rothomagensis Apostolus Baionensium

Baionensium & Cantabrorum. XIX. Fabulosa Papissa Ioanna. XX. Leo cœpit, Frãco & Herueus perfecerunt Catechesim Northmãnorum. XXI. Rollo Religiosior cæteris Northmannis. XXII. Quis & qualis Herueus Catechista Rollonis, cœpit esse Archiep. Rhemensis anno 901. laus eius & Encomium Ecclesiæ Rhemensis. XXIII. Ecclesiæ Metropolitæ causa boni vel mali. XXIV. Herueus sudauit in conuersione Northmannorum, creatus Apostolicus Legatus trigesimus tertius ordine inter Archiep. Rhemenses, prius Caroli Simplicis Secretarius, scripsit Epistolam de Pœnitentia pro conuersione Northmannorum, laborauit ad petitionem Vvictonis Archiep. Rothomag. XXV. Corrigitur Chronicon Dadræi. XXVI. S. Leo Vittus Archiep. Rothomag. quo tempore floruerit. XXVII. Corrigitur Chronicon Dadræi. XXVIII. Corriguntur tabulæ Democharis & Claudij Roberti qui eum secutus. XXIX. S. Leo Victus fuit magnus Theologus. XXX. Dadræus Isoardum accepit pro Flodoardo. XXXI. Leo & Vvicto idem Pontifex Vittus seu Victus, cognomen Vvictonis seu Vitti commune tribus fratribus & familiare. XXXII. Adhortatio ad Carentoni Clerum & populum. XXXIII. Probatur quod Leo & Vvicto sunt idem. XXXIV. Vascones vicini Hispaniæ, pene obliti Christianæ fidei propter vicinos infideles quos S. Leo Victo erudiuit. Leo, Franco, Herueus sodales in conuersione Northmannorum. Cœpit Leo, Herueus adiuuit, Franco perfecit. XXXV. Archiepiscopi septem Rothomagenses passi infideles Northmannos. XXXVI. Locus dictus sancti Petri de Castro habitatio Rollonis apud Rothomagum. XXXVII. De sancto Leone Vitto Petrus in Catalogo Cal. Martij. Vita sancti Leonis Victonis. De Niuo flumine Bayonæ. XXXVIII. Epitome vitæ S. Leonis Normani de Carentono. Martis Sacerdotes causa Martyrij sancti Leonis & fratrum eius Philippi & Geruasij: conuertere Bayonam, Bearnum & Nauarram. S. Leo & fratres eius capite cæsi. Caput S. cernui cadens in terram eo loci fontem suscitat: portat abscissum caput, quod Bayonam est delatum. Passus sub Rege Carolo Simplice; an sub Papa Stephano septimo controuertitur. Multi vitam S. Leonis scripserunt. XXXIX. S. Leonis natalis Calend. Martii. Canonizatus est à Gregorio V. Papa anno 856. S. Leo euocatus ad Germanos, quem Ludouicus Imp. Iunior magni fecit: ætatis anno xii. iam erat fama celebris, Mecænas eius apud Lutetiam fuit Rex Germaniæ, euasit in virum eruditissimum, Romam euocatur: tempus eius missionis Cantabricæ, vbi concione prima conuertit 718. animas: secunda centum quadraginta tres. XL. Ioannes de Palieu Vicarius Generalis S. Leonis apud Rothomagum cum Godefrido: Vicarii eius ad sepulchrum S. Leonis peregrinantur. Basilica S. Leonis ab Hæreticis destructa anno 1577. ex illa Reliquiæ sancti translatæ Baionam. XLI. Omissiones Breuiarii

Rothomag. de ſanctis ſuis quos externi venerantur. XLII. S. Leo fuit Patria Normanus ſeu Neuſtrius, Lector Theologus Pariſiis. XLIII. Corrigendus Taillepiedus. S. Leo etiam ſub nomine Victonis colitur, qui Germanis eſt Vvitho, Italis Vitus ſeu Vittus, nomen in Italia à Normanis Victoribus Principibus in veneratione habitum. Vvittus auctor eſt occultæ demonſtrationis.

CAPVT DECIMVM.

De Baptiſmate Rollonis Ducis Northmannorum per Franconem Archiep. Rothomag. & de nomine Roberti illi impoſito.

EPITOME.

I. MALI gratis non ſufferuntur à Deo, ſed vt corrigantur, aut per eos boni exerceantur, probatur exemplo Rollonis. II. Conuerſio Rollonis conformis eius ſomnio. III. Rollo in Baptiſmo dictus Robertus. IV. Domnus diminutiuum Domini. V. Rollo cum magna pietate baptizatus, ſatisfacere cœpit, cui commendatæ Eccleſiæ à Francone, inter quas ſancti Michaëlis de Monte, SS. Petri & Pauli Rothomagi; Abbatia S. Dionyſij in Francia. VI. Rollo erga Deum & ſanctos liberalis. VII. Olei & Chriſmatis veſtes in Baptiſmo. VIII. Prius cœlo quam hominibus victam terram partitur, cum eſſet ſeptem diebus in Albis, efficax eius donatio verbalis, & eius verba pro Diplomatibus habita. IX. Incuria Hiſtoricorum non adnotantium Rollonis Baptiſmum in Vigilia Paſchæ vel Pentecoſtes, cum Sabbato ſancto baptizatus fuerit. X. Olim in vrbibus vnicum Baptiſterium, in quo pauper & Duces baptizabantur. Baptiſterium erat adornatum. Aureæ & argenteæ columbæ in Baptiſmatis miniſterio. Ornatum Clodouei Baptiſterium. Rothomagum Rolloni fuit mater diuinæ filiationis. XI. Varia nomina ſacri Fontis. XII. Duo tempora Baptiſmi ſolemnia. XII. Competentes Baptiſmi qui, & candidati, & expectantes. XIV. Rollo in Quadrageſima Catechiſatus. Dubium proponitur de tempore Baptiſmi ad duo tempora vſque ad Carolum Magnum Imp. XV. Cur abrogata fuerint duo Baptiſmatis tempora? XVI. Patrini in Baptiſmo duo: neſcitur ſecundus Patrinus Rollonis, nec eius Matrina. Diligendi ſunt ſponſores Baptiſmi inſtar parentum. XVII. Probauit Rollo vitæ innocentiam poſt Baptiſmum. Sanctiſſimum eius reſponſum. XVIII. Epiſtola Rollonis ad Robertum Comitem Pariſiorum Patrinum eius ſanctitate plena, nolens inſurgere in Regem ſuum benefactorem contra iuramentum. XIX. Rollo præit multis ad conuerſionem, & factus mitis columba. XX. Columbæ proprietates. XXI. Status gratiæ & peccati diuerſitas. XXII. Anima ſancta debet amare pœnitentiam.

XXIII. Nominis impositio in Baptismo : & nominis Gentilis mutatio : cur in Baptismo fidei professio, & nominis impositio. XXIV. Robertus, Rodbertus, Rodobertus, & Rupertus idem nomen. Robertus Franc. Rex dictus Rupertus. XXV. Scriptores 89. appellati nomine Roberti. XXVI. Roberti de Sorbona commendatio & Collegij Sorbonici fama superat famam Collegiorum Regiorum, & Pontificiorum ? paupertas & modestia columnæ Sorbonæ. Sancti sub nomine Roberti. XXVII. Cur Rolloni impositum nomen Roberti. XXVIII. Primus qui sub nomine Roberti fuit sanctus. XXIX. Sancta Erentrudis neptis S. Roberti seu Ruperti Principis ex Regio Francorum stemmate. XXX. Robertus Comes Parisiorum, gente Saxo. XXXI. Anno Christi 764. Duces erant in Neustria sub Regibus Francorum qui concedebant Ducibus tertiam partem redituum Prouinciæ. XXXII. Robertus filius Ausberti Ducis ex Yda Burgunda cognomine Diabolus, couertitur & sanctificatur, Romæ ignotus præterquam soli Papæ per septennium, miram egit pœnitentiam, mortuúsque est in Terra Sancta; multi de illo Roberto fabulati instigante Diabolo. XXXIII. Rollo dictus Robertus. XXXIV. Sancti XVI. sub nomine Roberti. XXXV. Franco Archiep. osculatus Rollonem post Baptismum. XXXVI. Per octauam Rollo Albatus fuit, de candore baptizatorũ. Dominica Quasimodo cur dicta in Albis. XXXVII. Codratus Rex Anglo-Saxonum Romæ baptizatus, & Ceadual Rex Anglus ibidem baptizatus, mortuus in Albis. XXXVIII. Angelus candidus apparet baptizato & albis induto, cum liliis & rosis mense Nouembri. XXXIX. Pagani etiam complaciti sibi in veste alba. XL. Angeli in albis Christo resurgente. XLI. Candor natiuus pauperum, qui artificiosus illustrium. XLII. Candor affectatus Romanis, præcipuè in festis, quibus conspicui veste candida Senatores. XLIII. Per septem dies à Baptismo Rollonis omnia læta. XLIV. Albedo resurrectionis signum, vitæ & vestis transfiguratio. XLV. Non debet inquinari baptizatus. XLVI. Dies assumptæ vestis, & quo deponebatur, non computabantur. XLVII. Dominica in Albis vestigium albæ vestis in baptismo. XLVIII. Exuitur Rollo stola luctus, & induitur decore. XLIX. Principes debent esse verè, non apparenter Religiosi, vt pates dealbatis, hypocritæ sunt rami ficus decortatæ; albedo impiorum, leprosorum, & hypocritarum & hæreticorum. Fidei veteres sacrificabant in manu vestita panno albo. L. Christianus debet esse moribus candidus: niger candor Caluini, sinceri instar veteris Simiæ. LI. Candor Rollolinæ prolis vsque ad eius generationem septimam. LII. Northmanni conuersi in Septentrione tempore Guillelmi filii Rollonis. LIII. Chuina Rex Northmannus baptizatus. LIV. Heroldus Rex Danorum baptizatus anno 820. & Fronto anno 870.

CAPVT XI.

De matrimonio Rollonis cum Poppa: & an potuerit legitimè repudiare Christianam principem, vxorem primariam, de qua susceperat liberos; & post Baptismum, Poppa viuente ducere Gislam, eâque sine liberis mortua, ad Poppam redire tutâ conscientiâ.

EPITOME.

I. MARITATVR Rollo tempore obsidionis Parisiensis. II. Secundum Rollonis connubium, melior pax quam bellum: nuptiarum apparatus: moritur Gisla absque liberis. III. Rollo repetit Poppam repudiatam, quæ Christiana fuit. IV. Neustria ante Rollonem tota Christiana erat, an potuerit Rollo repudiare Poppam. V. Gentibus repudiatio frequens: diuortium ambos respicit, repudium solam vxorem. VI. Alphonsus Tonstatus seu Tostatus quis, & qualis, ex oppido de Madrigal. Tostati cognomen est scomma Scholasticorum, fuit vir sui sæculi miraculum: ex paupere factus Episc. Abulensis. VII. An inseparabilitas sit de naturali iure, ius naturale quod homini competit prout est animal, aut prout est de dictamine rationis. Educatio animali, instructio homini debentur: cohabitatio, educatio, & instructio cohærent: Ad quæ requiritur indiuidua coniugum habitatio & communicatio vt acquirant & relinquant bona liberis, per se intenditur à coniugibus. VIII. Videtur Rollo non potuisse diuortium facere, & vno tempore duas Christianas vxores habere. IX. In repudio duo consideranda. Licet à lege recedere cum dispensatione legitima. X. Cursus naturæ in parte minore variatur quando virtus formatiua impeditur, in iis quæ sunt vt frequenter, vel per supernaturalem causam, in iis etiam quæ vt semper in primis corporibus naturalibus inuariabilibus. XI. Prima iuris præcepta per se cognoscuntur; ex his alia sunt aliis magis nota, alia quæ ipsa ratio dictat. XII. Dispensatio sequitur iuris variationem & in primis Principiis non fit nisi per Deum causam supernaturalem, rarò, & ad aliquas personas. XIII. Resp. ad quæstionem de inseparabilitate: primo eam esse de secundis præceptis, nec esse necessariam ad procreationem, educationem & instructionem absolutè, sed secundum quid. XIV. Ante legem Christi dabatur liber repudii in Gentilibus legem nescientibus, post legem Euangelicam Iudæis prohibita repudiatio. XV. Post legem Euangelicam permittitur dimissio quoad thorum non quoad vinculum, alias esset melior conditio fornicariæ, quam innocentis. XVI. Moderni fautores repudiorum habuere qui illis responderent. Antiqui Hæretici fautores di-

uortij, quibus sancti Doctores responderunt. XVII. Vxorem dimittere licere quoad thorum non quoad vinculum. XVIII. Sanctus Paulus Apostolus & Paulus Iurisconsultus differentes in Consiliis: culpam facit voluntas non dignitas. XIX. Florente Republica Romana repudia illicita. XX. Cur Rolloni repudiatio licuerit? disparitas cultus fidelis cum infideli, & infidelis cum fideli. Omne quod non est ex fide est peccatum. XXI. Disparitas cultus tempore contractus facit nullum matrimonium: quæ conuentio luci ad tenebras? XXII. In disparitate cultus raro dispensatur, nisi ex vrgente causa: Exemplum in Clodoueo primo Rege Francorum: & in Rollone Northmanno: lege communi prohibetur fidelis nubere cum infideli, probatur ex perditione Salomonis olim sapientissimi. XXIII. De primo Rollonis matrimonio Resp. XXIV. Cultus disparitas contra educationis bonum. Sara eiecit Agar. XXV. Specialis instinctus Sanctorum. XXVI. Per se nullum est matrimonium fidelis cum infideli & Rollonis cum Poppa potest dici nullum, & nuptiæ Gislæ fuere declaratio matrimonii inualidi cum Poppa. XXVII. Obiectiones nec legis Mosaïcæ nec Christianæ quidquam contra Rollonem Paganum concludunt. Primo Resp. Deuteronomii legi. Secundo Resp. duo licita esse in libello repudii. Duo præcepta Mosaïcæ legis contra diuortium. XXVIII. Poppa quia innocens redire potuit ad Rollonem. XXIX. Israëlitis repudium cur permissum. XXX. Rollo Poppam semper amauit: tres dotes Poppæ, pulcherrimæ, nobilissimæ & piissimæ: omni iure Rollo potuit dimittere Poppam, & Poppa à Rollone discedere. XXXI. De populi Indorum matrimoniis fidelis cum infideli, ex summi Pontificis dispensatione. XXXII. Dispensatio debet esse legitima vt accepretur sine peccato, valet tamen etsi illegitima fuerit, sed peccat acceptans & concedens. XXXIII. Sufficit quòd Ecclesia habeat potestatem in vnum contrahentium. Potuit Rollo auctoritate Ecclesiæ accipere Gislam & Poppam relinquere, & Gisla mortua ad eam redire.

CAPVT XII.

Iustitia Rollonis, & nominis illius solemnis in Normania inuocatio; vbi vulgaris est Clamor de Ha Raoul, *vel* Ha Rol.

EPITOME.

I. A Fructibus agnoscitur arbor. II. Rollo templa reparat. III. Bannum Rollonis (Longueuilla longè patens villa seu Longauilla) de agri vtensilibus in ipso agro relinquendis. Vxor furatur marito agri vtensilia irridens Rollonis Decretum. IV. Inquisitio fit per ignem: probatio per ignem postmodum prohibita. V. Rollo apud Franconem conqueritur de sua inutili per ignem probatione. VI. Fides veterum Christianorum. VII. Prudentia Rollonis. Antiqua consuetudo Normana viris permittit castigare vxores. VIII. Fœlicia subditorum Rollonis tempora, & eius successorum. IX. Securitas publica dum perdita redderet fiscus. Lex vetans dare assensum furi ne cum eo puniatur quis. XI. Omnia sub potestate vnius cui cura de omnibus. Imperium est cura salutis alienæ: bonus Rex instar Patris, paruuli læsi Patrem inclamant. XII. Inclamatio iusti Rollonis. XIII. Censor sibi parens, aliis præit ad custodiam legum. XIV. Princeps iustus est lex viuens. XV. Princeps est indefensorum tutor. Appellatur Rollo in auxilium. Interdictum iuris Romani: iudex obuius fit competens in necessitate. XVI. Quiritatio Romanorum & Normanorum. XVII. Vnicuique Deus mandauit de proximo. XVIII. Formulæ affectatæ iuris, noxiæ. XIX. Ecclesiæ leges & iuris ciuilis sæpe contrariæ. XX. Interdicta Romana sine iuris ordine. XXI. Constantinus Imp. omnes iuras formulas abrogauit. XXII. Interdictum est præparatio ad iudicium: clamor de *Ha-Roul*, parat viam ad actionem. XXIII. *Ha-Rol* vel *Ha-Roul*, compositum nomen ex aspiratione & Rollone, eáque introducta contra malos. XXIV. Rollo appellabat sanctam Aldetrudem filiam suam: quæ à Deo obtinuit deferri obedientiam nomini chari sui cultoris Rollonis. XXV. Exemplum & miraculum obedientiæ S. Aldetrudis. XXVI. Merces venerationis Sanctorum. XXVII. Rolloni viuo & mortuo reddita obedientia, etiam contra Normaniæ Ducem ex eius prosapia Guillelmum secundum sepultum apud Cadomum. XXVIII. Pars areæ templi S. Stephani Cadomensis non soluta viro pauperi, ideo inuocatus Rollo contra sepeliendum cadauer Ducis Normani: & solutum pretium terræ ante sepulturam peragendam. XXIX. Guillelmus Nothus Dux Normaniæ ob longam eius in Anglia habitationem creditus Anglus à qui-

Leg. cap. 2. libri Rollonis de S. Aldetrude.

busdam: eius Encomium. Huius sæculo coætaneus Guillelmi Neubrigensis Historicus. XXX. Ascelinus Arturi filius fuit ille, qui inclamauit Rollonem super cadauer Guillelmi Nothi. XXXI. Oscitantia Calculi Gemeticensis: querela Ascelini Arturi. XXXII. (Rectitudo Gallis *redeuance*): testimonium decem vicinorum de iusta Ascelini querela. XXXIII. Principum procuratores sæpe retinent pretia debita pauperibus. XXXIV. Vanitas dominationis Principum, quibus terra deest ad victoriam, deficit ad sepulturam. XXXV. Laus sancti Antonini Archiep. Florentini qui præclare scripsit de Rollone dicto Roberto & de clamore de *Harol*: qui tamen corrigendus in annorum supputatione. XXXVII. Actiones à nominibus Auctorum vocatæ. XXXVIII. Clamor de *Harol* conuenit cum Romano iure & aliarum gentium. Quo in casu clamor *Harol* interiicitur. XXXIX. *Harol* non est vox Barbara, sed plena iustitiæ, æterna Rollonis memoria. XL. Scipionis Duplex Historici sententia est improbanda, vbi de voce *Harol*.

CAPVT XIII.

Rollo mortalitatem exuit: specimen pietatis eius refertur.

EPITOME.

I. ROLLONI duo liberi, Guillelmus & Gerloc; ex his hæredem constituit filium suum. II. Rollo post Baptismum sanctissime vixit, veneratus loca sacra & Sacerdotes, sanus mente vsque ad annnm 917. Rothomagi sepultus in sancti Romani sacello maioris Ecclesiæ. Inscriptio primaria eius sepulchri, secundaria sub Archiep. Maurilio. III. Probitas pro fortitudine. Rollo superasse dicitur Parisios, quia pecunia se redemit vrbs. IV. Rollo annis 50. Franciam impugnauit eóque sensu capienda verba eius Epitaphij. V. Nullus inter Christianos Principes sic fuit in veneratione vt Rollo. VI. Iuratur obedientia filio Rollonis. Rollo mortuus quinquennio Baptismi sui: toto vitæ tempore vixerat inter arma. VII. Guillelmus Dux filius erat pulcherrimus. VIII. Affabilitas Rollonis: fuit anno 912. baptizatus. IX. Gemeticum Monasterium. X. Rollonis frater Gurim. XI. Filius Rollonis Guillelmus natus Rothomagi dictus Rothomagensis. XII. Gerloc filia Rollonis valde speciosa. XIII. Mors vitæ respondet. XIV. Natalis Rollonis à die sui Baptismi. Doctrina bene moriendi, eadem quæ bene viuendi. XV. Singulare exemplum pietatis Rollonis. XVI. Reliquiæ S. Audoëni delatæ in Franciam interiorem, supplicant Rollonem Rothomagenses curet restitui corpus sancti Audoëni per Regem Franc. Reliquiæ adueniunt Dernetallum, vbi mansere im-

nobiles; refertur Franconi Archiepiscopo & ille Rolloni nuntiauit; Pius sensus Rollonis, piáque responsio. XVII. Veneratio SS. Reliquiarum. Rollo nudus pedes obuiam iuit sancto Audoëno in veste lanea, per vnam Leucam processit grandæuus, cum populo prosternitur anno 918. aliis 917. Baiulat Feretrum sancti humiliter. XVIII. Solidus antiquis erat nummus aureus. XIX. Deus & sancti Venerandi de terrena substantia. XX. Reges Baiuli sanctarum Reliquiarum. S. Ludouici Regis Franc. veneratio erga SS. reliquias. XXI. Philippus II. Rex Hispaniarum humeris portauit Reliquias S. Eugenii ex Gallia translatas anno 1565. Imitentur Reges & minores Principes. XXII. Visio facta Rothomagi Equitis ambulantis super Sequanam sub finem vitæ Rollonis cuius prolem masculam duraturam prædixit septem generationes. Septima generatio Rollonis degenerans in virtute. XXIII. Principes Normani fuere antiqui affines domus Regiæ Francorum. XXIV. Insigniores Duces veterum Normanorum. XXV. Raynerius Brabantiæ & Hannoniæ Princeps. XXVI. Poppea seu Poppa vxor Rollonis. XXVII. Cur Rollo obsidionem reliquerit Parisiorum. Victor Anglorum Franciam aggreditur. XXVIII. Rollo Rothomagi sepulchro gaudet modesto & elogio suis meritis impare.

CAPVT XIV.

De Guillelmo Rothomagensi, cui de Longa-Spata cognomen, filio Rollonis.

EPITOME.

I. Filivs Rollonis Rothomagi natus, statura fuit procera & Longa-Spata seu ense vsus, habetur pro sancto, Neustrius & Francigena, speciosus animo & corpore. II. Sanctum est & pium desiderium à Deo rescire vitæ eligendæ statum: in iuuene senium probitatis: potest Deus per gratiam ferocem mitem facere. III. Encomium Saussæi Parisiensis Pastoris. IV. Locus Martyrii sancti Guillelmi Normaniæ Ducis, ploratur eius mors: Archiep. Rothomag. Maurilius alias Mauritius eius corpus transfert. V. Stultitia Britonum in suo Principe pietatem contemnentium. Britones truces & ratione steriles. VI. Guillelmus Dux coactus ad nuptias, eius vxor Leudegardis. VII. Riulphus perfidus Comes Constantiensis, causat rebellionem, in Prato belli victus. VIII. Guillelmo nascitur filius Richardus. IX. Inescatio hominum multifaria tam vicinorum quam subditorum. X. Legatio Anglorum Regis, pro restituendo Ludouico filio defuncti Caroli Regis Simplicis. XI. Beneficia Normani Ducis in Regem Franc. &

& reuerentia reddita. XII. Franci mirantur Normani Ducis copias, à quibus sibi timere Franci proceres. XIII. Cogit Dux Normanus Regem Germaniæ, reddere regi Franco honorem. XIV. Normana veneratio erga sui Ducis ensem. XV. Germani Normanos laudant. XVI. Rex Franc. agnoscit beneficium à Normano Duce acceptum. XVII. Laudunum Clauatum dicebatur Bibrax. XVIII. Populorum beneuolentia est signum boni Principis. XIX. Princeps quietus suscitat leges bonas. Guillelmus Gemeticum Abbatiam restaurat; summè fuit affectus ad Monachatum; repulsam patitur à Martino Abbate, idque prudenter. XX. Solatium monasticum postponendum publico bono. XXI. Maius bonum præferendum minori: voluit Guillelmus se abdicare principatu, & tentauit extorquere consensum primorum; flentes negauere se posse consentire. XXII. Sollicitudo populi potior solitudine. XXIII. Franci inuident Guillelmi gloriæ, Arnulphus Flandriæ Comes his præit; qui spoliauerat Monasteriolo Comitem Herluinum, implorantem Guillelmi Ducis auxilium. XXIV. Prudentia Guillelmi Ducis qui præsto fuit Herluino Comiti Monasterioli quem restituit. XXV. Oppida plura sub nomine Monasterioli. XXVI. Dolosa Arnulphi Flandri legatio ad Ducem Guillelmum, qui dissuasus non acquieuit; exercitus duo ex vtráq; parte Somonæ: colloquium in insula Pequiniaci, proditoria submissio Arnulphi, ambagibus colloquium teritur ab Arnulpho; perfidia Flandrorum. XXVII. Mors Guillelmi Normaniæ Ducis 18. Decembris 942. eius descriptio: clauicula pendēs ad lūbos Guillelmi Ducis qua aperiebatur arca quę cōtinebat symbola pietatis eius. Corrigitur Dudo in die obitus Guillelmi. XXVIII. Sanctus Dux Guillelmus Rothomagi recipitur cum magno honore & fletibus: dedit Capitularem panem Canonicis Rothomagensibus. XXIX. Riulphum Ducem Guillelmus exeuntem e cymba remo nauigij percussit in capite: pœna Riulphi & de Flandro à Normanis parta victoria. XXX. Recapitulatio gestorum Guillelmi Ducis qui antecelluit suo Patri Rolloni, vnicè Frācos amauit, vicit suos rebelles miraculosè, arbiter factus Principum Christianorum. XXXI. Restituit in regnum Franc. Ludouicum Transinarinum filium Caroli Simplicis. XXXII. Ludouicus Transmarinus factus ingenij asperioris, Guillelmus nihilominus eum defendit contra omnes. XXXIII. Guillelmus protector indefensorum Principum, mortem passus pro iustitia proditione Arnulphi Comitis Flandriæ. XXXIV. Guillelmus in anima pientior erat quam vellet apparere hominibus. XXV. Vera virtus in Principe comes fida generositatis. XXXVI. Elogium Guillelmi Ducis. XXXVII. Examinatur Martyrologium Gallicanum Saussæi, & de Duce Guillelmo corrigitur in duobus, Pinciniacum vulgo *Pequigny*. XXXVIII. Guillelmus filius Rollonis primus Dux Normaniæ huius nominis; Guillelmus Nothus fuit dicti nominis secundus.

CAPVT XV.

De Richardo primo huius nominis, Normanorum Duce filio Guillelmi primi.

EPITOME.

I. FIDELITAS promittitur Richardo à Normanis. II. Bernardus primus Comes Hatcurianus tutor Richardi. III. Vera & bona institutio Principis cui maiorum præclara facta reuocanda in memoriam, & infœlices exitus malorum Principum. IV. Succo bono imbuenda iuuentus. V. Rex Franc. Ludouicus Transmarinus venit Rothomagum, fingit se morti Guillelmi condolere. VI. Quos Principes vincere non possunt, hos fallere conantur. Infida calliditas tecta velo beneuolentiæ ex euentu probatur. Artes Regiæ innotescunt, astu agit Rex impotens violentiæ. VII. Richardus Regi Homagium præstat. VIII. Promittit Rex vltionem de Flandro, elusit Rex sinceros Normanos, & suasit Richardum in aula Regia educari. IX. Post Baptismum sinceritas columbina Normanorum, quibus experientia dedit prudentiam serpentium. X. Richardus Dux malè habitus Lauduni à Rege. XI. Euasit ex carcere Dux Richardus sagacitate Osmundi. XII. Vinum & gula custodias fefellere inimicas, suspendio necati dormitantii custodes. XIII. Affectus Normanorum erga suum Ducem, pro quo captiuo indictum ieiunium trium dierum & trium noctium, & oratio perpetua in Ecclesiis, & Processiones factæ in sacco & cinere. XIV. Pia opera populi pro bono Principe. XV. Britones vt Vasalli orant pro suo Duce Normano. XVI. Attendant Principes quantum valeat amor subditorum. XVII. Legalitas & generositas Regis Henrici erga pupillum Normaniæ Ducem, fuit multum dissimilis dolo malo Ludouici erga Richardum. XVIII. Rex Franc. tentat Normaniam subiugare sed victus est à Normanis: fuga quærit salutem, incidit in manus militis qui subduxit: ducitur captiuus Rothomagum. XIX. Richardus à iuuentute sua sectator iustitiæ, venerator Dei, Sacerdotum & Templorum. XX. Ludouicus Rex iterum insurgit in Richardum. XXI. Non est vtile Francis contra Normanos dimicare. XXII. Richardus curat conuersionem Paganorum, inmemor erat iniuriarum. XXIII. Cur Hugo Capetus in Regem Franc. electus. XXIV. Normanus stat pro gloria Francorum: subscripsit Richardus electioni Hugonis Capeti. XXV. Dilexit Richardus Gonorem quæ docta fuit Phrygij operis. XXVI. Richardus cognominatus est sine pauore seu impauidus. XXVII. Cœmeterium & dormitorium sunt synonyma.

XXVIII. Visio in somnis facta Richardo : & iterum secunda visio nocturna in sacello offenso de via, in quo iacens cadauer mortui insurrexit in Richardum, qui oblitus chirothecas iterum impauidus ad eas repetendas rediit. Corpora mortua sepelienda aut custodienda. XXIX. Albi Monachi Fiscanenses mutati in nigros. XXX. Adest Abbas Richardo à quo iussus omnes Monachos coram ipso conuocare, quos iterato iubet Dux omnes adesse ad vnum Monachos: præsentibus tunc omnibus fratribus Richardus orauit flexis genibus , & dum oraret corruit totum dormitorium. XXXI. Te Deum cœpit cani anno Christi 388. XXXII. Monachus lubricus in aquam cecidit, & dum caderet se commendauit precibus Ducis Richardi absentis, extrahitur impurus ex aqua lutosa. XXXIII. Magna vis amoris in spiritu & in carne. XXXIV. Gratia miraculorum est gratis data. XXXV. Concubina Richardi credita Gonnor, quæ fuit eius vxor, nupta in occulto : dubiorum natalium liberi clero inhabiles : liberi Richardi suppositi pallio connubij sacri. XXXVI. Robertus filius Richardi primus Pontifex ex prosapia Rollonis. XXXVII. Duo Richardi Fiscani structores. XXXVIII. Pietatis sensus in Richardo primo, eius præparatio ad necessaria ædificandi Fiscani. XXXIX. Richardus viuens sibi condit sepulchrum, quod singulis septimanis impler frumento pro pauperibus, constituit hæredem Richardum secundum filium, iubet vt extra Ecclesiam sub stillicidiq sepeliatur : cilicio indutus, nudis pedibus in Ecclesia sumit viaticum, & alia Sacramenta : iterum iubet sepeliri ad stillicidium; suspirat æterna, oculos & manus leuat in cælum : Richardus pro sancto est habitus, ex aperto eius tumulo exiit suauissimus odor ; obiit 21. Nouembris 996. Christi. XL. Sancti Seueri reueritus Reliquias. XLI. De Ecclesia sancti Michaëlis de Monte in periculo maris aucta & exornata à Richardo primo Duce, toto orbe venerabilis : de maris incremento & decremento : describitur locus vbi sita est Abbatia sancti Michaëlis. XLII. Quantum intersit Reipublicæ dari iuueni Principi Rectores probos & sagaces. XLIII. Obliuiscuntur Principes benefactorum facillimè. XLIV. Elusit prudentia Normana Regem Francorum. XLV. Ingratitudo Herluini Comitis erga Richardum, & Ludouici Transmatini erga Normanos iusto Dei iudicio punita.

CAPVT XVI.

De Richardo secundo filio Richardi primi, Ducis quarti Northmannorum.

EPITOME.

I. RICHARDVS II. filius Richardi primi. II. Cœnobium Fontanellæ seu sancti Vuandregisilli. III. Principes boni suos ditant subditos. IV. Principi bono rebelles à subditis derelinquuntur. V. Clementia Richardi secundi in rebellem fratrem. VI. Sorores Ducis Richardi faces discordiæ. VII. Vincitur Anglus in agro Constantiensi. VIII. Arx de Tuilleriis: fugantur Carnotenses, quibus dat Richardus pacem. IX. Richardus cogit Britanniæ Comitem ipsi præstare Homagium, qui victus Richardo filios suos commisit. X. Richardus iussu Patris sepeliri eum curauit sub Ecclesiæ Fiscanensis stillicidio, vbi filius eius fecit constitui sacellum Diui Thomæ, & vbi Dux miracula fecit. XI. Encomium Richardi secundi, liberi eius tres. XII. Rodulphus frater Richardi Historiam eius scripsit, & consolatus est eum morientem. XIII. Mors pia Richardi secundi, qui tria extruxit Monasteria, Ducatum rexit annis triginta, curauit reædificari Fontanellam Abbatiam. Eminentissimus fuit virtute, & fama: omnibus piis congregationibus orbis Christiani notus suis beneficiis. XIV. Vigiliæ Christianorum antelucanæ. Richardus in Ecclesiis pernoctabat in oratione, & alios animabat præmiis ad orationem. XV. S. Eduardus Rex Angl. nepos Richardi secundi. XVI. Athala filia Roberti Regis Francorum Balduini Comitis Flandriæ vxor. XVI. Emma mater sancti Eduardi: vterque benigne excepti in Normania exules. XVIII. Richardus reos trahebat ad pœnitentiam, Comitas eius erga pauperem nobilem qui cochlearia argentea subripuerat in aula Ducis, qui nobilis deinceps Richardo seruiuit: liberalitas generosorum est prudens. XIX. Encomium Richardi secundi, sub quo Normania videbatur esse vna Ecclesia: rebellionem rusticorum sua prudentia sedat, Danos Anglis conciliat, Robertum Regem Franc. cogit ad id quod iustum, quem alias adiuuit. XX. Henricus Dux Burgundiæ moriens fecerat hæredem suum Regem Robertum; Burgundiones detrectantes fecit Richardus obedire Regi, qui Ducatum filio suo Roberto dedit. XXI. Ex Italia ad videndum Richardum venit vir eruditus, & vt cum Richardo colloqueretur. XXII. Prudentia Rothomagensis hospitis erga Italum. XXIII. Victor & pacificus Richardus viuebat instar priuati, & post refectionem ex fenestra respiciebat Sequanam, syluas, prata & transeuntes. XXIV. Italus comparat sibi arcum & sagittas, gyratur ante Ducis fenestras,

ſimulat collineare in Ducem, Dux credidit illum delirum: iubet adeſſe, Richardus interrogat Italum, qui mutauit vultum & quis eſſet, ſermone indicauit: Italia bonorum ingeniorum ferax. XXV. Richardus Salomon ſui æui in Normania: Italus conqueritur de aulicis à quibus malè habitus: colloquuntur Dux & Italus, hic reſpuit Principis ſtipendium, vixit & mortuus eſt in Richardi contubernio; Bernardus vocatur, & Cheteburgi ſepultus in Normania inferiore. XXVI. Richardus ægrotat, præparat ſe ad mortē, eius humilis flagellatio in Capitulo monachorū, ſe iubet ſepeliri ſub ſtillicidio Eccleſiæ cum Patre ſuo 23. Auguſti, 1016. al. 1027. lugent cateruæ pauperū: Richardo II. tres liberi: refecit Monaſterium Fontanellæ. XXVII. Richardis Duobus primo & ſecundo pro humilitate gloria reddita ſepulturæ honoratioris, ab Henrico Piſano Cardinale in viſitatione Fiſcani anno 1162. ſub Henrico II. Duce Normaniæ: Arnulphus Lexouienſis ex Epiſcopo ſit Religioſus Victorinus Pariſienſis. XXVIII. Tranſlatio Reliquiarum Fiſcanenſium. XXIX. Duo ſancti Richardi Duces Normaniæ, quorum tranſlatio facta ſub tribus Henricis, Legato, Rege, Abbate. XXX. Duorum Richardorum humilitas in communi ſepultura à Legato & ab Epiſcopis effoditur eorum ſepulchrum. Reliquiæ eorum repoſitæ in pretioſis Feretris ſecus altare maius Fiſcanenſe. XXXI. Hodierna Chriſtianorum ſuperbia. XXXII. Hiſpalenſis Epiſc. Iſidorus emendatur, & probatur Baſilicas non eſſe dictas à Rege Baſilico. Baſilica idem quod Regia: Baſilicæ ſunt Palatia Regis æterni: tempus Imp. Baſilici. XXXII. Arianus Imp. primus voluit ſepeliri intra Eccleſiam. Conſtantius ille multum Patri Conſtantino Imp. diſſimilis; qui elegit ſepeliri in atrio Eccleſiæ ſanctorum Apoſtolorum Conſtātinopoli, factus piſcatorum ianitor. XXXIV. Romæ Principes ſepulti extra Eccleſias. XXXV. Concilium Prouinciale Rothomagenſe decreuit de ſepulturis extra Eccleſias ſub ſpecie ſordidi pretij dati Eccleſiis: Chriſtiani ſunt hodie valde inobedientes. Encomium Richardi ſecundi, qui Eccleſias ampliauit bonis & oblationibus pretioſis. XXXVI. Richardus & filij eius ad menſam inſeruiebant Monachis: gloria Sanctorum Monachorum, dedecus indeuotorum. XXXVII. Adhortatio ad Monachos Fiſcanenſes vt reformentur quod à primo tempore cœptum.

CAPVT XVII.

De Richardo tertio, & Roberto primo (aliàs secundo, respectu Rollonis qui in Baptismo vocatus Robertus) de filijs Richardi secundi; successiuè Ducibus Normaniæ.

EPITOME.

I. RICHARDVS tertius bonæ spei iunior Dux, mors proposita eius bona succidit: qualis fuerit Richardus. II. Nicolaus Paruulus filius Richardi tertii factus Monachus S. Audoëni Rothomag. tunc in suburbio, vbi Abbas annis quinquaginta, aliis pene sexaginta fuisse scribitur. III. Genealogia Ducum Normaniæ. IV. De Ecclesiâ Abbatiæ sancti Audoëni Rothomag. V. Nicolaus Abbas sancti Audoëni studuit prodesse magis quam præesse: peregrinatus est in Hierusalem, obiit 26. Februarii, sepultus in Ecclesia sancti Audoëni. VI. Richardus tertius regnauit anno vno cum dimidio, cui successit frater eius Robertus, qui funeri fratris interfuit apud S. Audoënum redegerat: in Ordinem Alanum Comitem Britanniæ, & coëgerat ad Homagium. VII. Roberti Ducis virtutes, eius prudens liberalitas collara pauperi nobili Aulico pedem ab offertorio diei solemnis retrahenti, quia deerat illi ad manum nummus offerendus. VIII. Donum acceptum honoratius impenditur, oblatio pauperis Nobilis munifica, & honorem deferens suo benefactori. IX. Robertus Dux pauperi liberali iterat largitatem: prudens liberalitas. X. Cella equina dorso victorum imposita. XI. Virtutes Roberti Ducis. XII. Dissuasus Dux dirigi ab Archiepiscopo, agnoscit erratum. XIII. Laïci solent inuidere Ecclesiasticæ auctoritati, & magis odisse eorum auctoritatem quam Hæretici doctrinam. XIV. Reuocatur Archiepiscopus & rebus agendis præficitur, quod Duci cessit fœliciter. XV. Robertus Archiep. Rothomagensis qua occasione fuit causa conuersionis Olaui Regis Noruegiæ. XVI. Explicatur Ioannes Magnus Gothus & corrigitur. Olaus Rex vocatur in Baptismate Robertus, non autem Iacobus. Ioannes Magnus negligens Scriptor. XVII. Adamus Bremensis Ecclesiast. Historicus. XVIII. Magni facit conuersionem Olaui Regis Martyris anno Christi millesimo vigesimo octauo. Robertus Archiepiscopus fit 989. sedit 48. annis. XIX. Abbatia Cericiaci Roberti Ducis opus, eiusdem virtutes. XX. Dux Robertus ante sanctam peregrinationem dimittit offensas. XXI. Edelredus Rex Pater sancti Eduardi ex Emma. XXII. Principes faciles ad peccata, difficiles ad pœnitentiam, Robertus Dux pœnitentiæ exemplum & exemplar; Deus ex malo bo-

hum educit. Conuocatis ordinibus proponit suam peregrinationem. XXIII. Guillelmus eius filius in Ducem agnoscitur: dicit vale subditis, benedicitur ab Archiep. Rothomagensi XXIV. Sarcinæ in via præibant: Robertus nudus pedes cum suo baculo per campos ambulabat, in vicis & vrbibus calceatus: stimulo vnus extraneus Ducem fixit, & vacillare fecit, Normanos hunc interficere volentes prohibuit, & amore Dei iniuriam patienter tolerauit. XXV. Robertus Romæ veneratur Papam Benedictum octauum. Constantinopolim ingreditur super mulam calceatam ex auro solido, sed calceis vix pedibus adhærentibus, vt spolia essent cuiuis de populo. XXVI. Dat Aulicis Imperatoris pallia pretiosa suorum nobilium. XXVII. Orientis Imperator vincitur à Normani liberalitate Ducis. XXVIII. Exclamant Græci in Normanas laudes, discedítur post mutuos amplexus. XXIX. Robertus de via cassus gestatur à baiulis Æthiopibus veredariis essedæ eius. Hierusalem appropinquat, obuius peregrinus Normanus Nobilis Duci Roberto: Ducis lepidum dictum ad Regem Francorum se portari in paradisum à Diabolis. XXX. Habent piæ pœnitentium lacrymæ exultationem. XXXI. Robertus fit proximus vrbi Hierosolymorum, vbi extra vrbem videt copiam pauperum iacentium peregrinorum, defectu nummi vectigalis persoluendi plorant miseri, compatitur Dux, & pro omnibus soluit tributum, & solatur singulos flens cum illis. XXXII. Immites Saraceni donis vincuntur. XXXIII. Oratio Ducis Roberti ad peregrinos socios: Dux instar solis relucet suo exemplo, & ardet calore charitatis. XXXIV. Soldanus se vocat Dominum per excellentiam: ex fama præuenit honore Soldanus Ducem Robertum: redditum ab eo tributum Dux donat pauperibus. XXXV. Obiit Dux Robertus anno 1035. filium Guillelmum octo annos natum relinquens. XXXVI. Contritiones Roberti Ducis apud loca sancta: obiit die secunda Iulij in festo Visitationis B. V. Mariæ: deuotus Deiparæ in eius Templo Niceæ sepelitur: mortuus ante reditum & in via, ne sanctitas pœnitentis vitæ deinceps macularetur. XXXVII. Nicæa vrbs multiplex, vna in Gallia prope Massiliam: alia Nicæa in Thracia in qua Arianorum fraus contra Catholicam fidem apparuit. XXXVIII. Drogo Comes Vulcasini & Gisortianus, sodalis peregrinationis cum Roberto Duce.

CAPVT XVIII.

De Guillelmo secundo huius nominis Duce Normaniæ (filio naturali Ducis Roberti) cognomine Notho : armis deuictæ Angliæ Conquæstoris titulo insignito. Et vnde Albion insula dicta sit Britannia, & postea Angliæ nomen sit sortita singulares obseruationes & Paradoxæ.

EPITOME.

I. PROPOSITVM auctoris in Historia Rollonis. II. Guillelmus II. decus & gloria Nothorum ab omnibus Scriptoribus laudatur. III. Matrimonium necessarium iugum Principi pro Reipublicæ bono. IV. Guillelmus amauit Herletam. V. Principum cura pro successoribus generosis. VI. Qui beneuolè vtitur victoria sua ex inimico facit amicum. VII. Robertus dat Guillelmo tutorem & protectorem. VIII. A iuuentute sua exercitatus ærumnis. IX. Iusta prætensio Comitis Arquensis in Ducatum Normaniæ, victus tamen collum submisit Guillelmo. X. Prætensio Guidonis Comitis Burgundiæ filij ex Adeleide filia Ducis secundi Richardi, & Comitis Moritonii, Augi & Andegauensis in Guillelmum Ducem, quos omnes vnus superauit. XI. Virtutes Guillelmi.

§. *Primus.*

XII. Insula quæ dicta Albion non est Albiona, neque Albium per. V. neque Alben: quibusdam dicta insula Prædona ex abundantia prædonum. XIII. Albionis populi differunt ab Albiensibus seu Albigensibus. XIV. Albania pars insulæ Albionis. XV. Topographia Albionis quæ nunc Anglia. XVI. Sanctus Clarus Anglus dictus Albanus. XVII. Princeps Dux Albaniæ in Britannia. XXIII. Caledonia pars insulæ Albionis. XIX. Albion victa per Armoricos Britones Gallos. XX. Hibernorum origo ex Cantabris: Celtiberi Hispaniæ à Celtis Galliæ. XXI. Albion dicta Britannia est. XXII. Vespasiani Imp. tempore erat inter prouincias Galliæ vna quæ dicebatur & vsque hodie vocatur Britannia; Albion domita per Britones seu Britannos Gallos ante æuum Iulii Cæsaris. XXIII. Vnde dicti Britones Britonantes. XXIV. Albion incoli cœpta à Gallis. XXV. Comitas est propria Gallis teste Cæsare. XXVI. Armoricæ ciuitates notæ Cæsari quæ idem significant quod maritimæ: Cornugalliæ *Cornoüaille* in Britannia tum Gallica tum Anglica. XXVII. Britones Galli Cæsaris tempore Regi Gallorum subditi. XXVIII. Cæsar meminit de Britannia Galliæ Prouincia. XXIX. De Britannia Albionis. XXX. Britanni insulares

sulares

ſulares Romanis ſunt Barbari quorum olim ortus deductus à Gallis facit eorum mores eſſe conſimiles. XXXI. Galli florent in bellis; ſegnitia otium ſequitur. XXXII. Britanniam Romanis Cæſar oſtendit, non tradidit. XXXIII. Multi populi Aremorici Albionem ſubegere, quorum potiores fuere Britones, qui inſulæ nomen ſuum dedere. XXXIV. Britanniæ duæ ante Maximum Imp. XXXV. Aquitania maritima Armorica dicitur. XXXVI. Britannia minor ſingulariter appellata Aremorica. XXXVII. Britones Galli dant Albioni nomen Britanniæ. XXXVIII. Falſum eſt Anglicam Britanniam à Bruto dictam. XXXIX. Falſum quoque quarto ſæculo Chriſti tunc primum Britonum Aremoricam cœpiſſe dici Britanniam. Corrigitur Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, & Paſius in Hiſtoria Britanniæ, & Trithemius lib. de Origine Francorum; falſo minor Britannia dicitur noua ſed potius antiqua. XL. Corrigenda Acta ſanctæ Vrſulæ & Iulianæ. XLI. Quibus modis Maximus factus ſit Imperator. XLII. Chriſtianus Princeps non vult honores illicitos. XLIII. Æquiuocum in nominibus Maximi & Pontificis. Corrigitur codex Abbatiæ Floriacenſis. XLIV. Britannia Gallica habet triplices Britones.

§. *Secundus.*

XLV. Angli de inſula Anglo Metropoli Saxoniæ oriundi: ſic vocati ab Eugiſto Principe ſancti Svviberti atauo. XLVI. Corrigitur Claudius Robertus. XLVII. Saxones, Iutti, Angli vocati in auxilium Britannorum eos ſibi fecere ſubditos, indignum rati vt ignaui inſulam poſſiderent. XLVIII. Eaſtengle pars Orientalis Angliæ. XLIX. Anglia partita inter victores. L. Alt-Saxones antiqui Saxones Angli, qui à parte maiore denominauerunt Angliam. LI. Anglia eſt angulus orbis extremus limes terræ & mundi. Oſtrea Romam delata ex Anglia, dicta maris vltimi conchilia, & ab vltimo Oceano. LII. Britannica Oſtrea ex guſtu diſcernebantur. LIII. Britannia extremus orbis. LIV. Beda iuſto Dei iudicio imputat quod Angli ſubegerint Britannos. LV. Sanctus Gildas Britannus Princeps ſcripſit lamentationem de excidio Britannico. LVI. Angli fuere flagellum Britannorum. LVII. Topographia Britanniæ inſulæ ex Gilda. LVIII. Superbia Britannorum humiliata. LIX. Anglia campus honoris Normanorum. LX. Prouincia nulla in orbe nominari poteſt, quæ à proprio & naturali inquilino habitetur, eſt naturalis animi irritatio commutandi ſedes, exemplum in ſideribus. LXI. Lex naturæ neceſſitas, nihil eo loco manet quo genitum eſt. LXII. Eſt origo animæ cœleſtis. LXIII. Gallia benefactrix Angliæ & Anglorum quos intus & foris docuit pietatem. LXIV. Earcombertus primus ex Regibus Anglorum vetuit vbique Idola ſed ea deſtrui. Eartongatha eius filia in Galliæ Monaſterio erudita, & aliæ multæ Virgines ex Anglia in Franciam miſſæ. LXV. Guillelmus Dux Normaniæ inuenit Angliam valde irreligioſam,

cámque studuit fieri piam. LXVI. Episcopi ex Francia missi in Angliam sancti Germanus & Lupus in Pelagianos, excepti ab Anglis cum exultatione. LXVII. Hæretici victi refugiunt ad arma contra Catholicos, horum Dux B. Germanus. Catholici clamant *Alleluya* in acie, vincunt suos hostes, & spolia eorum diuidunt. LXVIII. Iidem sancti post sexennium iterum vocati in Angliam. LXIX. Corrigitur Posseuinus. LXX. S. Germanus cum sociis non est hospitio exceptus à Rege Britanno sed à bubulco, quod sanctus ægrè tulit, & Rege correpto eum deposuit Dei fultus auctoritate eique bubulcum substituit. Exemplum in Saul, Samuële & Dauide & Iehu. LXXI. Reges Angli ex genere subulci. LXXII. Agathocles Rex filius figuli. LXXIII. Angli Reges orti ex Rege Egberto, circa Pipini Regis Franc. tempora, difficultas in eorum genealogia. LXXIV. Parentela sancti Eduardi Regis Angliæ ex matre Normana: Guillelmus Nothus Dux Normaniæ probatur esse cognatus sancti Eduardi Regis, à quo hæres institutus regni Anglorum.

CAPVT XIX.

De pugna Guillelmi secundi Ducis Normaniæ cum Haraldo tyranno, & de parto titulo Regio Conquestoris Angliæ.

EPITOME.

I.

I. SANCTVS Eduardus Rex Angl. instituit suum hæredem Guillelmum secundum Normaniæ Ducem. II. Debent Principes agenda consulere. III. Regnum Anglicanum sedis Romanæ Feudatarium: Guillelmus Dux accipit à Papa militiæ vexillum cum annulo, & cum vno ex capillis B. Petri. IV. Vvestmonstier opus sancti Eduardi, dedicatum ante eius obitum, & vbi sepultus. V. Haraldus inuadit regnum Angliæ. VI. Oratio Guillelmi ad milites & exercitum, quibus iurauit fide sua, Anglos esse fraudulentos, qui vna nocte omnes Danos occiderint. VII. Boni non timent malos in bello si confidant in virtute Dei. VIII. Britanni nec in bello fortes, nec in pace fideles. IX. Caussæ iniustitia animos aufert militibus, audaces facit ius & æquitas. X. Pietas Guillelmi Ducis & militum eius ante prælium. XI. Miles plus in Deo quam in fortitudine sua debet sperare. XII. Votum factum à Normanis pro victoria obtinenda: pugnatum die xiv. Octobris in festo sancti Calixti: Politici in rebus agendis Deo non attendunt. XIII. Haraldus & Angli pridie pugnæ, & tota nocte effusi in iocos & pocula & epulas. XIV. Alexander Papa II. misit Duci Guillelmo benedictum vexillum. XV. Vexillum Haraldi auro & lapide pretioso adornatum. XVI. Sestos & Abydos vrbes

coniunctæ ponte nauium. Guillelmus Dux Angliam iunxit Normaniæ. XVII. Christiano principi bene cedit cum sede Romana conuenire. XVIII. Apostolicus antiquis idem quod Romanus Pontifex; Priscis Gallis *l'Apostoile*. XIX. Dona maxima quæ Dux victor fecit Papæ. XX. Iniquorum oblationes non sunt dona. XXI. Vexillum à Papa benedictum tempore conflictus eleuabatur. XXII. Guillelmi exercitus compositus ex pluribus Prouinciis Franciæ, qui hostem vicit primo certamine, Rege occiso Haraldo manu propria Guillelmi Ducis. XXIII. Normanus victor curat in Anglia cultum Dei promoueri. XXIV. Derisus Dux Guillelmus ab Alenconij ciuibus, sed Duci pœnas dedere. XXV. Locus pugnæ in Anglia adhuc rubet sanguine quando pluit. XXVI. Abbatia constructa in loco pugnæ in signum victoriæ Normanorum. Loci pugnæ varia nomina. XXVII. Cometes sub tempus pugnæ & victoriæ Normanorum. XXVIII. Circius Septentrionalis ventus. XXIX. Pugnatum à Normanis die Sabbati: pietas Ducis Normani & Normanorum: in collo Ducis Guillelmi reliquiæ appensæ quamdiu pugnauit. XXX. Haraldus in primo conflictu occisus & frater eius. XXXI. Victor Normanas leges victis imposuit, iubens omnia publica instrumenta fieri Gallice. XXXII. Guillelmus petierat à Rege Franciæ suppetias contra Anglum, promittens Angliam facere regni Franc. Vasallam, negato vero auxilio victor negauit se regis Vasallum pro Anglia. XXXIII. Alij Reges imitati Guillelmum in ædificandis Abbatiis pro obtentis victoriis. XXXIV. Principes Normani facti exemplum virtutis aliis principibus. XXXV. Conferuntur Rollo & eius successores cum Carolo Rege Simplice & successoribus eius.

CAPVT XX.

De quodam celebri Conuentu habito in Normania & de duplici Abbatia vtriusque sexus ædificata & magnifice dotata apud vrbem Cadomum, à Guillelmo Rege Duce Normano & vxore eius Mathilde. Item de successoribus Guillelmi degeneribus à Normana virtute transmisso Imperio ad Anglos & Andegauenses connubij titulo.

EPITOME.

I. GVILLELMVS Dux Nothus ex malis moribus condebat bonas leges. II. In Comitiis eius publicis sanctæ reliquiæ expositæ: statuta iurata ab adstantibus. III. Sacellum ædificatum vbi facta Comitia, vocatum de pace omnium Sanctorum. IV. Guillelmus Dux complacuit sibi Cadomi. Olim comparata Lutetiæ Parisiorum. Vbi est instituta Vniuersitas

1433. vrbs condita à Caio Arturi dapifero. V. Ecclesia S. Stephani Cadomi eminet quam à primo lapide ad vltimum Dux Guillelmus perfecit. VI. Mathildis vxor Guillelmi ad pietatem eius multum conduxit; sepulchrum eius in Abbatia SS. Trinitatis Cadomi ab ea fundata. Hadala pro Adela Henrici Regis Franc. sorore. VII. Liberi Ducis Guillelmi ex Mathilde vxore. Guillelmus Rufus secundus eorum filius dissimilis vita Patri, male viuens male mortuus. Robertus natu maior à fratre Iuniore Henrico supplantatus mortuus miser in carcere, redux à Terra Sancta. VIII. Stirps Normana peior & deterior facta ab Anglis & ab Andegauensibus. Godefridus Comes Andegauensis dictus plantator Iuniperi. IX. Deus regna transfert propter peccata. X. Comparantur filii Guillelmi Nothi Patri suo. XI. Encomia Nothi Ducis Regis: qui agnoscebat sibi datum regnũ diuinitus: Guillelmus Nothus dictus Magnus & Conquestor, signum sanctæ Crucis primus posuit & poni curauit in Diplomatibus. XII. Philippus primus Rex Franc. imitatus Guillelmum Ducem: & alij nobiles & Principes Christiani. XIII. Malos Christianos pudet imitari priscam pietatem. XIV. Laudabile in inscriptione & subscriptione litterarum apponere signum Crucis. XV. Guillelmus Dux offert Deo filiam suam Ceciliam die sacto paschæ. Lex Guillelmi de homicidio: audiebat quotidie plures Missas, & diuino intererat officio, eo die quo mortuus est fama peruenit vsque Romam & in Calabriam. XVI. Robertus Dux Norman. secundus delectatus ocreis breuibus vnde cognominatus *de Courte-Heuse*: bellum eius in Guillelmum Patrem quem incognitum equo deiecit, genuflexus & flens re cognita petiit ab eo veniam. XVII. Dux Guillelmus partitur bona sua in filios. XVIII. Robertus secundus factus Normaniæ Dux iuit ad militiam in Terra Sancta pugnare contra Turcas: contrahit æs alienum pro impensa belli sacri. XIX. Recusat esse Rex Hierosolymorum. XX. Henricus primus Rex Angliæ & Normaniæ Ducatus inuasor vbique vir iniquus, Robertum fratrem natu maiorem annis 28. detinet in carcere, cui fecit erui oculos. Robertus Dux fuit generosissimus, bonus bello, in pace piger. XXI. Guillelmus filius Roberti secundi Ducis. XXII. Octo Duces Normaniæ stirps Rollonis mascula omnes fortissimi & magnanimi. XXIII. Guillelmus Rufus filius secundus Nothi periit nequam iusto iudicio Dei anno 1110. die 2. Augusti, vsurpator fuit Ecclesiasticorum bonorum: persecutus est S. Anselmum iussum exulare, virum lætũ in aduersitate, humilem in prosperitate. XXIV. Deus punit Principes loca sancta profanantes. XXV. Mores Henrici primi vsurpatoris Normaniæ, qui Scriptores sui temporis benefactis acquisiuit adulatores, quique vix eius scelera attigere. XXVI. Henricus in Concilio Generali Rhemensi accusatus, Gisortij cum Papa Calixto secundo locutus, elusit eum promissis: pœnas dat Henricus, amittens duos filios in mari qui erant cum Patre vitæ nequioris. XXVII. Henricus persecu-

tus filium fratris sui Roberti Guillelmum qui fortuna bona male vsus periit in bello Flandrensi. XXVIII. Mors Henrici primi: cui vnica superstes Mathildis filia, vxor Andegauensis Comitis, parentū Henrici secundi hærede Angliæ, & Normaniæ, mortuis suis Patruis Guillelmo & Richardo. Mathildis obiit 10. Septemb. 1169. An illā aut antiquior auia fuerit auctor Pontis Rothomagensis quæritur. XXIX. Quam potens fuerit Dux Henricus secundus cui etiam subditi Britones vt tali. XXX. Henricus in superbiam elatus insultare cœpit Clero, & persequi S. Thomam Cantuariensem Archiep. meruit habere sibi rebelles vxorem & liberos. XXXI. Henricus filius Henrici secundi nuptiis iunctus cum Margareta filia Regis Francorum Ludouici VII. Anglus nolebat dare nuptam filio suo, quia eam amore sordido deperibat & creditus eam constuprasse: illusit filio sub titulo coronationis Regiæ, vt esset maritus absque vxore, & Rex sine regno. Tres filij in Henricum Regem insurgunt, Rex quoque Scotiæ Angliam inuasit: Rex Francus Patrem & filios Regios frustra ad pacem adhortatus: stimuli conscientiæ in morte Henrici secundi, cuius supellex tota dilapidata: spurios plures habuit: ex naribus mortui sanguis profluxit. XXXII. Raro bene moriuntur qui Ecclesiæ minuunt auctoritatem. XXXIV. Nascente Henrico secundo factæ in ipsa die tenebræ, & quo moriens semetipsum strangulauit. Henrici secundi Epitaphium. XXXV. Gisortium captum à Philippo Augusto. XXXVI. Richardus Rex Angliæ captiuus in Austria per menses 22. soluit redemptionem 2200. marcharum argenti facti, redux Franco bellum indicit, coactus pacem petere: Gisortium & Vulcasinum remanent Franco. XXXVII. Andeliacum cedit Anglo & compensatur Archiep. Rothomag. XXXVIII. Philippus Augustus pene captus prope Gisortium à Richardo Rege. XXXIX. Moritur Rex Richardus, magni vir animi de corde Leonis appellatus. XL. Bellum pro successione Richardi. XLI. Dormientibus militibus Artutus capitur à Ioanne eius Patruo, ab eodem strangulatus Rothomagi: indicitur dies Ioanni Duci Norman. coram Paribus Franciæ, coram quibus condemnatus, armis Philippi de tota Normania eiectus: Ioannis vitia, de quibus querimonia apud Innocentium III. Papam: cui conciliando reddit Angliæ regnum Sedi Romanæ tributarium. XLII. Ludouicus filius Augusti coronatur Londini Rex Angliæ, postea ab Anglis deseritur. XLIII. Henricus III. Rex Angliæ Ioannis filius venit in Franciam concordare cum sancto Ludouico Rege; de consensu fratris sui Alemaniæ Regis & procerum Angliæ, cedit omni Normaniæ iure, & aliarum prouinciarum: & post illum Rex Angliæ Eduardus quintus ex Froissardo eius domestico Historico. Litteræ Eduardi ad Regem Franc. Philippum sextum: in quibus non se amplius vocat Normaniæ Ducem. XLIV. Formula Principis præstantis Regi Homagium, Oris osculum datur à Rege facienti Homagium.

CAPVT XXI.

Corollarium & Conclusio operis de Rollone Northmanno-Britannico.

EPITOME.

I. IOannes Dux Normaniæ & Rex Angliæ cur dictus Sine-terra: ipse & filius eius Henricus voluere repetere perdita. Concordia pacta inter Henricum Anglum & S. Ludouicum Regem Franc. II. Normani propensi in Philippum Valesium Regem Franc. offerunt soli inferre bellum Anglo intra ipsum Angliam, iactãtes se componere posse quadraginta millia armatorum peditum, & quatuor millia Equitum: obtinent Ioannem Regis primogenitum pro Duce Normaniæ. III. Carolus V. Rex Sapiens magni fecit & amauit Normanos, cor suum in Metropoli Rothomag. sepeliri cauit: sepulchrum eius fœdatum ab Hæreticis Caluinistis. IV. Rex ingenio debilis causa perditionis regni, Principibus de partienda auctoritate disputantibus. V. Normani vincunt Anglos. Normanus Eques gerulus Auriflammæ qui reuerentes manus iniecit in Carolum sextum ense sæuientem in omnes obuios ex dementia. VI. Henricus quintus Rex Angliæ appulit Diepam 1413. victus à Normanis. VII. Gisortium & Pontœsia captæ ab Anglo 1416. VIII. Ioanna puella rebus affulsit Francorum, capta ab Anglis ex proditione inuidorum, & per Anglos ad ignem damnata; de eius innocentia post annos viginti inquisitum. IX. Elogia in laudẽ Ioannæ puellæ & carmen Roberti Denyadi Gisortiani Rectoris Presb. X. Mali iudices vituli dicuntur. XI. Ioannæ corpus redactum in cineres qui Anglos obcæcauere: ex busto eius lux Francis: cor intactum inter ignes ex quibus exiuit alba columba. XII. In loco supplicii fons, & supra fontem crux eminens: Ioanna orta ex oppido cui Vallicolor nomẽ. XIII. Normani se Anglico iugo liberant: fax bellorum in Francia Burgundus, reconciliatur. XIV. Tota Normania redit ad Regem Franc. post annos triginta quinque vsurpationis Anglicæ. XV. Carolus VIII. & Ludouicus XII. Reges Franc. impensè amauere Normanos. XVI. Nobiles Normani vltro obtulerunt pro Francisci primi Regis Franc. redemptione bonorum suorum decimam. XVII. Franciscus primus Rex amabat Normanos. XVIII. Lutherus & Caluinus Hæresiarchæ auctores malorum, quorum fuere fautores Principes mali ob superbiam. XIX. Hæretici volunt sibi libertatem, Catholicis imponere seruitutem conscientiæ. XX. Plinii consilia Scriptoribus vtilia, non omnibus possibilia. XXI. Officium Censoris, & allusio ad formulam Pontificalis Romani. XXII. Gratitudo debetur his qui bene monent Scriptores. XXIII. Nunquam inuidendum est si quis melius scribit. XXIV. Domesticis Historiis potius incumbendum quam extraneis: exempla domestica excitant magis quam Athenarum studia.

FINIS CVM DEO.